

1.670. **HEYNE (Chr. G.).** Ad Apollodori Bibliothecam observationes. **1803,** in-8, cart., ... **275 fr.**

AD

APOLLODORI

BIBLIOTHECAM

OBSERVATIONES

AVCTORE

CHR. G. HEYNE.

GOTTINGAE

TYPIS HENRICI DIETERICH.

1803.

OBSERVATIONES
AD
APOLLODORI
BIBLIOTHECAM.

AD LIB. I.

Mythologiae primum caput conſtituit *theogonia:* quam c. 1-4. perſequitur Apollodorus: ſubiicitur *raptus Proſerpinae*, c. 5. *Gigantomachia* c. 6, 1. 2. et *Typhonis pugna*, c. 6, 3. inde ad *fabulas Hellenicas* progreditur. Sed illa primo loco expoſita omnia ad antiquiores mythos ſpectant, et genus eorum aliquod proprium efficiunt, quod ex priſcis philoſophematibus ſuper rerum origine, elementorum confuſione et facta mox diſcretione, caelique ac terrae formatione, (vnde eadem *theogonia*, quae *cosmogonia*) tum ſuper nonnullis phaenomenis motuum terrae, procellarum, ignium terra erumpentium, natum eſſe, indagantibus haud obſcurum eſt. Verum ſubtilis alicuius philoſophiae veſtigia in iis quaerere velle, non minus alienum eſt a temporum hominumque rudi ſimplicitate, quam ſi Aegyptiorum ſapientiam cum Attica ſubtilitate comparare volunt. Vna vel altera enuntiatio, nunc in vulgus nota, inter rudes homines pro docto effato haberi variisque modis repeti, ornari, variari potuit ac debuit. Haec temporum indoles, tum ipſa res, docet. Iam philoſophemata illa, ſi ita dicere licet, ſeu opiniones et narrationes de rebus phyſicis, (Φυσικὴ διήγησις τῶν

ὄντων Vet. Schol. Theogon. pr.) quibus verbis a primis auctoribus enuntiatae fuerint, quique auctores ſingularum fuerint, nunc ignoratur: eos aut ſua ab exteris populis accepiſſe, aut ipſos aduenas fuiſſe, probabile ſit, quia cum Thracum, Phrygum, Phoenicum, Aegyptiorum placitis pleraque conueniunt, ab Pelasgorum autem et Hellenum rudibus ingeniis aliena eſſe videntur; verbis porro eos auctores vſos eſſe prorſus ſymbolicis, pro antiqui ſermonis nondum elaborati ratione et indole, ex tot veſtigiis manifeſtum ſit; ex quibus patet, notiones rerum, inprimis elementorum, tum cauſſarum, effectuum, virium, eorumque quae cuique rei propria ſunt, mutatas fuiſſe in perſonas, quae in deos, daemones, heroes abierunt. Eadem effata mox, omni philoſophica ratione neglecta, tractarunt ornaruntque poetae variis diuerſisque conſiliis: cum aut theogonias, vt Heſiodus, conderent, (nam antiquiora illa carmina vnius fere mythi nec multorum verſuum fuiſſe apparet; tum eandem rem, v. c. elementorum pugnam, multis modis verſabant et variabant) adeoque plura, antea ſparſim lecta et narrata, in vnum corpus congererent; aut in epicas narrationes, vt Homerus, transferrent, aut in heroum maiorumque hiſtorias easdem fabulas inſerrent et intexerent.

Multa ex theogoniis partim manſere in teletis, partim, inprimis quae Orphicis tribui ſolent, per eas fuere deprauata; alia ſerius corrupta per ea quae ex Oriente et Aegypto allata ferebantur. Ex his ſeruata paſſim nonnulla ſunt, vt in Argonauticis et Hymnis Orphicis, in Apollon. I, 497 ſq. et Schol.; in Aeſchyli Prometheo paſſim, cf. Schol. ad 954. in Agam. 176 ſq. in Eumen. 163. 727 ſq. 781 ſq. in Damaſcio περὶ ἀρχῶν Exc. in Wolfii Anecdot. Gr. T. III. Exc. Timothei Chronologi ap. Cedren. Comp. hiſt. p. 57 ed. Par. Alia cosmogonia eſt apud Ariſtophan.

in choro Av. 694 ſq. Alia commentis alienis interpolata, quae Atlantibus omnia tribuit, eſt apud Diodor. III, 56 ſq. alia in Ovidii Metamorph. pr, alia in Hygino; quae autem ſub Pronapidis nomine apud mythographos recentiores circumfertur, a Boccatio, Gyraldo et Natale Comite vulgata, ſuppoſititia eſt. Nulla eſt ex his, cum qua Apollodorus prorſus conſentiat; accedit tamen ille proxime ad Heſiodum, etſi nec eumdem ordinem ſeruat, nec Amorem memorat, aut Eridem et alia; probabile fit, eum maxime expreſſiſſe Pherecydem, vt in aliis. *Tria fabularum ſyſtemata*, a diuerſis ingeniis profecta, agnoſcere licet, *Vrani*, *Croni*, *Iouis*, quae *in temporum ſucceſſionem* diſpeſcuit ſeriorum ſollertia. Conf. ad ſq. Commentat. de Theogonia Heſiod. in Commentat. Soc. R. Sc. Gotting. 1779. Vol. II.

CAP. I.

ſ. 1. *Οὐρανὸς — γήμας δὲ Γῆν.* Id quod fit vel exiſtit, quocunque tandem modo, in Theogoniis et Coſmogoniis dicebatur *naſci* et *generari*: haec notio neceſſario ducebat, in ſermone inprimis rudi, ad *coniugia* et *amores*. Nati hinc loquendi fabulandique modi, huic fabularum generi proprii, iidemque poeticae tractationi ornationique valde accommodati. Sic *Caeli et Terrae* amores et amplexus ad vim naturae generandi et fecundandi aptiſſimi ſunt: ſimiles *Aetheris et Terrae* complexus apud Virgil. Ge. II, 324 ſq. et iam ante Lucret. I, 251 ſq. II, 991 ſq. cf. *Comment. de Theogonia Heſiod.* l. c. p. 135 ſq. Dignum autem obſeruatu, in Apollodori ſyſtemate mythico nihil de Chao memorari: quo ipſo diuerſa eius eſt doctrina a ceterorum rationibus. Naturae, omnia generantis, vires ſunt in his mythis Centimani et Cyclopes: quorum quodnam diſcrimen fuerit, non conſtat. Eas vires naturae, temere ferri ſolitas, tandem domitas eſſe, declarare

videtur hoc, quod in Tartarum ab Vrano detrufa effe monftra memorantur. Eft enim hoc follenne antiquo fermoni, vt, quicquid deletur, ceffat, dicatur in Tartarum praecipitari; fi vires compreffae funt, in Tartaro vinculis coerceri. Briareum, Aegaeonem et Gygen eundem facit Schol. Apoll. I, 1165 et ex eo Eudoc. p. 91. At Briareum et Aegaeonem tantum pro vno eodemque habendos ex Il. α, 403. 404. edocti fumus. Aegaeonem vinctum memorat Statius Achill. I, 209. 210. Coeus mox inter Titanes recte memoratur, inter Centimanos autem Cottus etiam ab aliis, vt a Palaeph. c. 20. Apud Athenag. Legat. c. 15. Κόττυς editur.

f. 2. Κύκλωπας, Ἄργην, Στερόπην, Βρόντην. Sunt hi *Cyclopes* theogoniae diuerfi ab iis, quos in Sicilia collocat Homerus et hinc alii poetae; alii quoque fuere Argis, qui Tirynthem muniuerunt. cf. de his Schol. Eurip. Or. 965. vbi, e Thracia orti, narrantur varias terras adiiffe, in his terram Curetidem, fiue Aetoliam dixeris fiue Cretam. Argos adducti effe memorantur a Perfeo ap. Apollon. Schol. ad IV, 1091. fecundum Pherecydem. cf. Sturz. ad Pherecyd. fragm. p. 82. Ex Schol. ad Hefiodi Theog. 139. (p. 247. ed. Heinf.) difcimus, Hellanicum Cyclopes a Cyclope Caeli filio duxiffe. Vnius oculi in fronte iam ap. Hefiod. mentio l. c. etfi ab initio oculos tantum rotundos et magnos nomen innuiffe videtur. Ad atmofphaeram, eiusque meteora eos fpectaffe, praecipue ad fulmina, ex ipfis nominibus intelligere licet. Et paullo poft I, 2, 3. Cyclopes dii fabricantur *βροντὴν καὶ ἀστραπὴν καὶ κεραυνόν.* In τελεταῖς Arcadum Paufan. VIII, 29. pr. *θύουσιν ἀστραπαῖς αὐτόθι καὶ θυέλλαις τε καὶ βρονταῖς.* Quod ad *Tartarum* attinet, hunc Apollodorus ex Hefiodo adumbrauit v. 719. vbi praeclarus de eo locus. Ceterum hi Centimani et Cyclopes funt Vranidae illi, qui primi

fuere in Tartarum detrufi. Hos int. ap. Hom. Il. ε, 898. vbi Schol. et Euft. per Οὐρανίωνας intelligunt Titanes, minus recte.

f. 3. Sequitur altera progenies Vrani et Terrae, *Titanes.* Redeunt haec ad naturae partes ac vires in perfonas mutatas, et per nomina declaratas, quae partim etymo fuo rem ipfam produnt. Themis Vrani filia. Si itaque Θέμις Διὸς occurrit, vt ap. Eurip. Med. 211. eft *Fas Iouis.* *Mnemofyne* inter deas antiquiffimas multis in locis: v. c. Hymn. in Merc. 428. Itaque et Romae in Pompa Circenfi inter deos XII. geftabatur. Dionyf. Hal. VII. p. 460. l. 31. (p. 468.) *Dionen* Hefiodus non agnofcit; (alia ei eft inter Oceanides v. 353.) qui omnino fex tantum Titanides, quinque Titanes enumerat. At feptenos, Phorcyne adiecto, feptenasque Titanides Orphica difciplina tradebat. Vid. ex Proclo fragm. Orphic. p. 374. VIII, v. 21 fq.

f. 4. Ἀγανακτοῦσα δὲ Γῆ. Hactenus primum fyftema *Vrani et Vranidarum:* erepta generandi ac creandi noua rerum genera vi, conftitutus eft mundus rerumque ordo. Hoc duplici modo fuit expofitum; ab aliis, vt vires, quibus Vranus vfus erat, Centimanos et Cyclopes dictas, in Tartarum detrufas, h. e. extinctas, dicerent, ab aliis, vt Vrano exfecta effe genitalia fabularentur. Quod matris confilio id feciffe narrantur liberi, poteft commentum hoc ex cauffa, quae nunc ignoratur, petitum effe. Apparet faltem, Terram noluiffe noua rerum genera feu monftra gignere. Attexitur nunc, tanquam fi, fuccedente ita rerum ferie, vnum alterum excepiffet, aliud alterius poetae fyftema *Croni et Titanum.* Hoc Hefiodus non habet. Sed ftatim is ad Iouis facinus, quo Cronum regno deiecit, pergit. Cronus Vrano parenti virilia abfcindit eoque vim generandi aufert. Virilia abolentur,

nam εἰς τὴν θάλασσαν ἀφίησιν. ex antiquo more et ſermone; quae abolenda ſunt, in mare proiiciuntur. Sic in diris et ἀραῖς, et in iureiurando: v. c. in Il. T, 277. 8. res pro ſymbolo excidii erat. In voce Κρόνου pro χρόνου luſum eſſe, antiquorum more in pluribus mythis obuio, probabile ſit. *Erinnyes* ſcelus nefandum in patrem commiſſum inſequutas eſſe, veteres facile exiſtimare debuerunt vulgari indicio; verum facinore impio primo nunc facto primus Erinnyum ortus tum exiſtere debuit; natas ergo eſſe deas vindicandorum ſcelerum ex Vrani ſanguine, in promtu fuit dicere. *Erinnyum* ortum hunc Heſiod. Θ. 185 ſq. quoque memorat, ſed is earum nomina nondum norat. Occurrunt illa in Orphicis: Argonaut. 966. Noctis filiae ſunt apud Aeſchylum; v. Schol. Lycophr. 406. Apud eund. et apud Schol. Soph. Oed. Col. 42. (qui tamen minus bene ad Eumenidas id transtulit) a Crono ſuſceptas eas dixerat Epimenides (niſi *Empedocles* legendum eſt) „Ἐκ τοῦ καλλίκομος γένετο χρυσῆ Ἀφροδίτη, Μοῖραί τ' ἀθάνατοι καὶ Ἐριννύες αἰολόδωροι „ f. leg. αἰολόδειροι, *quae quaquauerſus luſtrant et indagant ſcelera, vt vlciſcantur.* Matrem earum Euonymen ib. ex Iſtro excitatam videbis. At Phorcynis θυγατριδαῖ, neptes e filia (forte Meduſa), ſunt Eumenides in verſſ. Euphorionis ap. Schol. Sophocl. Oedip. Col. 713.

ſ. 5. ὁ δὲ τούτους μὲν τῷ Ταρτάρῳ πάλιν δήσας καθεῖρξε. Fratres Cronus iterum Tartaro includit; appellantur vulgo Titanes; ſed in noſtro ſcriptore, qui antiquiores exſcripſit, ſunt Centimani et Cyclopes; quorum immanibus viribus opus nunc non erat, ordine rerum ſemel conſtituto. Iterum haec antiquo hominum ſermone ſunt enuntiata.

Sequitur narratio de Crono liberos deuorante: ex antiquiore loquendi more: condere in ſe et conſumere

videri ac dici poteſt tempus annos, menſes, dies, progeniem ſuam. Hoc ſimpliciter enuntiatum non abſurde dictum videri poteſt. Nunc autem poetae alia commenta adiecerunt, quorum vera ratio nos nunc fugit; etſi varia ariolari licet. Ita fabula de lapide deuorato ab antiquo ſaxo ſacro ducta eſſe potuit apud Cretenſes in religione haberi ſolito.

Antiquiſſimi autem inter vaticinantes Caelus et Terra: quae etiam Delphicum oraculum prima tenuit; vt inter deos marinos Oceanus et Nereus. Videtur ergo antiquior aetas alias ac diuerſas notiones fouiſſe hac ſuper re. Ad noſtrum loc. cf. Heſiod. Θ. 463 ſq. *Veſta* maxima eſt natu, confuſa mox cum Terra, Cybele, Matre Deum, Diana, Cerere. Hymn. in Ven. 21, Ἱστίη ἣν πρώτην τέκετο Κρόνος ἀγκυλομήτης. qui ſequitur verſus, ex interpolatione irrepſit, et erat forte, Ἥρην δ' ὁπλοτάτην.

ſ. 6. εἰς Κρήτην. Quae ſequuntur, ad *mythos Cretenſes* ſpectant; quos ex parte vid. ap. Meurſium in Creta; ſed eadem varie ornata ſunt a poetis. vid. Schol. Il. ο, 318. add. Eudoc. p. 195, vbi τὸν δὲ Δία ὑπερέθετο ἐν Κρήτῃ leg. παρέθετο. Traxere mox *Iouis natales* ad ſe Arcades; hinc noua fabularum ſeges; ſequitur eos Callimachus ita, vt Iouem apud eos natum, ſed in Creta educatum narret H. in Iov. 10 ſq. De *Curetibus* antiquiſſimi et obſcuri ſunt mythi: confuſi ii cum Corybantibus et cum Dactylis Idaeis, qui primi ſub Ida ferrum fabricati ſunt: v. Schol. Apoll. I, 1129. confuſae quoque fabulae Phrygiae et Cretenſes. Loc. claſſ. Strab. X. p. 710 ſq. Meliſſei filiae, ab aliis memoratae Meliſſa et Amalthea, a noſtro *Adraſtia* (etiam Apollonio memorata lib. III, 133.) et *Ida*. *Melias* Nymphas alii appellant, vt Callim. in Iov. 47. multae de his fabulae et variae. Etiam de *Amalthea* fabulae miris modis ornatae et variatae, inpr. ap. Eratoſth. c. 13. cf.

Anton. Lib. c. 36. Alia de ea ex Pherecyde tradit noſter inf. II, 7, 5. p. 155. cf. Schol. Il. ο, 187.

Cap. 2.

ſ. 1. Videtur poeta vetus, quem Apollodorus ante oculos habuit, rem hoc modo expoſuiſſe: Cum Iupiter adoleuiſſet, de regno paterno adipiſcendo cogitauit; primumque, vt pararet ſibi ſocios fidos et adiutores, prudenter excogitauit hoc, vt fratres in lucem reduceret, Plutonem et Neptunum. Cum his arma mouit aduerſus Cronum patrem, qui ſocietate ſibi adiunxit fratres ſuos ſup. c. 1, 3. memoratos, Oceanum, Coeum, Hyperionem, Crium, Iapetum, *Titanes* appellatos. Cum bellum iam per X annos protractum eſſet, Terrae conſilio Iupiter vſus Cyclopes cum Centimanis e Tartaro liberatos ſocios ſibi adſciuit, Titanesque victos in Tartarum detruſit, Centimanis pro cuſtodia appoſitis. Ceterum haec eſt decantatata illa *Titanomachia*, celebrata carminibus eo nomine inſcriptis, quorum vnum Eumelo vel Arctino, aliud Thamyridi, aliud Lino auctori adſcriptum memoratur. Ex iisdem mox multa translata in Gigantomachias: vnde inſequuta eſt frequens illa apud ſeriores confuſio vtriusque fabularum generis. Ita iam apud Tragicos, v. c. Eurip. Hec. v. 472. *Titanes* pro Gigantibus a Ioue fulmine proſtratis memorati ſunt. Egregius de pugna Titanum locus Heſiodi Θ. 617 ſq. Ad Centimanos et Cyclopes liberandos cuſtodem eorum *Campen* Iupiter occidit. Κάμπην, monſtrum; antiquiorum figmentum, edit ex Dionyſio Mileſio Diodor. III, 71; in maius portentum auctum illud exhibet Nonnus Dionyſ. XVIII, 236 - 264. In l. vlt. Cyclopes et Centimani iterum e Tartaro reducti Ioui additi ſunt ſatellites. cf. Schol. Aeſchyli Prom. 921. Ductum quoque a Titanibus victis nomen Iouis Victoris, et multa alia in

poetis addita in memoriam Titanum proſtratorum, paſſim notabis: permutatione tamen in his quoque facta Titanum cum Gigantibus. Sic aquila augurium fuit Iouis Imperatoris. In hoc bello aegidis vſus; et ille dictus Aegiochus. Idem Triumphator, et coronatus. Quae etiam propter monumenta priſcae artis memoria tenenda ſunt. Cyclopes autem, qui antea ſymbolicum phantasma phaenomenorum atmoſphaerae erant, nunc facti ſunt Iouis miniſtri, fulminum cudendorum operae, et ſic porro. κρατοῦσι Τιτάνων, inque iis inprimis Crono potiuntur; etſi eius nec in Heſiodo expreſſa ſit mentio. cf. *Comment. de Theog. Heſ.* p. 149. Detruſi autem et illi in Tartarum: v. Heſiod. l. c. 716 ſq. et Il. ϑ, 479 ſq. Vnde etiam minae Iouis apud Homerum ſiunt, ſi Iouis iuſſis haud pareant, detruſum iri deos in Tartarum fulmine percuſſos: vid. Il. ϑ, 10 ſq. vbi πληγεὶς intell. de fulmine cf. v. 405. 455. et Il. ξ, 203. 4. 274. 9. Fulminis enim perpetuus Ioui vſus pro telis, in pugna cum Titanibus, cum Gigantibus, cum Typhoeo. Ceterum inde a Ioue nouum mythorum genus, nouus rerum ordo, initium habet; recentior ille ceteris, et vere Hellenicus. Sitne autem ille pro noua coſmogonia habendus, an exemplo antiquiorum carminum huius generis adumbratus et nouis rerum momentis ornatus, haud dixerim. Summa rerum poteſtate ad Iouem delata, poterat quaeri, quomodo id factum eſſet; expoſitum hoc eſſe potuit ſimili narratione, qua Cronus Vranum patrem regno priuauerat: ſcilicet virilibus abſciſſis. Omnino nexus aliquis noui huius mythici ſyſtematis cum antiquioribus quaeſitus eſſe videtur. Commenti ſunt quoque alii, imitatione forte, ſeditionem motam in Iouem, conſpirantibus et inſidias ei parantibus diis, (Iuno, Neptunus, et Pallas, memorantur verſu Il. α, 400) depulſum tamen periculum arceſſito Briareo a Thetide,

bene ſic de Ioue merente. cf. Schol. Lycophr. 34, meminit quoque Agatharch. p. 11. Geogr. vet. Hudſ.

ſ. 2. *Titanum* (ſup. I, 1, 3) progenies. Superſunt tantum nomina ex antiquo carmine cosmogonico. Comparari poteſt Heſiodus Theog. 337 ſq. Pleraque nomina ipſo etymo produnt notiones phaenomenorum naturae eiusque virium et effectorum. Latiſſime autem *Oceanidum* nomen patet, et poetas paſſim noua nomina excogitare aut ab aliis parentibus ortas deas in earum numerum referre videas; contra ex Oceanidibus aliae in alium ordinem paſſim fuere translatae: v. c. Τύχη quae ap. Heſiod. v. 360. inter Nymphas has memoratur.

ſ. 3. Ex Aſia Oceani filia Iapetus ſuſtulit Atlantem, Prometheum, Epimetheum et Menoetium. In matre diſcedit Apollodorus ab Heſiodo, qui Clymenen, etiam Oceani filiam, memorat v. 508. etiam Schol. Aeſchyl. Prom. 347. at ipſe Aeſchylus v. 18 et 209 Themidis filium facit Prometheum, et a Iunone ex Eurymedonte editum Schol. Il. ξ, 295. ex Euphorione. *Menoetium* memorat ſaltem Heſiod. v. 514 et Schol. Aeſchyl. Prom. 347.

ſ. 6. Particula eſſe videtur alterius poetae. Oceano ab aliis ſubſtitutus eſt Pontus. *Phorci* nomen, etiam in Perſei rebus, clarum fuit. Φόρκου ὕδωρ pro mari dixit Phanocles in Eleg. ap. Rhunk. Ep. crit. p. 302. Ἅρπυιαι. Eadem Tz. ad Lycopr. 166. ex h. l. de iis inf. I, 9, 21. vid. ad Aen. III. Exc. VII. Typhonis filias eas edit Valer. Fl. IV, 428. *Podargen* Harpyiam, quae ap. Homer. Il. π, 160. eſt, Apollodorus haud memorat, vt nec Heſiodus; vt nec Scyllam, quam Acuſilaus et alii e Phorcyne natam narrauerant, v. Schol. Apoll. IV, 834. Schol. Od. μ, 85. Tz. ad Lycopr. 45. et nos ad Cirin. 66. Etiam ex Phorcyne *Thooſa* mater Polyphemi Od. α, 71. Schol. Theocr. XI, 67.

f. 7. Νηρέως δὲ καὶ Δωρίδος, τῆς Ὠκεανοῦ, Νηρηίδες. Nereidum alius recensus est apud Hesiod. Θ, 241 sq. Il. σ, 39 sq. et Hygin. praef. Cum Nereides vulgo edantur numero L, desiderari possunt in Apollodoro quinque numero subductae. Nec tamen in hoc consentiunt laudati supra; cf. Valkenar. ad Ammon. p. 167. Occurrunt quoque passim alia nomina, vt ap. Schol. Apollonii III, 242.

Cap. 3.

f. 1. §. 1. Iouis nuptiae cum Iunone argumentum olim carminibus, quae periere, valde celebratum. v. Hesych. in ἱερὸς γάμος. cf. disputata ad Virgil. Aen. II. Exc. II. vbi de Pisandro: add. Wernsdorf. Poet. min. Tom. III. p. 540. Adde inf. ad II, 5. poma Iunoni in nuptiis data. Chrysippus de his nuptiis physice exponendis librum impurissimum scripserat ap. Diog. Laert. VII, 187. Ceterum si Scholion Il. ξ, 296. cum Schol. Ven. Vict. recte se habet, collatum cum Schol. ad Il. α, 609. suspicio suboritur, plura hic olim fuisse lecta; in altero enim: καὶ Ἀπολλόδωρος ἱστορεῖ, κρύφα τὸν Δία τῇ Ἥρα συγκαθευδῆσαι. in altero autem vberius eadem exponuntur. Alia fabula est ap. Schol. Theocr. XV, 64. quam exscripsit Eudocia p. 202.

f. 1. §. 2. ἐκ μὲν οὖν Θέμιδος. Ad seq. cf. Hesiod. 900 sq. In amoribus Iouis enarrandis mirifice sibi placent patres eccles. in his Clemens et Arnobius. Ducti illi amores variis a caussis, inducto semel more reuocandi omnia ad generationem, quoties aut caussa aut ortus memorandus erat; alia a stirpis heroum antiquissima origine; alia a meris poetarum commentis, et noua fingendi licentia. In genealogiis autem parum sibi constant poetae, quia pro diuersis consiliis diuersas origines ac stirpes fingere nihil vetabat. De Themide et Horis ex ea v. Pindari fragm. 69. p. 79. (nunc num. C. p. 130) *Horae* tres

iam ap. Pindar. Ol. XIII. pr. occurrunt. Μοίρας ex Ioue et Themide natas Hesiod. quoque facit Θ. 903. At idem v. 217. eas Noctis filias edidit; quae forte antiquior fuit mythologia; adeoque Hesiodo dignior. At alii alterum locum malunt pro interpolato habere, in his praestantiss. Ruhnken. Ep. Crit. p. 57. Alius isque admodum suauis de Moeris mythus est in Hymn. in Mercur. 549 sq. Ex Oceano et Terra Parcae natae erant in Orphicis. v. Athenag. c. 15. ex Mari ap. Lycophr. 144. 5. Ποντογόνοι sunt in Orac. Sibyll. ap. Zosim. II, 5, 2. Ex Chao natae ap. Quint. Smyrn. III, 755. Κῆρας Apollodorus non nouit cum Moeris ap. Hesiod. l. c. v. 217. memoratas; si modo versus genuinus est post Μόρον καὶ Κῆρα v. 211. Apud Mimnermum homini adstant altera senium, altera mortem ducentes. §. 3. ἐκ Διώνης δὲ Ἀφροδίτην. Venus Diones f. Non igitur agnoscit ortum ex spuma maris apud Hesiod. sed Homerum sequitur cf. Schol. Il. ν, 374. et sic ferebant Cretenses mythi. v. Diod. V, 72. §. 4. ἐξ Εὐρυνόμης. v. Hesiod. v. 906. cf. Schrader. ad Musaeum c. 9. Oceani ea filia. vid. sup. I, 2, 2. p. 5. Celebratum fuit in nonnullis theogoniis ante Cronum et Titanas *Ophionis et Eurynomes* regnum. v. Apollon. I, 503 sq. Lycophr. v. 1191. et Schol. §. 5. *Musae* ex *Mnemosyne*. cf. not. ad Ant. Lib. f. 9. Θάλεια. Apud Hesiod. Musa Θάλεια scribitur, Θ. 77. Gratiarum vero vna Θαλίη v. 908. Sed promiscua est scriptura. Θάλεια etiam inter Gratias v. c. Orph. Hymn. 59, 3. *Ex Styge et Ioue Persephone:* ita in theogoniis traditum fuisse arbitror. Ap. Hesiod. 454. Croni et Rheae filia est, quem auctor Hymni in Cer. v. 59. 60. et 75. sequitur. Sollennior origo est ex Ioue et Cerere: quam ipse Apollodorus mox in Cereris fabulis amplectitur c. 5. Homero duce Il. ξ, 326. Tum iterum Iouis incestus cum Proserpina multa memoratio in teletis erat, etsi mystica.

f. 1. De *Musarum* liberis alii alia: nec id mirum, cum omnino vatum mater ederetur Musa, multa autem ac varia comminiscendi opportunitatem daret ipsa poesis. Omnino haec persequi nunc non licet. De Musarum mythis et originibus actum T.VIII. Comment. Soc. Sc. Gott. cf. Schol. Il. κ, 435. et 450. Schol. B. Eustath. p. 817, l. 30. *Linus* Vraniae f. in Hesiodi fragm. ap. Eustath. p. 1163. Psamathes et Apollinis: Conon. c. 19. De Lino ab Hercule caeso v. inf. II, 4, 9. p. 110. *Orpheus* Oeagri f. v. inprimis Schol. Apollon. I, 23. cf. Schol. Pind. P. 4, 313. De matre v. ad Hygin. 14. pr. *Musaei*, *Eumolpi*, *Olenis*, *Pampho*, qui et ipsi ex antiquissimis vatibus fuere, non meminit, quia non tam ad mythos quam ad historiae incunabula spectant. Vide de iis saltem Simson. Chron. p. 258. 259.

f. 2. §. 2. Πλούτωνα memorat; cum sollenne sit antiquioribus Ἅδην memorare. §. 3. Orpheus *Dionysia* inuenisse dicitur: quod Melampodi tribuitur ab Herodoto lib. II, 49. Quid quod ob contemtum Dionysi, praelato Apolline, interemtum Orphea Bacchis immissis, tradiderat Aeschylus: v. Eratosth. c. 24. Certe fama acceptum esse debuit, Orpheum a Bacchis discerptum esse. Caussa varie tradita; inter alias amor puerorum; de quo v. c. Phanocles in carmine quod inscriptum fuit Ἔρωτες ἢ Καλοί. ap. Athenaeum; repetito a Ruhnken. Ep. crit. p. 299. — Μαινάδες sunt mulieres Thracicae orgia celebrantes; nota res. v. Ovid. Met. X. pr. *Pieria* autem h. l. est ad Olympum montem.

f. 3. *Pierus* Thrax, seu idem seu diuersus ab eo, cuius filiae Pierides, quae cum Musis certamen canendi iniere: ex Ovid. Met. V. notae: add. Anton. Lib. 9. *Hyacinthus* hic Pieri, Magnetis f. (quem infra videbis inter Aeoli libros I, 7, 3. p. 27.) adeoque ex stirpe Aeolica, confusus

paſſim, et hoc ipſo loco ab Apollodoro, cum altero, Amyclae et Diomedes f. qui diſco ab Apolline iacto occubuit: de quo inf. III, 10, 3. p. 232. (cf. *Antiquar. Aufſätze* P. I. p. 96.) Intpp. Hygini p. 376. 7. et ad Lucian. T. I. p. 238. praeter Lennep. ad Coluth. II, 9. qui ſublata vult illa: ἀλλ' Ὑάκινθον — ἀπέκτεινε. non male quidem, nimis calide tamen: nam plura alia noſter ex diuerſis auctoribus diuerſa narrat. ſ. 3. §. 1. Θάμυρις. de eo v. Pauſan. IV, 33. alios ap. Simſon. Chron. 2742. Fuit fabula Sophoclis Θάμυρις. Ceterum exſcripſit h. l. Zenob. IV. 27. et Schol. Il. β, 595. hunc vero Eudoc. p. 226. add. Euſtath. ad Il. β, p. 298. f. mutua ope emendandi. *Philammonis* filius: et is Philonidis et Apollinis v. Canon. Narr. 7. Schol. Od. τ, 432, vbi plura de eo. De certamine, quod cum Muſis iniit Thamyris, loc. claſſ. Il. β, 595. vbi ſimpl. Muſas prouocat, victusque excaecatur; at noſter rem ita narrat, vt facile appareat, eum cum iis pepigiſſe, vt victor omnes deuirginaret, victus autem virilibus priuaretur.

ſ. 4. Calliopes filium an alius *Rheſum* edat, ignoro. Apud Homerum Eionei eſt filius; vbi Euſtath. τοὺς νεωτέρους eum Fluuii et Euterpes filium facere addit p. 817, 25. it. Schol. ad Il. κ, 435. Terpſichores f. eſt ap. Schol. in Argumento Rheſi, etſi ipſe poeta, quisquis ille eſt, Muſam tantum in ſcenam prodire iuſſit v. 894. cf. Mezir. ad Heroid. Ovid. p. 80. Strymonem eius patrem edit quoque Conon c. 4. vbi Ἰονεὺς mutandum eſt in Ἠιονεὺς ex Homero. De *Corybantibus* nihil ad liquidum perductum vidi. Ex noſtro hauſit eadem Schol. Lyc. 78. Apollinis et *Rhytiae* partum eos ediderat Pherecydes apud Strabon. X. p. 724. c. ſi modo ſanum hoc nomen. Muſarum progeniem eos qui pronuntiauit, forte ad pyrrhichen reſpexit, ſaltationem iis tributam. Circumfertur gemma Corybantes cum Ioue lactente, capra appoſita,

exhibens: ſuppoſitium haud dubie opus, multis exemplis vulgatum; quod adumbratum eſſe ſuſpicor ex antiquo marmore in Villa Palluccia Albana, quod aere excuſum eſt in Vulpii Vetere Latio Tom. VII. tab. III. ad p. 108, vbi perperam ad Romuli et Remi primordia ſeu incunabula refertur. *Sirenes* ex Acheloo (cf. Pauſan. IX, 34. p. 778) et *Melpomene:* Sic et Hygin. praef. p. 13. et f. 141. add. 125. Apollon. IV, 895. Terpſichores eas filias facit, et ex eo Schol. Lycophr. 671 et 712. Ipſe Apollodorus, alios auctores ſequutus, ex Acheloo et Sterope prognatas narrat inf. I, 7. f. p. 32. Phorci tamen filias eas ediderat Sophocles ap. Plutarch. Sympoſ. IX, 14. p. 745 extr. Propter patrem Acheloum inter fabulas Aetolicas refertur Σειρήνων γένεσις apud Lucian. de Saltat. 50. Ceterum de Sirenibus, praeter loca claſſica Homeri et Virgilii cum Apollonio IV, 893 ſq. leguntur multa ap. Euſtath. Schol. Od. μ, 39. Schol. Lycophr. 653. 712. Tz. Chil. I, 330 ſq. VI, 714 ſq. Eudoc. p. 373. ἐν τοῖς περὶ Ὀδυσσέως: haec ſunt inter ea, quae in fine libelli periere. Meminit tamen Sirenum iterum inf. I, 9. 25. in Argonautarum erroribus.

ſ. 5. Ἥρα δὲ χωρὶς εὐνῆς. Heſiod. Θ, 927. Ἥρη δ' Ἥφαιστον κλυτὸν, οὐ φιλότητι μιγεῖσα: quod alii ita narrant, grauidam eam fuiſſe ex Eurymedonte, antequam Ioui in connubium tradita eſſet. v. ad Il. ξ, 295. ὡς δὲ Ὅμηρος λέγει. Il. α, 578. Quae ſequuntur, nota ſunt ex Il. α, 590. vbi v. Schol. Confuſae autem fabulae plures antiquiores e coſmogonia, Heraclea, et phaenomeno aliquando in Lemno viſo ſoli vel montis igne ardentis. Lemnus autem ſedes et officina Vulcano data propter ignes ſubterraneos: quemadmodum mox ab aliis poetis Aetna, Lipara: res nunc ſatis nota. Ita ſentiendum de iis quae in nota Hemſterh. ad Luc. DD. 15. f. leguntur. At ſedes

propria erat Olympus; vt ap. Homerum. *χειμῶνα* in reditu Herculis a Troia capta. v. Il. ξ, 249 sq. et cf. inf. II, 7, 1. *πεσόντα ἐν Λήμνῳ* verba Homerica *κάππεσεν ἐν Λήμνῳ.* Porro *δίεσωσε Θέτις.* apud Homerum *Σίντιες ἄνδρες.* At Thetis excepit Vulcanum puerum a matre abiectum Il. Σ, 398. itidem Bacchum fugientem Il. Z, 137.

ſ. 6. Ex antiquiſſimis mythis eſt *Metis* a Ioue deglutita. Antiquitatem arguit ipſa figmenti cruda, indigeſta et agreſtis indoles. Rem noſter ſic narrat: Iouem cum Metide, etſi inuita, congreſſum, cum illam grauidam videret, deuoraſſe et intra aluum ſuam condidiſſe; partus autem tempore Metidi inſtante, Iouem capitis vertice aperto partum iſtum Metidis edidiſſe, nimirum Mineruam. Quae figmenti ſententia ſit, in promtu habetur. Narratio ipſa tamen parum diſerte ab Apollodoro facta eſt; comparandus eſt fons mythi Heſiodus O. 885 – 899. tum verſus Chryſippi ap. Galen. de Hippocr. et Plat. Dogm. III. p. 273, quos ex parte emendauit Ruhnk. Ep. crit. p. 100. de corruptelis verſuum iam monueram in Commentat. de Theogonia ab Heſiodo condita p. 152 (in Commentat. Soc. Scient. R. G. 1779. Vol. II.). Finita ſententia vſſ. 12. verſus reliqui alieni aliunde petiti et attexti ſunt. Breuiter attigere mythum Schol. Il. α, 195. vbi additur: *ὡς Ἀπολλόδωρος ἱστορεῖ ἐν πρώτῳ.* Schol. B. ad Il. ϑ, 39. Schol. Platonis p. 204. 5. tum vero Patres, vt Theophilus in Autolyc. p. 276. Clemens Homil. V, 12. corrupte cum aliis. Putabam aliquando, duas fabulas, haud abſimiles, forte h. l. eſſe confuſas, et, cum ſemel *Θέτιδι* aut lectum aut interpolatum eſſet, interpoſuiſſe, vt etiam Empirius noſter ſuſpicabatur, interpolatorem reliqua *μεταβαλλούσῃ — συνελϑεῖν,* quae de Thetide vera ſunt; verum ex Metide Athene orta eſt, non ex Thetide. Interea cum plures ſint fabulae antiquiores, in quarum

locum aliae prorſus ſimiles poſtea ſucceſſere: potuiſſe videbam etiam de Metide hoc commemorari, quod de Thetide narratum frequentatur, in varias eam formas mutatam Iouis congreſſum fugiſſe. Atque hoc vidi mox firmatum per vet. Schol. ad Heſiod. Θ. 885. p. 300. b. *λέγεται ὅτι ἡ Μῆτις τοιαύτην ἔχει δύναμιν, ὡς μεταβάλλειν εἰς ὁποῖον ἂν ἐβούλετο. πλανήσας οὖν ὁ Ζεὺς αὐτὴν καὶ πικρὰν ποιήσας κατέπιεν. ἔγκυον δὲ αὐτὴν κατέπιεν.* Corrupta haec: forte leg. *καὶ ἐπικρατήσας συνῆλθεν. ἔγκυον δὲ αὐτὴν κατέπιεν.* Accedunt verſus Chryſippi (v. ſupra ad h. l.) in quibus eſt Iouem conſueuiſſe cum Metide, *ἐξαπατῶν Μῆτιν καίπερ πολὺ δινεύουσαν.* in quo nihil mutabo; innuit enim Metin repugnantem et elabi volentem: vnde quoque in Scholio paullo ante laudato Heſiodeo poſſis refingere: *πλανήσασαν οὖν ὁ Ζεὺς αὐτὴν καὶ πικρὰν παύσας κατέλαβεν, ἔγκυον δὲ αὐτὴν κατέπιεν.* vt in verſu Chryſippi eſt: *συμμάρψας δ' ὅγε χερσὶν, ἑὴν ἐγκάτθετο Μῆτιν.* ſublatus ille ex Heſiodo Θ, 890. Tota narratio ex valde antiquo poeta profecta eſſe debet; qui Iouem ſuum, cum ei ſapientiam ineſſe narrare vellet, ad Croni, liberos in aluo recondentis, exemplum effinxerat. Pars fabulae mox traducta ad Thetidem. *ἐπὶ ποταμοῦ Τρίτωνος*: verba haec aliena ab h. l. et a male ſedulo ex III, 12, 2. putabam huc illata; etſi natales Palladis ab aliis ad Tritonidem paludem referuntur. vid. Apollon. IV. 1310. 11. vbi Schol. a Steſichoro primum traditum obſeruat, *σὺν ὅπλοις* proſiluiſſe Athenen; quod ſi verum eſt, Hymnus Homericus in Athenen (n. XXVI.) eſt Steſichoro recentior. (Alia v. ap. Meurſ. de Regg. Att. I, 4.) Comparatis tamen verſibus Chryſippi, vidi etiam alios duo haec iunxiſſe, et narraſſe Mineruam a Ioue editam ad Tritonidem paludem. De dea ex Iouis capite nata vid. plura ap. Hemſterh. ad Luciani DD. 8. inprimis cf. Etymol. M. in *Ἐρεχθεύς.* Sunt autem in hac

dea plures deae diuerſae, ſeu temporum et religionum ſeu poetarum inconſtantia, confuſae: inprimis Athene Athenienſium, Pallas, numen Libycum et numen Aegyptium.

Cap. 4.

ſ. 1. De *Aſteria* v. Callimach. in Del. 37. Egere de eá Burmann. ad Ovid. Met. VI, 108. Hygin. 153. et ibi Munker. Schol. Lycophr. 401. ex quo Eudoc. p. 277. *καὶ πόλις, ἀπ' ἐκείνης 'Αστερία πρῶτον κληθεῖσα, ὕστερον δὲ Δῆλος.* ſcil. *γέγονε.* pro *ἐκλήθη.* Sane voc. *πόλις* latius ſaepe atque etiam de inſula vſurpatum bene memini. Sed in ſimili contexto et in hoc ſcriptore vix ferendum. Forte ex litterarum compendio obſcuriore *καὶ νῆσος* dedit hoc indoctus librarius. Schol. Lycophr. 401. qui h. l. ante oculos habuiſſe videtur; *καὶ γέγονε νῆσος, ἥτις ἀπ' αὐτῆς 'Ορτυγία καὶ 'Αστερία ἐκαλεῖτο.* add. Schol. Il. *α*, 9. Hygin. fab. 53. *et ex ea inſula eſt enata, quae Ortygia eſt appellata.* Vnde Gale coni. *καὶ νῆσος ἀπ' ἐκείνης 'Αστερία πρῶτον κληθεῖσα, 'Ορτυγία ἐκαλεῖτο, ὕστερον δὲ Δῆλος.* Propius ad litterarum ductum coniectare licet: *καὶ ἐπεπόλασεν ἀπ' ἐκείνης ἡ 'Αστερία. vſu increbuit inde nomen Aſteries.* Analogum §. 3. nomen *Thymbridis* ſ. *Thymbrios* Nymphae Thymbrae Troadis, Apollinis oraculo clarae; nec non Nymphae Thymbridi, fonti et amni Siciliae apud Theocr. I, 118. De *Panis* natalibus diuerſa narrantur, v. Schol. Theocr. I. 3. De Pane docte egit Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 270. v. inpr. Hymn. Homeric. in Panem. Sed et ipſi Pani in loco noſtro controuerſiam faciunt codd. qui omnes *παρὰ τοῦ πατρος* legunt; in cod. Reg. 3. lacunae ſignum *λείπει* adſcriptum erat. Videtur fuiſſe vetus lectio ita obſcurata, vt ſupplenda eſſet. Niſi Schol. Pindari vetaret, hoc vnum ex ceteris retinerem: *μαθὼν παρὰ τοῦ πατρὸς, ἧκεν εἰς Δ.* haec ad communem morem

narrandi essent accommodatissima: a Ioue futura discit Apollo. De *Themide* sortes Delphis ante Apollinem edente nota res. v. ad Hygin. f. 140. cf. quae de Delphorum originibus narrat Pausan. X, 5. — Caeso Pythone exulasse Apollo dictus ab Anaxandrida Delpho ap. Schol. Euripidis Alcest. pr. De Tityo §. 4. fabulae fuere plures inter se dissidentes. Tantalo σύγχρονον edunt chronologi apud Syncellum et Chron. Euseb. Eius filia Europa Euphemi mater est ap. Pindar. Pyth. IV, 81. Ante oculos fuit locus, qui sequitur de Tityo γηγενεῖ, Grammatico ad Od. η, 324. nec dissimilia apud Eustath. item ad Od. λ, 576. et Eudoc. p. 145. Fabulae antiquior auctor erat Pherecydes apud Schol. Apollon. I, 761. Conf. Fragm. Pherecyd. a Sturzio collecta p. 163. Apud Homerum eod. loco Od. η, 324. *Tityus* est in Euboea, ad eumque inuisendum venit Rhadamanthus. cf. Strab. IX, p. 648. B. Legebatur §. 5. εἰς Πύθωνα. Si hoc verum esset, ad Pythonem serpentem visendum venisset Tityus. Nam cum tria sint, Πυθών, Πύθων et Πυθώ, discrimen fere obseruari solet hoc, vt ἡ Πυθώ, οῦς, et ἡ Πυθὼν, ῶνος, appelletur vrbs apud Homer. (v. c. Od. λ, 580. Il. ι, 405. Il. β, 519.) Callimach. Pindar. et al. At serpens modo est ὁ Πυθώ, vt apud Callimach. in Apollon. 100. modo ὁ Πυθὼν, ῶνος, vt apud Schol. Pindari Arg. Pyth. modo ὁ Πύθων. Mox Grammatici ita distinxere, vt ὁ Πύθων serpens sit, ἡ Πυθὼν vrbs. Sic Etymol. h. v. Schol. Aristoph. Plut. 39. Schol. Pindari, v. c. ad Pyth. VIII, 88. Contra apud Latinos scriptores vrbs fere Pytho, et serpens Python. Ephorus apud Strabonem IX. p. 647. A ex Pythone faciebat χαλεπὸν ἄνδρα, Πύθωνα τοὔνομα, ἐπίκλησιν δὲ δράκοντα. add. Athen. XV, p. 701. C. ex Clearcho; sed haec ex praua interpretatione. Idem serpens suo nomine Delphynes dictus Hym. in Apollon. et apud Apollon. II, 708. Dionys. Perieg. 442.

Si itaque εἰς Πύθωνα recte ſe habet, ad monſtrum illud Pythonem viſendum ſe contulit Tityus. Sed debebam ſine cunctatione reponere εἰς Πυθὼ, *Delphos*, quod ipſi codd. offerunt Med. Oxon. Dorv. Regii, Πυθῶ erat in Pal. Ipſe Homer. Od. λ, 580. habet Latonam Πυθώδ' ἐρχομένην. Incidit autem illa in Tityum apud Panopeum. Strab. IX, p. 648. B. et ipſe Homer. l. c. Ceterum color fabulae eſt idem qui Od. η, 323. 4. de Rhadamantho. ἐπισπᾶται. proprie, *veſte prehenſam attrahit ad ſe.* Exprimunt haec vocem ea in re propriam ἑλκῆσαι, vt Od. λ, l. c. Λητὼ γὰρ ἥλκησε Διὸς κυδρὴν παράκοιτιν. qua de voce vid. ad Homer. Il. Z, 465. ρ, 458. χ, 62. Apud Apollon. I, 760. Apollo Tityum interimit: — ἑὴν ἐρύοντα καλύπτρης μητέρα θαρσαλέως Τιτυὸν μέγαν. Et Schol. ad I, 179. Tityus in orco punitur διὰ τὸ ἐν Πυθῶνι στελλομένην κατασχεῖν τὴν Λητώ. quae corr. ex mſ. Reg. διὰ τὸ στελλομένην τὴν Λητὼ εἰς Πυθῶνα κατασχεῖν. Similia de Orione vid. apud Arat. v. 638. et Nicand. Ther. 16. Eodem ſpectat quod mox I, 6, 2. de Porphyrione: καταῤῥήγνυσι τοὺς πέπλους τῆς Ἥρας. Paullum diuerſo ſenſu ἐπισπᾶσθαι dictum eſt inf. II, 5, 8. οἱ ἵπποι διέφθειραν ἐπισπασάμεναι. pro διασπασάμεναι. Tityi ſupplicium nota res: v. Od. λ, 576 ſq. de eius ſepulcro nouem iugerum interpretantur fabulam alii apud Pauſan. X, 4. p. 806.

ſ. 2. De *Marſya* v. loca ap. Burmann. ad Met. VI, 400. Hygin. f. 165. et Intpp. Salmaſ. ad Solin. p. 784 et p. 84. τὴν κιθάραν στρέψας. *inuerſa cithara:* quod alter inuerſa tibia non aeque facere poterat. Inepta ſane calliditas. Pronum eſt ſuſpicari, Apollinem mutaſſe modos cantus; in quem fere ſenſum Salmaſ. l. c. p. 84. *E. ad aliud modulationis genus citharam accommodauit et temperauit.* At hoc non eſt στρέφειν τὴν κιθάραν. Saltem τρέπειν τὸν νόμον. Sed nec hoc verum. Alia calliditas eſt ap. Diodor.

III, 59. vbi Apollo vocis cantum adiungit. Ingeniofe rationem excogitauit, qua probabilitas aliqua narrationis declarari poffit, Böttiger (*Attifches Mufeum* 1. B. 2. Heft p. 352) vt pone iugum, ζυγὸν, fides pulfauerit Apollo (*hinter dem Steg*) fi modo deum tantos in arte progreffus feciffe credere licet. Apud Hygin. l. c. eft: *Apollo citharam verfabat*, et fic fimpliciter de cithara inuerfa Gloffae mff. in Fulgent apud Munker. l. c. An praeterea aliquis contentionem inter Marfyam et Apollinem in hunc modum narrauerit, videndum eft.

f. 3. *Orionis* natales ἀπὸ τοῦ οὐρεῖν, ex etymologia perabfurda, bene omittit Apollodorus; quos tamen Strabone tefte lib. IX. p. 620. ipfe Pindarus in Dithyrambis attigerat; memorant eosdem multi alii, Schol. Il. σ, 486. Ovid. Faft. V, 499 fq. Palaeph. c. 5. Hygin. f. 195. Confunditur praeterea Hyrieus et Orion, etiam apud Eudoc. p. 440. 1. At apud Anton. Lib. 25. Orion Hyriei filius eft et filias habet Metiochen et Menippen. Ceterum ante oculos fuit noftro Eratofth. Cataft. c. 32. ex quo fua exfcripfit Schol. Arat. 322. Praeiuit Hefiodus, vt Nicander docet Ther. v. 10. At in Schol. Il. σ, 486. partim ex Euphorione fabula narrata. Add. Arat. 637 fq. (quem locum praeclare olim emendauit Brunk. ad Apollon. p. 175) et Schol. ad e. l. Hyginus P. A. II, 34. pleraque ex Eratofth. transtulit. Variis fabula Orionis modis tractata eft partim poetarum ingeniis in diuerfa abeuntibus, partim quod ea ex earum fabularum genere eft, quae ex fiderum fignis, καταστερισμοὺς appellant, ductae, mira cum varietate tractatae, in poetarum lufus abiere. *Euryale.* Εὐρυάλης τῆς Μίνωος addit Eratofth. cum al. vid. Munker. ad Hygin. l. c. p. 485. 12. Probabilius fit, Euryalen effe unam ex Gorgonibus: inf. II, 4, 2. memoratam; ex ea monftrum hominis bene potuit procreari a Neptuno.

cf. Koppiers Obſſ. philol. p. 124. 5. *διαβαίνειν τὴν θάλασσαν*, ſeu, vt incederet per mare, ita vt capite ſuper aquas emineret: ita v. c. Virgil. X, 763. *quam magnus Orion cum pedes incedit medii per maxima Nerei ſtagna viam ſcindens humero ſupereminet*, vt prodigioſa corporis proceritas ita declaretur; hactenus ductus luſus ab ortu ſideris ex mari; ſeu, vt ſupra fluctus ambularet: *ὥστε ἐπὶ τῶν κυμάτων πορεύεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τῆς γῆς.* Schol. Arati 321. *δωρεὰν δὲ ἔχειν παρὰ τοῦ πατρὸς, ἐπὶ τῶν κυμάτων πορεύεσθαι.* Eadem Schol. Nicandri habet, ex Eratoſthene, e quo ſua ſumſit, emendandus; et Hygin. l. c. *vt ſupra fluctus curreret vt in terra.* Sane magis perſpicua eſſet ſic dictio *διαβαίνειν ὑπὲρ τὴν θ.* De *Side* §. 2. an alibi memoretur, ignoro. Siden Danai filiam, a qua Laconicae vrbs dicta, Pauſan. III, 22. p. 268. refert.

§. 3. *Αὖθις δὲ ἐλθὼν εἰς Χίον*, quae ſequitur, paullo turbatior eſt narratio. Exſcripta pleraque ex Eratoſthene Cataſt. 32. Orion Oenopionis filiam Meropen vi oppreſſerat; quod indigne ferens pater, vt iniuriam vlciſceretur, in homine tam vaſti corporis fraude vſus, inebriatum excaecauit et ad littus proiecit. At Orion de recuperando viſu cogitans, Lemnum adiit, ibique ad ſolem orientem procedere iuſſus, viſum recuperat; tunc ira ardens Chium redit; at Oenopion ſub terra ſe occultaverat. Vt haec probabili modo narrata videri poſſent, plura appoſita eſſe debuere in antiquioribus. Lemnum adire debuit, vt a Vulcano ſeu viſum recuperaret, ſeu modum recuperandi diſceret. De Oenopione vid. apud Munker. ad Hygin. f. 129. Ad Oenopionem ad ſocietatem belli aduerſus Troiam trahendum miſſus eſt Palamedes apud Alcidamantem Or. Vlyſſis in Palamedem p. 73. edit. Reisk. De *Cedalione* in V. L. §. 4. narratio olim notior eſſe debuit. Fuit fabula Sophoclis hoc nomine, Κηδαλίων,

drama Satyricum. Vulcani ille eſt miniſter; at apud Euſtath. p. 987, 8. Vulcanum docuiſſe narratur. ἀνέβλεψεν ὑπὸ τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος, vt legendum eſt eiecto ἐκκαεὶς. Sic apud Euripidem in Hecuba 1066 (1053) Polymneſtor excaecatus ſolem inuocat, ἀκέσαι', ἀκέσαιο, τυφλὸν, Ἥλιε. Quod ad Ἡφαιστότευκτον οἶκον attinet, frequens fuit haec vox antiquis poetis de operibus praeclarae artis, Vulcano ex more tributis. Ita in ipſo Apollod. III, 4. 2. de Harmoniae monili: tum Pelei enſis apud Schol. Apollon. I, 224. tauri Colchici apud Antimachum in eod. Schol. III, 409. Talos ap. Schol. Od. υ, 392. cf. Euſtath. p. 1893, 7. amphora, qua Achillis oſſa conduntur, apud Schol. Il. ψ, 91. cf. Od. ω, 75. canis in aede Iouis in Creta, Schol. Od. τ, 519. et ſic alia.

ſ. 4. *Orion* ab *Eo* vel Aurora raptus, et in Delum abductus, diuerſi a reliquis generis Fabula: de qua vid. Od. ε, 121. Erat enim Orion pulcherrimus; Od. λ, 309. Atque hoc iam manifeſte ab aſtro Orionis eſt petitum. Quod adiicitur: Venerem eam, quod et in aliis deabus fecit, ad Orionis amorem pellexiſſe, ὅτι Ἄρεϊ συνευνάσθη, videtur ſenſus eſſe: Auroram amores cum Marte exercuiſſe, Venerisque ideo iram prouocaſſe. ſ. 5. ὁ δὲ Ὠρίων. De Orionis interitu, pro modo poetarum tractandi, diuerſae fuere narrationes. Vulgarem omiſit noſter, qua ſcorpio immiſſo interiiſſe dicitur: nota vel ex Horat. III, 4. et Callim. in Dian. f.; ab Euphorione eam tractatam fuiſſe diſcas ex Schol. Il. σ, 486. (etſi Schol. Leid. Pherecydem habet ap. Valkenar. in Diſſ. de Schol. Homer. p. 117) hanc rationem ſequuntur Nicand. Ther. 13. Eratoſth. c. 7. Arat. v. 637. vbi et in Oenopionis gratiam, vt inſulam belluis et feris liberaret, venatur. Orion Boeotus erat Tanagra oriundus, quo etiam loco monumentum eius ſpectabatur Pauſan. IX, 20. pr. ideoque, quod et Antonin. Lib. 25.

docet, ad Boeotorum fabulas eſt referendus. Venatorem fuiſſe etiam Odyſſ. λ, 571. teſtatur, nam in inferis feras perſequitur. Vnde Horat. II, 13, 39. *nec curat Orion leones aut timidos agitare lyncas.* — Vulgo commemorabant: gloriatum eſſe Orionem, omnes ſe feras ſublaturum eſſe; tum ſeu Terram ſeu Dianam iratam ſubmiſiſſe ſcorpium: vid. Eratoſth. Hygin. Arat. v. 646. add. Ovid. Faſt. V, 540. βιαζόμενος Ὦπιν. magis nota narratio, quod ipſam Dianam tentauit. Arat. 637 ſq. Nicand. l. c. Eratoſth. 7 et 32. ad quam alludit Callim. in Dian. 265. Idem et Pleiades tentauerat; vid. Schol. Il. σ, 486.

ſ. 6. *Triton* et *Rhode* ex Neptuno et Amphitrite. Apud Lycophr. 886. *Triton* Nerei f. at, ex Aceſandro, in Schol. ad e. l. Neptuni et Celaenus f. v. Mezir. ad Epp. Ovid. T. II, p. 179. De *Rhode*, v. ad Pindar. Schol. Ol. VII, 25. Ex Rhode Sol ſuſcepit Phaethontem, Lampetiam, Aeglen, Phaethuſam, vid. Schol. Od. μ, 208. vbi Aſopi filia eſt Rhode, et ex Tragicis petita eſſe dicitur fabula Phaethontis. Conf. Tz. Chil. IV, 360. hinc emendandus, et Eudoc. p. 206.

Cap. 5.

ſ. 1. In hoc capite de *Cerere*, et de *Proſerpina rapta*, Atticas fabulas ſequi videtur Apollodorus. Conferendus omnino Hymn. in Cererem. Pauſan. I, 38 et 39. pr. Priora capitis exſcripſit Zenob. I, 7. Ad Pandionis tempora aduentus Cereris et Bacchi refertur inf. III, 14, 7. At Cereris aduentum et ſationis frugum inuentum non minus ad ſe trahebant Argiui, Arcades, Siculi. Omninoque nulla facile fuit religio magis frequentata per Graeciam, Siciliam, Italiam, inſulas et Aſiam, quam Proſerpinae; quod vel numi veteres teſtatum faciunt, Proſerpinae vultu et nomine inſignes. Hinc nata tanta fabularum diuerſitas, alia a teletis non modo Eleuſiniis, ſed et Samothracicis

aliisque, alia a festis, quae rerum origines ritibus sollennibus adumbrabant, v. c. Thesmophoriis. Raptum Proserpinae in Sicilia ad Ennam factum esse, vulgatior fuit narratio. Disertior est in ea Diodor. V, 3. obuia quoque ea in operibus priscae artis. Apud Aetnam raptam esse deam alii narrant: vt Aristot. mirab. narrat. p. 879. C. D. (v. ed. Beckmann. c. 83.) et Hygin. fab. 146. vbi cf. not. ad fontem Cyanen ap. Syracusas Diod. V, 4. At alios aliis locis hanc narrationem de rapta Proserpina assignasse, viri docti iam passim notarunt: vide vel Spanhem. ad Callimach. H. in Cer. 9. Ruhnken. notam ad H. in Cer. 17. addi possunt plura. Ex teletis petitum esse videtur, quod in H. in Cer. 17. a monte Nysa rapitur Proserpina, et in Hymno Orphico XVII, 14. in Attica apud antrum Eleusinis. Memorabilis est locus Schol. Hesiodi p. 303. *ἡρπάσθαι δὲ αὐτὴν φασὶν οἱ μὲν ἐκ Σικελίας, Βακχυλίδης δὲ ἐκ Κρήτης, Ὀρφεὺς ἐκ τῶν παρὰ τὸν Ὠκεανὸν τόπων, Φανόδημος δὲ ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς,* (ad Cephissum v. Pausan. I, 38. p. 92.) *Δημάδης δὲ ἐν Νάπαις* (an Lesbi? forte is Demades, qui de Delo et Latonae partu scripserat). In H. in Cer. 17. a Nysa rapitur Proserpina. Scilicet retulere raptum ad omnia fere loca, in quibus per antra vasta aditus esse ad loca infera tradi solebat. Sic ad Pheneum Arcadiae, ap. Conon. 15. ad Philippos Macedoniae: ap. Appian. B. Civ. IV, 105. Iam talem specum, et per hunc descensum ad inferos tradiderant esse apud Hermionen Argolidis: vid. Strabon. VIII. p. 573. A. Callimach. Fragm. Bentl. CX. Pausan. II, 35. p. 196. et Cererem in haec loca venisse, ibid. p. 194. Sed omnem dubitationem eximit cum Zenob. l. c. tum Schol. Aristoph. Equ. 782. qui h. l. excitant et *παρὰ Ἑρμιονέων* diserte exhibent.

Loca, quae sequuntur, §. 2. *Ἀγέλαστος πέτρα*, et *Καλλίχορον φρέαρ*, etiam ab aliis celebrantur: v. Callim.

in Cer. 16. et ibi Spanh. Sed iis, qui accuratius de his egere, hic fons eſt is, ad quem primus chorus Cereri fuit habitus v. Pauſan. I, 38. p. 93. Hymn. in Cer. 271. ille autem fons, ad quem conſedit dea erroribus feſſa, erat Parthenius ibid. v. 99. vbi cf. nota Ruhnk. §. 3. ἔνδον οὐσῶν γυναικῶν: in Hymn. in Cer. 168. ſunt quatuor filiae Celei: cf. 105 ſq. §. 3. πρὸς Κελεόν alii Eleuſinem, alii Hippothoontem, Rharum alii memorant, adduntque fere nomen, βασιλέα Ἐλευσινίων. Scilicet illa aetate viri inter ciues eminentes eo nomine appellari ſolent a poetis, atque hinc factum, vt eiusdem ciuitatis ſaepe memorentur reges plures ac diuerſi. Ipſe auctor Hymni in Cer. 153 ſq. principes Eleuſinis recenſet Triptolemum, Dioclem, Polyxenum, Eumolpum, Dolichum, Celeum. cf. 479 ſq. (Mox pro: διὰ τοῦτο ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις erat διὰ τοῦτον vitioſe in codd. et ed. pr.) In *Theſmophoriis* manſiſſe hunc morem praeter Cleomedis locum Meteor. II. p. 91. nulla forte memoriá ſupereſt, nec aliam attulit vir doctiſſ. *du Theil*, qui de Theſmophoriis egit *Mem. de Litt.* Tom. XXXIX. p. 223. Probabile fit, inter ceteros ritus antiquitus acceptos ſymbolicos fuiſſe et hunc, vt licentiam Iambes feminae Theſmophoria celebrantes adumbrarent. Ritus enim ſacrorum fuerunt ab initio partim ſymbolici, partim hiſtorici, h. e. memoriam priſci facti vel euenti, adumbrando et mimice illud exhibendo, ſeruabant: plerumque vero mature memoria originis et cauſſae exoleuerat, ritus tamen retineri ſolebat. Sed in pluribus ſacris ſimilis mos manſit, vt in inſula Anaphe inf. I, 9, 26. p. 70. et in Saturnalibus Romae; in ſacris Bonae Deae ap. Propert. IV, 9, 23. vbi v. Intpp. Contra apud Rhodios in ſacris Herculis dirae locum habebant inf. II, 5, 11. Fabula I, 5, 1. de Cerere apud Celeum degente, nunc copioſius expoſita legitur in H. in Cer. 96 ſq. cuius

auctor Pamphum videtur ſequi; noſter alios auctores habuit. §. 4. De *Celeo* v. l. l. ad v. 96. Nobile vtriusque, Celei et Metanirae, nomen Athenis, vt et pro diis eſſe cultos dicat Athenagoras Legat. 12. p. 50, parum ſubtiliter. Celeus modo patris modo pueri nomen editur. qua de re iam actum ab Intpp. Hygin. f. 147. et Ovid. Faſt. V, 448. *περιῄρει τὰς θνητὰς σάρκας αὐτοῦ*, puta, inungendo corpus ambroſia reſtituit corpori id quod ignis conſumſerat; alterum interdiu factum, alterum noctu narrat H. in Cer. l. c. vnde paullo calidior quis poſſit ſuſpicari etiam h. l. excidiſſe: *καθ' ἡμέραν δὲ ἀμβροσίᾳ ἔχριεν. οὕτω δὲ παραδόξως αὐξανομένου τοῦ Δ.* Nec ſane abſimilis locus inf. III, 13, 16. Ceterum ad eandem rationem compoſita ab aliis poetis eſt fabula Achillis pueri, quam multi, inque his Apollon. IV, 869 ſq. et noſter inf. l. c. expoſuere.

ſ. 2. Triptolemus, Celeo et Metanira natus, etiam in Hymno in Cer. Praeter ea, quae h. l. ſubiiciuntur, alii Rhari filium eum faciebant: v. Svid. in Ῥαριάς. Alii alia ſunt commenti: v. Pauſan. I, 14. Deiopes filius editur in Mirab. Auſcult. c. 143. Sed de his et aliis diuerſitatibus ſatis actum a viris doctis: Meurſio in Eleuſin. Attic. Lect. et Athen. Att. Munker. ad Hygin. 147. Verheyck ad Anton. Lib. 1, 24. Paſſim Ruhnken. ad Hymn. in Cer. vt ad v. 96. 450. 480. et nunc L. B. de Sainte Croix *ſur les Myſtères* p. 99 et 530. Fuit quoque Sophoclis fabula, Τριπτόλεμος. Moleſtum eſt, eiusmodi loca citata coaceruare; nec niſi inuitus et perraro ſequor morem virorum doctorum in his litteris receptum, forte non ſatis probandum; ad accuratam tamen doctrinam refert interdum, vt teneas, quaenam obſeruata vulgaria iam ſint et expedita, vt ne iterum in iis illuſtrandis conteratur hominum doctorum induſtria, ſed transferatur ad alia minus expedita.

ſ. 3. Fabulam de male guſtatis a Proſerpina granis vid. in H. in Cer. 335 ſq. 371 ſq. 412. inpr. apud Ovid. Met. V, 529 ſq. Faſt. IV, 601 ſq. Alios v. ap. Meurſ. in Eleuſ. c. 25. Puta legem Fatorum fuiſſe, vt nemini ex inferis reditus pateret, qui quid ibi guſtaſſet; etſi in genere cibi, granis mali Punici, myſtici aliquid ineſſe potuit: quo ducunt quoque fabulae de Iunone, et ſacra Bacchica. Γεργύρα etiam infra in fragm. ex libro XX. περὶ θεῶν occurret. Pro ea *Orphnen* Ovid. l. c. Met. V, 539. memorauit, *Stygem* Seruius. Petra Aſcalapho iniecta deuoluetur ab Hercule ex inferis reduce inf. II, 5, 12. pag. 142.

Cap. 6.

ſ. 1. De *Gigantibus* fuere carmina antiqua, Gigantomachiae nomine inſcripta. Forte ex his nonnulla a ſeriore poeta Claudiano lecta, vtique ab Ovidio, etſi is Lib. I. Met. 151 ſq. paucis verſibus rem abſoluit; magna enim cum Titanomachia et cum Typhoei pugna intercedens ſimilitudo pugnae Gigantum faſtidium facere poterat. Omiſit quoque Heſiodus (v. *Diſſ. de Theog. Heſiod. in Commentat.* S. G. Vol. II. p. 151). Multa in hac fabula ad Theſſaliam ſpectant, in qua terrae motibus et incendiis magnas montium ruinas aliquando factas eſſe ipſa locorum facies docebat, et etiamnum id teſtatur. Phyſica ratio, vt in aliis, mutata eſt in factum et mythum. Translatus inde mythus ad alia loca ſimili adſpectu, vt ad Campos Phlegraeos in Italia. vid. inf. ad ſ. 1. §. 3. Diuerſa prorſus eſt notio Gigantum in Odyſſea, vbi finitimi Phaeacum edi videntur: η, (lib. VII.) 59. 205. 6. quod et Pauſan. VIII, 29 pr. obſeruauit. Confunduntur autem paſſim ab antiquis quoque Titanes et Gigantes, vt in eod. Pauſan. VIII, 36. §. 1. γεννᾷ Γίγαντας ἐξ Οὐρανοῦ. Ex Coeli genitalium ſanguine cum Erinnyſi creantur apud Heſiod.

Θ. 185. Aliter Hygin. praef. p. 4. vbi vid. Munker. cf. Etymol. M. in Γίγας, vbi prouocatur ad ἱερὸν λόγον. Aegre ferebat Terra Titanes in Tartarum detrusos, vid. Apollon. II, 39. et Schol. vt eadem sup. I, 1, 3. indignabatur propter Centimanos Tartaro inclusos. Ibi erat ἀγανακτοῦσα ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ τῶν παίδων. In iis, quae sequuntur, multa sunt poeticis propiora: vt Apollodorum veterem poetam ante oculos habuisse putem; etsi non ignorem attigisse eadem Pherecydem et Acusilaum. — Gigantes anguipedes memorantur passim a poetis; sic et ab auctore Aetnae 46. 47. Tales quoque eorum species occurrunt in antiquis operibus, inprimis in gemmis. v. *Cabinet d'Orleans* p. 55 sq. vbi etiam ex illo Museo praestans gemma editur, male sub Titanis nomine; confunduntur quidem Titanum et Gigantum nomina; at *anguipedes* tantum *Gigantes* sunt; nunquam, quantum quidem memini, Titanes, v. c. Oceanus, Cronos. §. 3. ἐγένοντο δὲ — ἐν Φλέγραις. ὡς δὲ ἄλλοι ἐν Παλλήνῃ. Desidero hic doctrinam Apollodori, vt et suspicer interpolatum esse locum. Phlegra et Pallene eadem est regio, chersonnesus Thraciae seu Macedoniae; v. vel Stephan. Byz. h. v. Melius Theon Progymn. p. 91. καὶ τὴν πάλαι μὲν Φλέγραν, νῦν δὲ Παλλήνην. Vere enim Phlegra, campus Phlegraeus, in Pallene fuit, terrae motibus concussae ruinis incendiisque notabilis. Sed Phlegrae nomen traductum ad alia loca caecis ignibus exusta; quod cum aliis iam Gesner. ad Claudian. p. 444 docuit. Ita campi Phlegraei ad Cumas Italiae, ad quos etiam Gigantum pugnam reuocarunt; v. Strab. V. p. 376. B. 372. C. 430. C. Polyb. III, 91, 7. Diodor. V, 71. In Arcadia ad Alpheum indigenae ap. Pausan. VIII, 29. et in Tartesso, adeoque in extremo occidente, gesta Gigantum collocat Schol. Il. ϑ, 479. ἐν Φλέγραις. communior forma est ἡ Φλέγρα.

quae et inf. II, 7, 1. occurrit. τὸ Φλέγραιον et Φλεγραῖον πεδίον. — §. 4. Gigantum nomina occurrunt plura, hic non memorata; in his eſt *Mimas* inter primores habitus ap. Eurip. in Ione 215. Horat. III, 4, 53. vbi plures recitat. *Porphyrion* et *Alcyoneus*: alter notus eſt ex Horat. III, 4, 54. et Pindaro P. 8, 15. alter Antaei ex Terrae contactu recreati fabulam ſuppeditauit; (v. inf. II, 5, 11. §. 6.) ipſe tantum in Pallene, in cuius finibus ex Terra natus erat, hoc muneris habuit; ἐν ᾗπερ ἐγεννήθη γῇ h. Pallene. vt mox quoque patebit. Nec vero Gigantes poterant occidi, niſi mortali a diis in ſocietatem pugnae adſcito; tali vero pugnae ſocio a diis adhibito ſi vulnerarentur Gigantes, fas erat αὐτοὺς τελευτήσειν τὸν βίον. Quod vero Alcyoneus Iouis armenta ex Erythia (ἐξ Ἐρυθείας: male legebatur Ἐρυθίας) abegiſſe narratur, teſtatur et ipſum, ante eos, qui Heracleas condidere, antiquiores extitiſſe fabulas, quas illi in rem ſuam conuerterunt: nam et hoc ad Herculem et Geryonem traductum v. inf. II, 5, 10. Ex vulgari ac perpetuo poetarum vſu (nam de mythorum antiquiſſimorum incerta ſede Solis, et de variis commentis ſuper ea, nunc non agitur; ne quis mala fide me impugnet). Solis regia erat in extremo occidente; ibi etiam Solis equi ſtabulabantur; tum vero et boues: iis additus cuſtos Geryon cum Orthro; mox Geryonis armenta ea facta ſunt. Erant et horti ibidem, ab Heſperidibus nymphis cuſtoditi; mox auocata a Sole et haec fabula, et ad Herculis res traducta. Ita multa, quae ab initio mera ſententiarum ornamenta erant, in facta et res geſtas mutata eſſe videntur. Sequentem locum ante oculos habuit Schol. Lycophr. 63. §. 6. ἐζήτει φάρμακον: herbam, qua inuulnerabiles redderentur Gigantes: ad antiquas notiones compoſitus mythus, mox in Hecate, Medea et Circe frequentatus, naſci ex terra herbas, quibus vita

et immortalitas dari poſſit. — Iupiter inducit caelo noctem, et ita ipſe herbam reſecat, quam Terra quaerebat. Iupiter Herculem in pugnae ſocietatem arceſſiuit δι' Ἀθηνᾶς. fuit ergo Minerua Herculi comes adiuncta iam in Gigantomachia; quod translatum poſtea ad Iouem Thebanum. Alcyoneum in ſolitaria pugna interemtum ab Hercule etiam Pindarus meminit Nem. 4, 44. et quidem in campis Phlegraeis J. 6, 48. cf. N. 1, 100. Suidas in Ἀλκυονίδες, ex Hegeſandri commentariis huius Gigantis filias patre occiſo ſe in mare proieciſſe et Alcyonides eſſe factas narrat. Hercules autem, quem hic dii σύμμαχον, h. εἰς συμμαχίαν vocant, erat diuerſus quidem a Thebano: traducta tamen et ad hunc pugna cum Gigantibus. vid. inf. II, 7, 1.

ſ. 2. *Porphyrion* Iunoni vim inferre parat. Debuit in priſco carmine commemoratum eſſe, quo conſilio Iupiter Porphyrioni amorem Iunonis inſtillauerit; haud dubie vt ei inſidias ſtrueret. *Porphyrion* apud Pindar. P. 8, 15. 22. a Ioue et Apolline interemtus. Iunone ſeruata nomen accepiſſe Herculem, cum antea Nilus eſſet dictus, narrat Ptolem. Hephaeſt. Exc. e lib. II. p. 310 homo in fabulis nullo modo audiendus; vt ſemel hoc moneam. *Ephialtes* hic §. 2. non confundendus cum altero Aloei f. I, 7, 4. §. 4. Eurytum thyrſo percutit Bacchus. Hinc Bacchus apud poetas *thyrſo minatur*, et apud Horatium II, 9, 7. *parce, Liber, parce, graui metuende thyrſo:* et in vaſis pictis ſaepe ille viſitur intentans alii thyrſum. Euripid. Ion. 216. in pictura: καὶ Βρόμιος ἄλλον ἀπολέμοις κισσίνοις βάκτροις ἐναίρει γᾶς τέκνον ὁ Βακχεύς. Luſus poetici fuere alii in Satyris Bacchi comitibus et aſinis rudentibus apud Eratoſth. Cataſt. 11. Eurip. Cyclop. pr. In μύδρος int. ferrum candens, quod Vulcanum puta ex officina ſua attuliſſe, vt ſolet fere vox accipi. cf. Heſych.

h. v. Fulmine percuſſus eſt Enceladus, et ſub Aetna ſepultus, apud Virgil. Aen. III, 578. pro eo Typhoeum memorat Pindar. P. 1, pr. Briareum Callim. in Del. 143. Alia loca congeſta habet Bochart. in Chan. I, 28. Sed eius ſomnia etymologica non arripiam. — Pallas Gigantem proſternens in patera caelata Etruſca vulgo dicta occurrit; etiam in numo Gordiani ap. Eckhel. Anecd. tab. XIII, 15. Quod *Pallantis pelle* pro thorace vel clipeo vtitur, videtur antiquior eſſe mythus; obtinuit mox *aegis*. Alterius Pallantis pellem hanc haberi videbis ap. Schol. Lycophr. 355. §. 5. Ἄϊδος κυνέην. Orci galea, quam qui impoſitam haberet cerni nequibat, (veterum poetarum figmentum valde ingenioſum, cum ἅδης ſic proprie ὁ ἀ δὴς) nota eſſe debet ex Homer. Il. ε, 845. Eſt eadem quam ſup. I, 2, 1. §. 3. a Cyclopibus Plutoni curatam narrauerat Apollodorus. Gigantes fulmine proſtratos, quia non niſi a mortali confici poterant, ſagittis confixit, quod ſupra praedictum erat. cf. Pindar. N. 1, 102. Alii etiam Gigantes in Tartarum detruſos et cum Crono cuſtodia habitos narrauerant: v. Schol. Il. ϑ, 479.

ſ. 3. De *Typhone*, ſ. *Typhoeo;* eſt enim Τυφωεὺς, Τυφὼν et Τυφώς. v. Etymol. M. Eſt quoque ap. Heſych. et in cod. Moſc. Hymn. in Apoll. ap. Ruhnk. Ep. crit. p. 21. Τυφωνεύς. Ex Τυφὼς eſt Τυφῶ ap. Etymol. pro Τυφῶι, Τυφῷ. at ſecundo caſu Τυφῶ eſt a Τυφὼς in VII. ad Th. Aeſchyli 519. Etiam haec narratio cuius prima memoria eſt Il. β, 182. 3. veſtigia valde antiqui poetici auctoris ſeruat in multis; nec tamen probabis omnia. Multo ſimplicior eſt apud Heſiod. Θ, 821 ſq. quem fere ſequitur Schol. Aeſchyli Prom. 351. vterque Typhoeum ſtatim pugnae cum Titanibus ſubiiciunt. Porro videndus Hymn. in Apoll. 306 ſq. At putide nimis et inepte per lib. I. et II. Nonnus in Dionyſ. ab lib. I, 153 ſq. pugnam

aduersus sidera effinxit. Allo modo variatur fabula ap. Eustath. in Il. β. p. 345; ex quo emendandus Schol. Leid. Add. Schol. Lycophr. 177. quem exscripsit Eudoc. p. 406. Verum de his post Iablonskii diligentiam Panth. Aegypt. lib. V, c. 2. nihil desideres. Fabula in Syria est nata, mox in Ciliciam, in Phrygiam ap. Diod. V, 71. vbi v. Wessel. hinc in Siciliam traducta; iam ab Aeschylo Prometh. 351 sq. in loco classico, et in Pindaro, etiam ad insulas Pithecusas cum ipso vocabulo ἐν Ἀρίμοις v. ad Virgil. Aen. IX, 715. Excurs. II. admixta mox nonnulla de Aegyptiorum Typhone; nec aliud quid subesse videtur, quam notio venti procellosi; (cf. Hesiod. Θ. 868. cum Schol. ad 304.) motus terrae, flammarumque erumpentium. Terra natus Typhon; vnde eum Γηγενῆ dicit Aeschylus: Terra et Tartaro editum narrat Hesiodus et Apollodorus c. Schol. Il. β, 782. at a Iunone editum esse Hymn. in Apoll. et sic Stesichorus ap. Etymol. M. in Τυφωεὺς, e quo Eudoc. l. c. §. 3. ἐκ τούτων δὲ sc. e manibus, quibus orientem et occidentem attingebat (ἐκτεινομένην), vt serpentes pro digitis essent. At apud Hesiod. 824. centum capita anguinea Typhon habet, et sic alii ἑκατοντακάρηνον simpliciter appellant v. c. Aeschylus Prom. 353. Pind. P. I, 31. Insolens haud dubie et valde abhorrens species, nec a poeta elegantis iudicii profecta, rudi tamen antiquitati, etiamnum Indis aliisque, communis. Alias dicerem verba ἐκ τούτων δὲ — δρακόντων ex margine esse illata. Nec vero licet suspicari Apollodorum scripsisse in eundem modum ἐξ ὤμων δὲ, nam humanam speciem ei superne tribuit. §. 4. Pedes habuit anguineos, tanquam Terrae proles, extentos πρὸς αὐτὴν κορυφὴν, ipsius monstri verticem. Totum corpus κατεπτέρωτο, dubites pennis obductum, an alis? de his tamen Antonin. Lib. 28. l. c. ἐπεφύκεσαν γὰρ κεφαλαὶ πλεῖσται καὶ χεῖρες

καὶ πτέρυγες. Quaenam ἡμμέναι πέτραι, §. 5. quibus caelum petit, esse possint, quaeras; possint esse *candentes ignibus subterraneis*, αἰθόμεναι; sed probabilius, *montes cum siluis ardentibus*, vt sup. 6, 1. Gigantes ἠκόντιζον εἰς οὐρανὸν πέτρας καὶ δρῦς ἡμμένας. — μετὰ συριγμῶν ad serpentes refer. Aeschyl. 355. σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι συρίζων φόνον. At μετὰ βοῆς declarant versus Hesiodi vss. 830 sq. De *fuga deorum in Aegyptum* §. 6. ingeniosum est inuentum pro illa aetate; cum poeta meminisset ibi deos coli formis hieroglyphicis animantium. De deorum formis mutatis plura habet Antonin. Lib. c. 28. alia dabit Iablonsk. l. l. p. 50. 51. Illud obseruandum ex summa antiquitate petitum, quod Ioui h. l. ensis falcatus, *harpe*, tribuitur. cf. sup. ad I, 1, 3. Scilicet pugnat nunc cominus; alias vbique eminus, fulmen iaculando. §. 7. ἄχρι τοῦ Κασίου ὄρους. alii Καυκάσου in V. L. Sane ad *Caucasum* Typhonem peruenisse ibique a Ioue fulmine percussum esse narrarunt alii, vt Apollon. II, 1214. vbi a Pherecyde ita traditum esse docet Schol. (quem exscripsit Eudoc. p. 407). *Casii* tamen *montis*, vel per Iouem Casium noti, qui in nummis quoque obuius sit, in Syriae et Aegypti, ad Pelusium tamen propius, confiniis siti, mentio non male fit; nam in alluente eum Serbonide paltide percussum fulmine Typhonem submersum non minus alii tradidere, mutuati, vt apparet, rem ab Aegyptiis: v. inpr. Herodot. III, 5. Etymol. M. in Τυφώς. add. Iablonsk. l. c. p. 64 sq. Omnibus inter se comparatis *Caucasum* ab Apollodoro scriptum fuisse arbitror: cum is Pherecyde fere duce vtatur: cumque ea sit antiquissima ratio, eoque ducant etiam verba illa: ὑπέρκειται Συρίας, quod borealem montium situm ex rudiore locorum adumbratione declarare videtur, non australem; cumque ad Casium montem Typhon demum paullo post, cum Iupiter, vinculis liberatus,

eum ad Nyſam perſequutus eſt, perueniſſe putandus ſit, vt exputare licet ex ipſo Apollonio II, 1214. 18. 19. et Etymol. M. in Τυφὼς, quemcunque tandem hic exſcripſit auctorem. §. 8. Τυφὼν δὲ ταῖς σπείραις περιπλεχθεὶς; has dixit ὄφεων κλεκτάνας Aeſchyl. VII. ad Theb. 497. ſpirae, quae totum clipeum circummeabant. — καὶ τὴν ἅρπην περιελόμενος, ſc. χειρῶν, ex Iouis manibus extorquens. In ſeqq. puta Typhonem Iouem debilitatum in Ciliciam absportare. Per tendines exciſos declarare voluit poeta vires exhauſtas. Ceterum vt h. l. Typhon Ioui reſciderat tendines, ſic Copti fabulabantur, ſi Plutarcho fides de Iſ. p. 373 C. Mercurium Typhoni excidiſſe tendines eosque pro chordis intendiſſe. §. 9. Δελφύνην δράκαιναν Ioui vincto apponit cuſtodem Typhon. Occurrit nomine hoc draco qui Delphos obſederat, Python alias dictus. v. Apollon. II, 708. et Schol. qui vtroque genere adhiberi vocem obſeruat. cf. Spanhem. ad Callim. Apoll. 101. Del. 91. et ſup. ad I, 4, 1. Etiam in Hymno in Apoll. v. 300. δράκαινα memoratur, cui Iuno nutriendum dederat Typhonem, quae haec Delphyne eſſe debuit; ſed loco ibi turbato nomen forte excidit. Fuit hoc tempus, quo Pan et Mercurius Ioui tendines reſtituerunt, illud, quo Pan Typhonem e fundo maris ad littus pellexit, vt Iouis fulmine percuti poſſet: quae fabula apud Oppian. Hal. III, 14 ſq. Fabulae partem hanc §. 10. etiam Apollon. l. c. II, 1218. habet, et Nyſam ad Serbonidem paludem, circa Peluſium, reuocat; cf. Schol. Idem duo verſus Herodori laudat: quos ex hymnis recitat Diodor. I, 15. vbi Weſſeling. recte monet, Herodori verſus eos eſſe non poſſe. Homerum minus bene ſubſtituit Cuper. Obſſ. IV. p. 88. Simili modo male me habet Heliodori nomen, cuius verſus duo de Delphyne recitat Schol. Lycophr. 208. Quae ſequuntur, de Parcarum fraude, et de monte Haemo,

aliunde mihi nota non ſunt. Quod *Haemus* §. 11. hinc nomen ducere dictus, quia Typhon multum ſanguinis per vulnera effudit, conuenit cum aliis priſcis etymologiarum exemplis. Ad vrbem Aegypti, Hero, ſ. Heroopolin, hoc tractum ab aliis ap. Stephan. in Ἡρῶ, — ἡ Αἷμος ἐκλήθη, διὰ τὸ τὸν Τυφῶ ἐνταῦθα κεραυνῷ βληθῆναι καὶ αἷμα ῥυῆναι. Alias Haemi, montis, nomen ducitur vulgo ab Haemo, Boreae et Orithyiae filio: Schol. Theocr. 7, 76. Stephan. in Αἷμος. Omnia haec commenta ſunt ſeriora. In Homero ἐν Ἀρίμοις, quos montes probabiliter ad Ciliciam referes, Il. β, 782. 3. ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς: creditum ergo fuit, eſſe locum, in quo proſtratus iaceret Typhon, ſcilicet ſub terram fulminibus detruſus; vt tamen ſubinde iterarentur fulmina, quibus terra illa peteretur: nam dicitur terra ὑποστεναχίζειν Διΐ, ὅτε τ' ἀμφὶ Τυφωέϊ γαῖαν ἱμάσσῃ. *quoties ſolum, circa Typhonem*, h. e. in quo proſtratus ille iacet, *fulminibus petit.* Effertur enim res tempore praeſenti ὅτε γαῖαν ἱμάσσῃ. non, ἵμασσε. Alioqui res referri poſſet ad illam ipſam pugnam, qua Iupiter Typhonem fulminibus *proſtrauit:* quando Iupiter σκληρὸν ἐβρόντησε καὶ ὄβριμον, ἀμφὶ δὲ γαῖα σμερδαλέον κονάβησε καὶ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε- ἐπεστενάχιζε δὲ γαῖα. vt eſt in Heſiodo 839 ſq. loco alienis verſſ. interpolato: at ſub finem vſ. 857. αὐτὰρ ἐπεὶ δή μιν δάμασε πληγῇσιν ἱμάσσας, ἤριπε γυιωθεὶς Typhon, στενάχιζε δὲ γαῖα πελώρη. additur: terram ignibus liquefactam eſſe ad ſtanni (κασσιτέρου) morem: quae ſane eum, quem nos appellamus, vulcanum declarare videntur. Certe hinc patet, poetae aetate, nobilem fuiſſe in montibus Arimis locum, quem fulmina frequentia inſigniore modo peterent: ſeu vere, ſeu montis incendio ſubterraneo. Mare *Siculum* erit h. l. Ionium. Ζεὺς ἐπέρριψεν Αἴτνην — haec iam vulgatiora. v. Pindar. Ol. 4, 12. P. 1, 29 ſq. Aeſchyl. l. l. 383 ſq. Diod. V, 71. n. 49. Hygin. f. 152.

Cap. 7.

Sequitur nunc nouus fabularum ordo: Hellenici mythi, ſeu narrationes Hellenum de ſtirpis ſuae originibus, fama priſca acceptae; ex quibus antiquiores obſcurae ſunt partim ipſa vetuſtate partim ſermone et narrandi modo priſco a poetis varie accepto et ornato. Praefixum, tanquam et ipſum hoc fama antiqua acceptum eſſet, commentum poetae antiqui de ortu hominum ex fabrica Promethei, non abſurdum, ſi de vita hominum per artes igne inuento exculta, cum his ipſis autem ſubeuntibus cupiditatum peſtibus corrupta, accipiatur; reliqua forte ad ornatum fuere attexta. Subtexitur diluuium Deucalioneum, ex vltima hominum memoria repetitum, vltra quam nihil erat, quod meminiſſent Hellenes; procedit igitur ab hoc diluuio Hellenum hiſtoria, quae, vt plerumque fit in antiquiſſimis hiſtoriis, meris genealogiis contexta eſt. Deucalion autem habitus ſtirpis Hellenicae auctor, eoque omnino hominum et vrbium. Apollon. III, 1087. 8. Ὃς πρῶτος ποίησε πόλεις καὶ ἐδείματο νηοὺς Ἀθανάτοις, πρῶτος δὲ καὶ ἀνθρώπων βασίλευσε· Ceterum in his Hellanicus antiquiſſimus auctor fuit, cuius etiam Δευκαλιωνία laudatur, vt apud Schol. Apollon. III, 1025. haud dubie pars maioris operis. vid. Clemens Alex. Strom. VI. p. 752. l. 15. (p. 629) praeter hunc, Acuſilaus.

ſ. 1. Ad ſqq. videndus Aeſchylus in Prometh. conf. eius Schol. ad 1021. Sed fundus eſt in Heſiod. Θ. 510 ſq. Add. Ἐργ. 48 ſq. in quibus iam diuerſos ornandi mythum antiquum modos, quos alii arripuere, agnoſcere licet. Add. Apollon. II, 1251. 4. et ibi Schol. Alium de Prometheo locum Apollodori vid. in Fragmentis ex libb. περὶ Θεῶν. n. 37. Sed totam fabulam de Prometheo docte expoſuit Schüzius V. C. ad Aeſchyl. Prometh. Exc. I.

§. 2. De Caucaſo ſi bene memini, nec Heſiodus nec

Aeſchylus mentionem iniicit: alter locum ſupplicii Promethei omnino non attingit, alter Scythiae fines verſus Oceanum Scythicum memorat. Subnata primum Caucaſi notio videtur in Herculis fabulis; cf. noſtrum II, 5, 11. §. 12. ex quibus eum montem adſciuiſſe videtur ipſe Aeſchylus in Prometheo *λυομένῳ*, cuius argumentum erat ex Herculis rebus ſumtum.

ſ. 2. De *Deucalione* et *diluuio Deucalioneo* v. Prideaux ad Marm. Oxon. p. 337 ſq. et laudd. ad Hygin. f. 153. vbi et de matre agitur. Noſtrum exſcripſit Schol. Il. α, 10. Schol. Ven. ad α, 126. laudato in fine Apollodoro. Plures nomine Deucaliones fuiſſe docet Schol. Apollonii III, 1086. Ipſe poeta Deucalionem inter primos vitae melioris auctores refert, quippe qui vrbes et templa condiderit et rex fuerit; vſ. 1048. §. 1. *τῶν περὶ Φθίαν τόπων*. Theſſaliam etiam Hellanicus ediderat. vid. Schol. Apollon. III, 1085. Certe ex iis locis Hellenica ſtirps erat oriunda, et antiquiores mythi Hellenici, vti hic ipſe mythus de diluuio, ex Theſſalia originem duxiſſe videntur. §. 3. *τὰ πλεῖστα μέρη τῆς Ἑλλάδος*. qui primi narrarunt, haud dubie Helladem Theſſaliae intellexere. Etiam Ariſtot. Meteorol. I, 14. vbi dixit, rerum naturam ita ferre, vt certis temporum interuallis modo in hac modo in illa terra imbres et aquarum eluuiones eueniant, pergit, *ὥσπερ ὁ καλούμενος ἐπὶ Δευκαλίωνος κατακλυσμός· καὶ γὰρ οὗτος περὶ τὸν Ἑλληνικὸν ἐγένετο μάλιστα τόπον, καὶ τούτου* (ſc. *τοῦ τόπου*) *περὶ τὴν Ἑλλάδα τὴν ἀρχαίαν. αὕτη δὲ ἐστὶν ἡ περὶ τὴν Δωδώνην καὶ τὸν Ἀχελῷον· οὗτος γὰρ πολλαχοῦ τὸ ῥεῦμα μεταβέβληκεν. ᾤκουν γὰρ οἱ Σελλοὶ ἐνταῦθα, καὶ οἱ καλούμενοι τότε μὲν Γραικοὶ, νῦν δὲ Ἕλληνες.* coniectura adeo ille ſua Deucalioneum diluuium ad loca verſus occidentem Theſſaliae reuocat, in quibus Acheloi eluuiones ſubinde euenire ſolebant. Vulgatior tamen fuit altera fama in orien-

tali parte Theſſaliae eluuiem aquarum aliquando extitiſſe, cum amnes nondum, in his Peneus, per clauſtra montium in mare Aegaeum erupiſſent. Loc. cl. Herodot. VII, 129. vbi quoque probabilis rei ex motibus terrae cauſſa ſubiicitur. Ex vulgari opinione, de motu terrae a Neptuno repetito, traditus ille eſt ibid. auctor Theſſaliae conuallium aqua liberatarum. In Heraclea aliqua ad Herculem idem hoc translatum fuiſſe apparet ex Senecae Herc. fur. 285 ſq. quo deduxerat forte Herculis pugna cum Gigantibus narrata. Cum ſimilis memoria eluuiei aquarum trans Oetam in Boeotia et Phocide aliquando factae extaret; de qua lacus plures, in his inprimis Copaicus (Κωπαΐς λίμνη) teſtarentur; coniuncta vtraque fama, diluuii mythica narratio variis modis contexi coepit. Eodem tempore chronologi Phaethontis combuſtionem mundi auſtralis commemorarunt: v. Tatian. ad Gr. 60. ex quo Clem. Alex. et Euſeb. Appulit nauem Deucalion ad Lycoream Parnaſſi. cf. Marm. Parium l. c. Ibidem (add. l. 6. Prideaux p. 356) vide de ſacro, quod Ioui Φυξίῳ, effugii ex aquis auctori, Deucalion fecit. Aqua recepta eſt per χάσμα templi Iouis Olympii Athenis; aliorum fide in templo deae Syriae Hierapoli. Lucian. de dea Syria 13. Tenuit ab hoc tempore Deucalion vrbem Opuntem in Locris; (v. Pindar. Ol. 9, 64 ſq.) ſecundum Apollodorum, Cynum, v. Fragm. ex περὶ γῆς ap. Pind. Schol. ad e. l. 65. §. 6. Humanum genus lapidibus iactis reparatum. De voce λᾶας v. Etymol. M. h. v. Etiam haec fabula eſt ex iis, quae ex inepta etymologia natae ſunt: vetus poeta λαοὺς ex λᾶας duxerat; De ea v. Pind. Ol. 9, 64-71. c. Schol. Ad eandem ſpectare videtur fragm. Heſiod. apud Strab. VII. p. 496. A. vbi lego; Λεκτοὺς ἐκ γαίης λᾶας πόρε Δευκαλίωνι. Sunt autem ex antiquiſſimis inter Graecos Locri, iidem Leleges habiti; quos ad Pelas-

gicam ceteroqui ſtirpem pertinuiſſe conſtat. Scilicet Hellenica ſtirps priſcos colonos ſub ſua ſigna collegiſſe videtur. §. 7. h. l. de Hellene ante oculos habuit Schol. Il. μ, 117. Aliter Schol. Apollon. I, 118. Hellen τοῦ Διὸς καὶ Δωρίππης. θυγάτηρ δὲ Πρωτογένεια. alii aliter. cf. Schol. Pind. Ol. 9, 82 ſq. 79.

ſ. 3. Ἕλληνος δὲ καὶ Νύμφης. — Ducta haec eſſe ex Hellanico, ſuſpicionem mouet Schol. Platonis ad Sympoſ. Conſentit fragm. Heſiodeum ap. Schol. Lycophr. 284. et Pind. P. 4. 253. cf. Prideaux ad Marmor Parium l. c. qui de toto qui ſequitur loco eſt inſpiciendus. Loca veterum claſſica ſunt Strabo VIII. p. 587. C. (383.) Pauſan. VII, 1. Conon. c. 27. αὐτὸς μὲν οὖν. non quaſi ipſe vocauerit poſteros Hellenas; ſed Hellenes nomen duxere ab eo. Ita et paullo poſt: τοῖς δὲ παισὶν ἐμέρισε τὴν χώραν terras diuiſiſſe dicitur filiis ſeu poſteris; quod non magis verum quam de Noacho; ſed tribuitur plerumque ſtirpis auctori tanquam res ab eo imperata aut prouiſa, ſi quid poſteris eius euenerit aut ab iis ſuſceptum fuerit. Xuthum, quem noſter Peloponneſum obtinuiſſe ait, alii in Atticam confugiſſe ibique Tetrapolin condidiſſe narrant. v. Pauſan. l. c. Strabo l. c. poſt eum Iouis magna in Attica fuit auctoritas, dictaque illa ab eo Ionia et incolae Iones. cf. Strab. et Pauſan. l. c. add. Herod. V, 66. Schol. Il. ν, 685. Inde profugi Iones obtinuere Aegialeam, mox Achaiam dictam; donec expulſi inde ab Achaeis rediere in Atticam. v. Pauſan. l. c. vbi coaluere cum Pelasgis v. Herod. I, 56. II, 51. Tranſlata itaque filii fata ad parentem. Apud Schol. Il. α, 2. Xuthus Aeoli filius editur. §. 3. τὴν πέραν χώραν Πελοποννήσου intellige extra Peloponneſum, τὴν ἀντιπέραν, nam Heſtiaeotidem ad Oſſam et Olympum occupauit Dorus, vid. Herodot. I, 56. mox ſub Parnaſſo habitauit ſtirps

Dorum et Tetrapolin Doricam condidit: de hac altera ſede intelligendus Conon c. 27. add. Strab. l. c. — ἀφ' ἑαυτοῦ Δωριεῖς ἐκάλεσεν. Locus claſſ. eſt Herodot. I, 56. e quo verba repetiit Stephan. Byz. in fragm. ἐκάλεσε h. e. locum et cauſſam nomini fecit. §. 4. Aeolus βασιλεύων τῶν περὶ τὴν Θεσσαλίαν τόπων, h. e. ipſam Theſſaliam tenens, quam incoluere Aeoles. Conon l. c. terras inter Aſopum et Enipeum fluuios primam ſedem aſſignat, et hoc verius; nam regiones nomen duxere ab exiguo tractu primitus ab auctore ſtirpis habitato. §. 5. *Perimede.* Apud Ovid. Met. VIII, 589 ſq. eſt *Perimele.* Hippodamantis filia ab Acheloo per vim compreſſa et in vnam ex Echinadibus mutata. Diuerſa autem haec Perimede a ſorore Amphitryonis, Licymnio elocata, inf. II, 4, 6. §. 6. *Hippodamantis* filiam Euryten inf. I, 7, 10. Porthaoni nuptam videbimus. De *Oreſte* nulla alia mentio facta occurrit. Μυρμιδόνος. Myrmidon hic Iouis et Eurymeduſae f. a quo Myrmidones, Theſſaliae partem et Aeginam inſulam incolentes, cf. Munker. ad Hygin. f. 52. extr. pro qua origine alii abſurdam etymologiam ἀπὸ τῶν μυρμήκων ſubſtituere. cf. inf. III, 12, 6. §. 7. — Eſt autem hic *Actor,* qui Phthiam tenuit, Eurytionis pater, (inf. I, 8, 2. §. 6.) diuerſus ab altero, Deionis filio I, 9, 4. et Menoetii patre (inf. I, 9, 16. §. 8). Confuſi tamen vterque, vt apud Euſtath. Il. β, p. 113, 1. Omnino in *Actoribus* diuerſae ſtirpis ſaepe fiunt turbae vt apud Diodor. IV, 72. vbi v. Weſſ. v. inf. Obſſ. ad III, 13, 1. pr.

ſ. 4. *Alcyone.* De ea et de *Ceyce* Heſperi, ſiue Luciferi f. v. Munker. ad Hygin. f. 65, et Intpp. ad Lucian. Halcyon. T. I. p. 177. Verba Apollodori conueniunt fere cum Schol. Ariſtoph. Av. 251. Sed quod in hoc ſcribitur: ὁ μὲν ἐκάλεσεν ἑαυτὸν Δία, ἡ δὲ Ἥραν, probabilius facit inſolentiae crimen, quod iis impingitur: nam, quod in

Apollodoro eſt: *Ceycem appellaſſe vxorem Iunonem*, poterat inter blanditias haberi. Sequitur tamen hoc etiam Clemens Cohort. p. 47. f. Omnino varietas narrationis eſt de *Alcyone* et *Ceyce*: videntur tamen omnia redire ad regem Trachinis, apud quem Hercules deuertit inf. lib. II, 7, 7. Noſtrum ante oculos habuit Schol. Il. ι, 558. cf. Euſtath. p. 776, 19. §. 3. *Triopae* nomen haud obſcurum eſt in antiquitate mythica, cum Theſſaliae tum Rhodi tum Cariae: in qua templum Apollinis Triopium et Apollo Triopius nota nomina fuere. Inde quoque diuerſitas generis iam a Diodoro memorata, lib. V, 61. vbi v. Not. Natus ex eo Eryſichthon, miſera fame notus vel ex Callimacho in Cer. 98 ſq. vbi v. Spanhem. Quatenus ex Canace ſuſceptus fuit, inter Aeolidarum genus refertur. Stirps itaque haec eſt:

Aeolus
|
Canace ex Neptuno
|
Triopas
|
Eryſichthon
cum ſororibus.

Alius Triopas eſt in Argolicis, v. Schol. Il. γ, 75. Iaſi et Pelasgi pater, memoratus in Inſcript. Herodis p. 66. Viſc. De *Aloidis* narratio videnda apud Od. λ, 304 ſq. vbi cf. Euſtath. ſpectat ea ad Boeotias fabulas; Aſcram eos condidiſſe et Muſarum religiones inſtituiſſe primos Boeoti narrabant: Pauſan. IX, 29. Sed fuit inprimis audacia animi et ſtatura corporis prodigioſa; id quod ſeu fama vetus ſeu poeta ita narrauit, vt in ſeqq. videbimus. Heſiodum cum noſtro conſenſiſſe, diſco ex Schol. Apollon. I, 482. Fuere quoque Ἀλωάδαι fabula Sophoclis: e qua nonnulla manare potuere. §. 6. ἔδησαν Ἄρην. narratio eſt Il. ε, 385. vbi cf. Scholion, (quod exſcripſit Eudoc.

p. extr.) in quo multa grammaticorum commenta sunt super sensu et interpretatione fabulae; sed eam ab antiqua dictione profectam esse non dubito: narrata erat Aloidarum virtus esse tanta, vt et Martem victum vinctumque tenerent. Ad eandem fabulam videntur spectare versus e Panyasi a Clemente laudati p. 30. extr. vbi τλῆ δὲ καὶ ὀβριμόθυμος Ἄρης ὑπὸ πατρὸς ἀνάγκης. Ceterum ab Apolline Otus et Ephialtes telis confixi sunt ap. Homer. Od. λ, 317. quem sequitur Apollon. I, 484. At Dianae consilio id factum tradiderant alii, seriores illi: itaque Schol. Homer. ad Od. λ, 317. οἱ νεώτεροι δὲ φασὶν, inquit. Caussam adiectam habet Hygin. fab. 28. quod Aloidae Dianam tentare ausi erant. Sequitur haec Callim. in Dian. 264. Ita conuenit fere narratio cum altera de Orione tentatore Dianae. In locis inferis in Odyss. l. c. sunt, nec caussa affertur, nisi quod, ne Olympum expugnarent, praematura morte Aloidas esse praeuentos aiunt; propter eandem audaciam in Tartaro habitos narrat Virgil. Aen. VI, 582. Ornatum supplicium ap. Hygin. l. c. *ad columnam, auersi alter ab altero, serpentibus sunt deligati.* cf. ad e. l. Munker. Monumenta eorum erant Anthedone Boeotiae: Pausan. IX, 22. extr.

§. 5. De *Endymione* v. Pausan. V, 1. et doctum Schol. Apollon. IV, 57. 58. vnde intelligitur quod etiam ex poetarum locis et antiquae artis operibus constat, variis modis fabulam a multis fuisse tractatam, primo tamen auctore Hesiodo. Spectat autem ea cum sequentibus capp. ad res Aetolicas, quae nescio quo fato inprimis multis carminibus ac mythis fuere celebratae; in primis Oenei, Meleagri, Tydei, Diomedis res. Leda quoque Αἰτωλὶς, vt Apollon. I, 146. Aetoli origines ex Elide habebant. *Aethlius* Iouis et Protogeniae f. vt sup. I, 7, 2. §. 7. de eo v. ad Hygin. f. 271. Occupata ab eo Elis

v. Paufan. V, 1. At fecundum alios ab Endymione, Clymeno deiecto c. 8. pr. et fic Conon c. 15. *Ζεὺς δὲ αὐτῷ δίδωσιν* rogatu, puta, Lunae. *κοιμᾶσθαι διὰ παντός.* obfcurum eft, qualis haec poetae, qui hoc commentus eft, vifa fuerit felicitas, immortalem effe, et aeterno fomno frui. Prima Hefiodi narratio (ap. Schol. Apollon. l. c.) fuit haec; *αὐτὸν ταμίαν εἶναι θανάτου, ὅτε θέλει ὀλέσθαι.* Ex Apollonio Dyfcolo Mf. Ruhnken. Epift. crit. p. 114. ipfa verba Hefiodi protulit: *ἦν δ' αὐτῷ θανάτου ταμίας.* (*αὐτὸς αὐτῷ.* quod et grammatici ad Homerum notarunt.) *ἀθάνατος καὶ ἀγήρως* prifca eft immortalitatis notio, Homero frequentata. In prifco hominum, multoque magis poetarum, fermone omnia quae praeclara aut vllo modo infignia habebantur, a diis procedebant, vt ex Homeri fingulis fere verfibus intelligitur. Si cuius nobilitas erat declaranda: a diis, a Ioue ille erat natus. Si pulcritudo; amatus fuerat a dea feu deo; hinc raptus a dea, vt h. l. Endymion a Luna, et deus factus. Poetae mox hoc loquendi modo vfi funt ad narrationes iuftas, variisque rerum argumentis et ornamentis diftinctas, inde ferendas ac detexendas; finxere ad eundem morem alia aut traduxere: ita v. c. pulchri pueri ac puellae amantur a Nymphis, a Dite et Proferpina; aut in Olympo Ganymedes eft a poculis, et fic porro. Adeo multa poetae ex veteris loquendi moris genio deduxere, quae nunc et ipfa inter fabulas funt, fed fecundi ac tertii, vt ita dicam, ordinis. Satis eft femel haec monita effe. Ceterum locum e noftro repetiit Zenob. III, 76. Amorem Lunae et defcenfum de caelo variis commentis exornarunt, cf. Valken. ad Callimach. fragm. p. 65 fq. Anaglypha vide nobiliora in Admirandis Romae.

f. 6. *Αἰτωλός.* praeter hunc, Endymionis filii fuere *Paeon* et *Epeus*, qui Elidem obtinuit, a quo *Epei* dicti.

cf. Pauſan. V, 1. Conon c. 15. Apud Schol. Ven. A. ad Il. λ, 867. ex Neptuno et Eurypyle, Endymionis filia, natus Eleus, cuius filii fuere Alexis et Epeus: a quo Epei dicti: Eaque ex Ariſtotelis Peplo ſunt memorata. *ἀποκτείνας* "Απιν τὸν Φορωνέως: v. inf. II, 1. pr. *ἐν τοῖς ἐπ' Ἀζᾶνι ἄθλοις* addit Schol. Pind. Ol. 3, 22. *ἀκούσιον φόνον* ſimpliciter memorat Schol. Il. ν, 218. Quod Apis hic Phoronei f. editur, aduerſus temporum rationes peccat. *Ἆπιν Ἰάσονος ἐκ Παλλαντίου τοῦ Ἀρκάδων* memorat Pauſan. l. l. p. 376. extr. Vitium tamen in his quoque latet; nam aut Ἰάσιος ille fuit vel Ἰασίων Electrae f. inf. III, 12, 1. aut Ἴασος, pater Atalantae inf. III, 9, 2. Aetolum a Salmoneo expulſum, ad Ephori fidem narrat Strabo VIII. p. 547. B. et lib. X. p. 711. Κουρῆτιδα χώραν. vid. ad h. l. inprimis Strabo X, 711. B. C. Curetes antiquiores incolae. Ab Aetolo Aeoles ex Elide adducti, et ab ipſo terra Aetolia v. Pauſan. l. c. Scymnus Chius v. 472 ſqq.

ſ. 7. *Pleuron* et *Calydon* vrbes Aetoliae et principes; etiam Homero pro Aetolia tota dictae Il. ν, 218. ξ, 116. Ὄξυλος. Oxylus hic diuerſus habendus ab eo, qui inf. II, 8, 3. memoratur, Andraemonis, ap. Pauſ. V, 3. Haemonis f. v. Verheyk. p. 214 ſq. *δεκάτῃ γενεᾷ* ille ab Aetolo Endymionis f. computatur: v. Strabo l. l. p. 711. B. *Theſtius* Agenoris nepos h. l. at filium tradit Pauſ. III, 13. p. 239. extr. ex Ario: *Ἀρειός φησιν ἐν τοῖς ἔπεσι.* forte: *Ἄσιος.* etſi *Ἀρεὺς* poeta eſt ap. Antonin. Lib. cap. 12. quod petitum eſſe ait ex Areo: *καὶ Ἀρεύς, ὁ Λάκων, ἐν ᾄσματι Κύκνῳ.* quod ſane cum Theſtio nil commune habet. Pro *Demonice* mater Theſtii Androdice eſt ap. Schol. Apollon. I, 146. et ex Eumelo Pantidyia. Περθάονα. v. mox ad ſ. 10. extr.

ſ. 8. De *Eueno* v. Schol. Il. ι, 553. Euſtath. p. 776, 10. Hygin. f. 242. et ibi laudd. inprimis Plutarch. Parall.

p. 315. E. vbi Martis et Steropes f. editur. Ad fabulas Aetolicas etiam haec Marpessa in chorea puellarum ludens ab Ida rapta spectat; non raptam, sed cursu curuli abductam narrarant alii; sed prior illa narratio videtur fuisse Simonidis. Nam in Schol. B. ad Il. ι, 553. subscriptum est *οὕτως δὴ Σιμωνίδης τὴν ἱστορίαν περιείργασται.* Ibidem Idas eam rapuit *ex Ortygia in Chalcide* Noli de Euboea cogitare; res in Aetolia gesta est. Scilicet in Aetolia erat mons Chalcis, et in eo Ortygia, vt disco ex Strabone X, p. 705. B. C. add. Schol. Apollonii I, 419. vbi: *καὶ Νίκανδρος ἐν τρίτῃ Αἰτωλικῶν ἐκ τῆς ἐν Αἰτωλίᾳ Ὀρτυγίας φησὶ τὴν Δῆλον ὀνομασθῆναι Ὀρτυγίαν. γράφων τάδε· οἱ δ' ἐξ Ὀρτυγίης Τιτηνίδος ὁρμηθέντες, οἱ μὲν τὴν Ἔφεσον, οἱ δὲ τὴν πρότερον Δῆλον καλουμένην, ἄλλοι δὲ τὴν ὁμοτέρμονα Σικελίας νῆσον,* (ad Syracusas) *ὅθεν πᾶσαι Ὀρτυγίαι βοόωνται* (non *βοῶνται* nec *βοχόνται*). Vides membra versuum. Euenum fl. antea Lycormam dictum memorant quoque alii.

f. 9. *Idae* et *Apollinis* pugna de *Marpessa* nota ex Il. ι, 553. vbi v. Schol. qui cum Apollodoro consentit; ex eo Eudoc. p. 237. Ex templo Apollinis Marpessam abstrahit in Cypseli arca ap. Pausan. V, 18. Ad Arenen Messeniae pugna facta. Marpessae filia Cleopatra, Meleagri vxor, dicta eadem Alcyone, quod mater tum, cum rapiebatur, alcyonis more questa erat ibid. 557-560. Diversa eius stirps est ap. Pausan. IV, 2. extr. ex Cyprio carmine.

f. 10. Mira est diuersitas in *Thestii stirpe*, apud Pausan. VIII, 45. p. 693. (Prothous et Cometes in venatione Calydonia memorantur) praeprimis in *Ledae matre.* Schol. Apollon. I, 146. ex Pherecyde Laophonten edit; Leucippen Hygin. f. 14. p. 48. vbi ex ea Iphiclum et Althaeam natam ait; quam cum fratre ex Deidamia Perieris f.

editam memorat Schol. Apollon. I, 201. Fecit quoque turbas *Thestii* et *Thespii* nominum confusio, de qua v. Wessel. ad Diodor. IV, 68. l. 23. Munker. ad Hygin. f. 77. Alia diuersitas est quando *fratres Althaeae* commemorantur. v. ad Hygin. f. 173. p. 283. Pausan. VIII, 45. p. 693. f. Schol. A et B. Il. ι, 563 et 580. Antonin. Lib. c. 2. f. Saltem verbo haec monenda sunt, ne quis haereat, si in tam diuersa incidat; nam in iis tempus consumere aut doctrinam ostentare quenquam nolim. De *Iphiclo* v. Apollon. I, 201. idem inter Argonautas inf. I, 9, 16. *Filii* tres *Porthei*, Ἄγριος, Μέλας, Οἰνεὺς, memorantur ab ipso Homero Il. ξ, 115 sq. Apud Schol. et Eustath. sunt Lycopeus et Alcathous Agrii filii, occisi a Tydeo, quod eius parentem Oeneum cum Melane exagitarant, haec ipse Apollod. attigit inf. I, 8, 6. Suspicor adeo voc. Λευκωπεὺς h. l. male esse intrusum; etsi diuersos auctores sequi noster potuit. *Alcathoum* Oenei fratrem mox I, 8, 5. iterum memorat cum *Melane*, et *Agrii filios* I, 8, 6. recenset. Fuit Alcathous inter procos Hippodamiae, Oenomai f. ap. Schol. Pindari Ol. I, 114. *Laocoon* Oenei frater, eoque Porthaonis f. ab nostro omissus, occurrit ap. Apollon. I, 192. et Hygin. f. 14. p. 48. vbi v. Munker. *Sirenes:* h. l. Acheloi et Steropes sunt progenies; sup. I, 3, 4. Acheloi et Melpomenes; vbi vid. Obss. Ex sanguine Acheloi cornu euulso natas narrat Liban. Narrat 28. nescio quo auctore. Fuit Epicharmi tragoedia Σειρῆνες. Porthaonis filiam *Eriboeam* (s. Periboeam) Aiacis matrem, memorat Schol. Lycophr. 452. At ea est Alcathoi filia inf. III, 12, 7.

Cap. 8.

§. 1. Desideramus ad fabulas Aetolicas maxime τὰ Αἰτωλικὰ Nicandri. *Oeneus* a Baccho accipit vitem. Fabula ex nomine ficta, memorata quoque ab Hygino f. 129.

Alia v. ap. Athenaeum lib. II. pr. ex Hecataeo. Ibidem *amor Bacchi in Althaeam*, e qua *Deianira* nafcitur. Alludit Euripides Cyclop. 39. Alium locum ex Theophilo in Autolycum excitauit Gale: (lib. II. c. 7. p. 102. ed. Fabric.) Eft is defcriptus ex Satyro hiftorico de demis Alexandrinorum: fuit in iis demus feu φυλὴ (nam videtur Theophilus confundere) Ἀλθηΐς ἀπὸ τῆς γενομένης γυναικὸς Διονύσου, θυγατρὸς δὲ Θεστίου, Ἀλθαίας· Δηϊανειρηΐς, ἀπὸ τῆς θυγατρὸς Διονύσου καὶ Ἀλθαίας, γυναικὸς δὲ Ἡρακλέους. — Θεστὶς ἀπὸ Θεστίου τοῦ Ἀλθαίας πατρός. (Ita conftituenda haec effe videntur. Nam tribus Alexandrinorum ab Herculis ftirpe nomina fua mutuatae erant: cum hac autem coniuncta habebatur ftirps Bacchi per Deianiram, Althaeae filiam ex Baccho: vnde idem Satyrus p. 96. Διονύσου καὶ Ἀλθαίας τῆς Θεστίου γεγενῆσθαι Δηϊάνειραν· et fic porro.) ὑπερπηδήσαντα τὴν τάφρον. quodnam hoc tam atrox fcelus? ne comparandum quidem cum Remi audacia! Non alibi memoratum hoc vidi; intelligendum forte de foffa vineae aut de fepto, quo vinea aduerfus praedonum vim et fraudem munita effe debebat; ita vt ignarus falfa opinione adductus filium ipfe pater necaret. τὴν τάφρον refcripfi, quod et Pal. ac Regg. offerunt; vulgo vitiofe τὸν τ. Mox παρὰ τοῦτον tacite receptum in ed. Salmur. et Par. pro vulgato παρὰ τούτῳ, quod alienum fenfum habet. Ceterum de liberis his Oenei vid. Antonin. Lib. c. 2. ibi eft Φηρεύς, qui h. l. Θυρεύς, quod faltem refingendum videtur Θηρεύς. *Gorge Andraemoni* nupta: qui in regno Aetolorum fucceffit: inf. f. 6: erat is pater Thoantis, qui faepe apud Homer. v. c. Il. β, 638. Θόας, Ἀνδραίμονος υἱός. Quinque *Oenei filias* enumerant Schol. breuia Il. ι, 580. a Barnes interpolata, Gorgen, Deianiram, Polyxo, Melanippen, Autonoen, quatuor Schol. Vict. et Antonin. Lib. Metamorph. 2. Gorgen,

Eurymeden, Deianiram, Melanippen. Gorge a nonnullis pro Tydei matre habita: vid. mox ſ. 5. *Deianiram* res bellicas aliaque virorum ſtudia ſectatam eſſe, alibi dictum non memini; ſupereſt hoc ſeruatum ex vetere poeta.

ſ. 2. De *Meleagro.* Exſcripſit locum Zenob. V, 33. cf. Hygin. f. 171. et 4. De genere Meleagri agit Mezir. p. 279. et de vxore Cleopatra p. 281. Nomen eius in ſcena quoque fuit agitatum; erat Meleager Sophoclis; et Euripidis; et puto ad eum ſpectaſſe Πλευρωνίαν Phrynichi. ὃν ἐξ Ἄρεος γ. φ. Sic Euripides in Meleagro tradiderat, vt ex Plutarch. Parallel. p. 312. A. diſco. De *Meleagro* et *venatione ſuis Calydoniae* iisque quae inſequuta ſunt, locus claſſ. Iliad. ι, 529 ſq. vbi cf. Schol. Ovid. Met. VIII, 270 ſq. add. Antonin. Lib. c. 2. Hygin. f. 174. et ibi laudd. Diod. IV, 34. Callim. in Dian. 260.

Ad nomina, quae §. 4. ſequuntur, v. Hygin. f. 173. Ovid. Met. VIII, 267 ſq. Habet etiam recenſum Eudocia p. 222. Plures ex iis ſunt inter Argonautas, de quibus v. Catalogus Argonaut. a Burmanno confectus ad Valer. Fl. *Peleus* ex Phthia venit, quo confugerat ex Aegina ad Eurytionem, inf. III, 13, 1. *Atalanta* Schoenei f. Atqui ea, quae venationi interfuit, Iaſi erat, quod ipſe Apollodorus ſequitur inf. III, 9, 2. Saepe ſic in vtraque Atalanta peccatum; qua de re ſatis multae exſtant obſeruationes viror. doctor. v. ad Hygin. 173. ad Propert. Aelian. inpr. Spanhem. ad Callim. Dian. 216. Gal. ad h. l. §. 5. *Cleopatra* Idae et Marpeſſae (I, 7, 9.) filia: clara ex Homer. Il. ι, 552. 3. 4. Vt autem intelligas non tenue ac vile munus exuuias has apri fuiſſe, tenendum, iis indutum victorem mox inceſſiſſe, conſpicuum adeo factum hoc virtutis praemio per omnem Graeciam; vt Hercules leonis exuuiis inſignis erat; aut illud diis dedicaſſe. §. 7. οἱ δὲ Θεστίου παῖδες: nominati ſupra I, 7, 10. at apud Ovid.

Met. VIII, 440. 2. ſunt Plexippus et Toxeus. — *κατὰ γένος αὐτοῖς προςήκειν λέγοντες.* h. e. ſi Meleager recuſaret, ad ſe, Meleagri auunculos, iure quaſi hereditario deuolui exuuias illas; in quem ſenſum iniuriam Theſtiadis factam interpretatur Diodor. l. c. p. 280. pr. Niſi *γένος* de ſexu accipiendum: ſi Meleager accipere nollet exuuias, ſe tamen ſexu potiores, et feminae praeferendos. Ita accepit Zenob. *λέγοντες κατὰ γένος αὐτῆς διαφέρειν,* ſe propter ſexum virilem ea potiores eſſe; nec aliter Schol. Ariſtoph. l. c. Ran. 1269. Apud Antonin. Lib. l. c. dimidiam tantum praemii partem ſibi poſtulant Theſtii filii: *φάμενοι μετεῖναι τὰ ἡμίσεια τῶν γερῶν ἑαυτοῖς.* At Ovid. l. c. 433. ***Pone, age, nec titulos intercipe femina noſtros, Theſtiadae clamant.***

ſ. 3. *Οἱ δὲ φασίν.* huius alterius narrationis fundus eſt Homerus Il. *ι*, 525 ſq. cf. Antonin. Lib. c. 2. *Ἰφίκλου.* paullo ante inter heroes venatores erat *Ἰφικλῆς Ἀμφιτρύωνος ἐκ Θηβῶν.* Volunt etiam diuerſos eſſe *Ἴφικλον*, Phylaci filium, (de quo inf. I, 9, 12. Alterum Iphiclum Theſtii f. paullo ante vidimus I, 7, 10.) et *Ἰφικλῆ*, Amphitruonis f. Herculis fratrem. Diſputatum eſt a viris doctis in vtramque partem: nunc ſatis conuenit, eſſe duplicem formam vnius eiusdemque nominis: *Ἴφικλος* et *Ἰφικλῆς*, vt *Πάτροκλος* et *Πατροκλῆς* et alia. Eſt etiam *Ἰφικλεύς.* cf. Ruhnken. ad H. in Cer. p. 28. Nec in controuerſiam vocata res fuiſſet, ſi ad Homerum attendiſſent, cui *Ἴφικλος* et *βίη Ἰφικληείη* promiſcue de Phylaci filio dicta ſunt. Apollodorus noſter aut ipſe variat pro diuerſis quos ſequitur auctoribus, aut variant librarii, in locis diuerſis: I, 7, 10. II, 4, 8. II, 7, 3. et al. Communior tamen eſt ratio, vt Herculis frater *Iphicles*, pater Iolai, ſit: cui h. l. volebant Theſtiadae aſſerere *τὰ ἀριστεῖα.* etſi Iphiclus Theſtii bene locum haberet; vt fratres eius

caussam tuiti sint. §. 3. ἐξελθόντος δέ nimis breuiter; scil. vrbe obsessa *Calydone*. Hanc oppugnabant *Curetes*, ex *Pleurone;* Pleuroni imperabat Thestius: cuius filii in exercitu Curetum ante vrbem erant. At *Calydonem* inhabitabant *Aetoli*, quibus Meleager cum patre Oeneo (Il. ι, 577.) praeerat. cf. Strabo X. p. 714. B. ἀράσασθαι κατ' αὐτοῦ. pro vulgari καταρᾶσθαι αὐτοῦ. Etiam Antonin. Lib. l. c. ὅτι αὐτοῦ (ita malim quam αὐτῷ) κατηράσατο ἡ μήτηρ. int. autem, matrem filio mortem esse imprecatam: cf. Homer. l. c. 567. §. 4. ἀποθανεῖν. Meleager in pugna caesus; Apollinis telo secundum τὰς Ἠοίας et Minyadem apud Pausan. X, 31. p. 874. Sunt igitur haec duo carmina inter eos, de quibus supra erat: οἱ δέ φασιν. ἀπωρνεώθησαν, in aues *Meleagridas* fuere mutatae vid. Anton. Lib. l. c. Hygin. f. 174. et ibi Intpp. Simile figmentum est de auibus Diomedeis, Memnoniis: cf. ad Virgil. Aen. XI, Exc. I. *Metamorphoses* alioqui Apollodorus noster vix attingit; nec sunt illae, perpaucis forte exceptis, valde antiquae aetatis fabulae. γυναῖκες sorores sunt, excepta Gorge et Deianira, vid. Hygin. l. c. et ibi Munk. cum Antonino Lib. l. c. extr. Ouid. l. c. VIII, 542. 3.

f. 4. De Oeneo et Periboea tam varia, quae hic leguntur, tradita fuere ab iis, qui Aetolica, tum qui Tydei res carminibus ornauerant, inprimis in bello Thebano: inf. III, 6 sqq. *Periboea* Hipponoi f. Memorantur hoc nomine plures aliae: in his nobilissima, Telamonis vxor, Aiacis mater, Alcathoi f. v. inf. III, 12, 7. p. 255. *Hipponous* notior est Capanei pater, inf. III, 6, 3. Periboeae pater an idem cum eo sit, mihi non constat. πολεμηθείσης Ὠλένου, intellige Aetoliae vrbem: altera mox, ab Hesiodo memorata, est Achaiae. ὁ γράψας τὴν Θηβαΐδα vid. index auctt. vt et mox de *Pisandro*. Ex Thebaide ergo petitum esse puto, quod Periboea *captiua* dicta est apud

Hygin. f. 70. ὑπὸ Ἱπποστράτου. Hanc alteram Hesiodi sententiam attingit Diodor. IV, 35. sed a Marte violatam ait. Versus duo ex Hesiodi loco illo seruauit Schol. Pindari Ol. 10, 46. τὴν δ' Ἀμαρυγκείδης Ἱππόστρατος, ὄζος Ἄρηος, Φυκτέως ἀγλαὸς υἱὸς, Ἐπειῶν ὄρχαμος ἀνδρῶν (sc. ἔγημε vel simile voc. vix tamen sana haec, nam eundem Phyctei f. et Amaryncidem appellatum tradere vix potuit. Forte de certamine agebatur, et τὸν δ' — Φυκτέως ac potius Φυκτέος, ἀγλαὸν υἱὸν vicerat Hippostratus. Damno tamen et hanc coniecturam; nam in patris Amaryncei ludis funebribus vix filius certasse videtur. Versus in medio excidisse videtur. Laudauit versus Hesiodi Ruhnk. Ep. crit. p. 111. Amaryncei nomen, fuit clarum inter Epeos. Il. ψ, 630. vbi ludi funebres ei a filiis habiti memorantur.

§. 5. εἰσὶ δέ τινες. Prope ad haec accedunt Prouerb. e cod. Vat. ap. Schott. p. 320. (locus is, quem laudat ad h. l. Gale sub Zenobii nomine) τὴν γὰρ θυγατέρα τοῦ Ἱππονόου Περίβοιαν Οἰνεὺς βιάζεται. γνοὺς δὲ ταύτην ἔγκυον οὖσαν ὁ πατὴρ, ὑφορβῷ παρέδωκε μετὰ τοῦ γενομένου παιδὸς Τυδέως. §. 2. Sequuntur narrata de *Tydeo:* nota ex Thebaide, etiam ex tragoediis: in quibus fuit Theodectis Tydeus. *Gorge*, Oenei f. v. sup. c. 8, 1. Antonin. Lib. Met. 2. Μέλανος, patrui v. I, 7, extr. Huius filios, Tydei patrueles, a Tydeo occisos, variis nominibus memorant: Ἀλκάθοον καὶ Λυκωπέα Diodor. IV, 55. cum Schol. Il. ξ, 119. et Eustath. in nota Wessel. add. Schol. Aeschyli in Sept. adv. Theb. 578. vbi Ἀλκάθουν καὶ Λυκαυγέα leg. Λυκωπέα. Melanippum memorat Hygin. f. 69. vbi v. Munk. et van Stav. de ceteris v. V. L. ἀνεψιὸν Schol. Il. δ, 376. nominat. Pertinet huc (ad 5. §. 3. 4.) Schol. Ms. Victor. ad Il. ξ, 114. ὁ δὲ Τυδεὺς Οἰνέως καὶ Περιβοίας τῆς Ἱππότου (corr. Ἱππονόου) ὃς ἀνεψιοὺς, ἐπιβουλεύοντας Οἰνεῖ, Λυκω-

πέα καὶ 'Αλκάθουν, ἀπέκτεινεν ἀγρόθι σὺν αὐτοῖς δὲ ἄκων (leg. διάγων) καὶ τὸν πατραδελφεὸν Μέλανα· συνδαίνυτο γὰρ αὐτοῖς. καὶ φεύγων τὸν φόνον, ἧκεν ἐς Ἄργος. καὶ καθαρθεὶς ὑπὸ 'Αδράστου γαμεῖ Δηϊπύλην τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. Euripides vniuerſe dicit Suppl. 148. Τυδεὺς μὲν, αἷμα συγγενὲς φεύγων χθονός. *Tydei fuga* haec §. 4. *Argos* ad Adraſtum inter res antiquas celebratiſſimas eſt. v. inf. III, 6, 1. ὑπὸ Μελανίππου τρωθεὶς v. III, 6, 8. p. 212. Eſt is Aſtaci f. Thebanus.

ſ. 6. *Agrii* filii, patrueles Tydei, vid. I, 7, 10. De iis, quae ſequuntur, tam varie traditis, quia a pluribus poetis tractata et ornata fuerant, vid. Pauſan. II, 25. p. 167. Hygin. f. 175. Antonin. Lib. f. 37. et ad e. l. not. p. 248 ſq. Schol. Il. ξ, 119. et Ariſtoph. Acharn. 417. haurient hinc ii, quibus operae pretium eſt haec diligentius perſequi; ſufficit monere, *Oeneum* Euripidis ad hoc idem argumentum ſpectaſſe. De eo v. inter fragm. Eurip. nos non in rebus narratis, ſed in ſcriptore illuſtrando verſamur. Fuit alia quoque tragoedia, Οἰνεὺς, Philoclis. §. 2. Cum filiis Agrii ipſum Agrium ſuſtulerat Diomedes in Euripidis Oeneo. Sic et Antonin. Lib. l. c. *Andraemon* Gorgen duxerat. ſup. I, 8, 1. At ipſi Oeneo regnum redditum ap. Strabon. l. l. Anton. Lib. c. 37. nec aliter tractauerat fabulam Euripides in Oeneo, vt intelligas ex Schol. Ariſtoph. Acharn. 417. Quid quod Oeneus adhuc ſub belli Troiani initium ſuperſtes fuit ſecundum Diomedis nepotis verba ap. Homer. Il. ζ, 221. καί μιν ἐγὼ κατέλειπον ἰὼν ἐν δώμασ' ἐμοῖσι. vbi μιν ad Oeneum ſpectare ipſa res docet. Prorſus temporum rationibus repugnat, quod, Iliaco bello iam confecto, Oeneum cum Diomede Peloponneſum adiiſſe, traditum acceperat Pauſan. IV, 35. De Telephi ara §. 3. v. V. L. Οἰνόη, vrbs ad viam quae ab Argis Mantineam ducebat, quam ſecundum Argiuos ab Oeneo appellatam tradit etiam Pau-

ſan. II, 25. Stephano eſt Οἴνη, vbi ex Oro Grammatico memorat alteram ſcripturam Οἰνώη, vnde Οἰνωᾶτις Ἄρτεμις quae eadem apud Stephanum Byz. et Eurip. Herc. fur. 379. memoratur. *Aegialea* adulteriis et inſidiis in maritum a Troia reducem infamis. v. inpr. Schol. Lycoph. 610. Aegialeam alii Adraſti filiam ediderant; ita, quod obſeruant quoque Schol. Il. λ, 221. 226. pater et filius duas ſorores magno temporum interuallo duxerant: nam Tydeus Deipylen matrimonio habebat. Probabilius itaque habitum, Aegialeam, quam Diomedes duxit, Adraſti neptem ex Aegialeo filio fuiſſe. cf. ad Antonin. Lib. l. c. p. 246. 7. Eidem Diomedi deo facto coniux data Hermione: Ibycum laudat Schol. Pindari N. 10, 12. Τὴν Ἑρμιόνην γήμας ὁ Διομήδης ἀπηθανατίσθη σὺν τοῖς Διοσκούροις Conf. ad Virgil. Aen. XI. Exc. I. et ad Antonin. Lib. p. 247. 8. De Diomede Thebas aduerſus profecto inter Epigonos vid. inf. III, 7, 2.

Cap. 9.

ſ. 1. *Athamas. Ino. Phrixus. Helle.* magna fabularum Aeolicae ſtirpis pars: poetis inprimis tragicis celebrata. Ita fuere: Aeſchyli *Athamas*, Sophoclis *Athamas α et β*, eiusdem *Ino.* Euripidis *Phrixus*, eiusdem *Ino.* Alius *Phrixus* Achaei. Sophocleae fabulae argumentum habetur in Schol. Ariſtoph. Nub. 258. reliquarum argumenta ſuſpicor apud Hygin. latere in fabb. quinque priorib. Ex Euripidis vtraque tragoedia fragmenta v. in Fragm. Eurip. A Pherecyde iam multo antea fabulae illae erant expoſitae, ſed ſimplicius, vt ex Schol. Pindari P. 4, 288. colligo. Ornarunt eas Argonauticarum rerum auctores. — De *Athamante* v. Hygin. fab. 1. et ibi Intpp. add. Schol. Aeſchyl. Perſ. 70. Ex Apollodoro petiere ſua, partim eum exſcripſere, Zenob. IV, 38. Schol. Il. η, 86. hic quidem ornatius ex Philoſtephano, Callimachi aequali. Schol.

Lycophr. 22. Schol. Apollon. in argum. quem exſcripſit Eudoc. p. 146. 235. 419. §. 4. Nephele liberos ad aram adductos e conſpectu abduxit. Apud Zenob. l. c. diis id tribuitur. Apud Schol. Ariſtoph. qui Sophoclis Athamantem ante oculos habet, l. c. Nephele dea facta eſt. Aries hic loquelae vſum habebat v. Apollon. I, 257. 8. quod ſeriorum forte commentum eſt: antiquiores, vt Heſiodus et Pherecydes, (v. Eratoſth. c. 19.) tantum aureum vellus memoraſſe videntur. De varietate hac collegit loca Meziriac. ad Ovid. Epp. T. II. p. 31 ſq. De Helles caſu reliquas fabulas perſequitur Hemſterh. ad Lucian. p. 311. §. 6. *Aeetes παῖς Ἡλίου καὶ Περσηΐδος.* quae vna fuit ex Oceaninis: Heſiod. Theog. 956. 7. Cicero N. D. III, 19. *Circe et Paſiphae,* (*et* *Aee* interpoſitum deleo) *e Perſeide Oceani filia natae patre Sole*, vbi cf. Daviſ. Homero Πέρση eſt Od. κ, 159. vt et Apollon. IV, 591. At Περσηὶς eſt etiam ap. Heſiod. Θ. 956. ita dicta proprie filia Perſae, ſeu Perſei, Περσέως, et Περσῆος, a Περσεύς. (ap. Lycophr. v. 1175. Schol. Apollon. III, 200.) vti Hecate *Perſeis*, Perſae Titanis f. ſup. I, 2, 4. Magna ſane in hac progenie Solis, cuius ſtirpem appoſitam vide ſub finem in Tab. VII. inprimis in *Aeeta*, fabularum varietas; v. Schol. Apollon. III, 200. 242. 267. Intpp. Hygin. f. 156. cuius rei cauſſa petenda eſt ab Argonauticarum rerum ſcriptoribus, tum a tragicis, accedentibus etiam fabularum Corinthiarum auctoribus, inprimis Eumelo, in iis quae de Medea narrabantur: vid. Pauſan. II, 1, et 3. verſus ex Eumelo ſeruati ap. Schol. Pindari Ol. 13, 75. et Schol. Lycophr. 174. add. ad v. 1024. Eſt in his fabulis memorabilis res facies Heliadarum radians: qua agnoſcitur Medea a Circe apud Apollon. IV, 727 ſq. At in Orphicis vſ. 809. fulget Aeetes ſolis inſtar veſte et corona aurea. Maiore cum elegantia adumbrata origo generis a Sole ducta per coronam radiatam in La-

tino ap. Virgil. Aen. XII, 163. *cui tempora circum aurati bis sex radii, fulgentia cingunt Solis aui specimen.* De *Medea* v. inf. I, 9, 23. §. 6. Διῒ θύει Φυξίῳ. addit Schol. Apollon. in Argum. ὅτι ἐξέφυγε τὴν ἐπιβουλὴν τῆς μητρυιᾶς. cf. Staver. ad Hygin. f. 3. p. 22. inprimis leg. Apollon. II, 1144. 1150 sq. Parum diserte Eratosth. c. 19. ᾧ (Aeetae Phrixus) καὶ ἐν Διὸς ἔδωκε τὴν χρυσῆν δορὰν, ὅπως μνημόσυνον ἔχῃ. Distinguit noster auctor duas res, quae passim confunduntur: sacrum Ioui factum; vellus autem dedicatum in Martis τεμένει. cf. Diodor. IV, 47. qui male in hac narratione argutatur.

f. 2. *Athamantis insania* multis memorata; duplici quoque Sophoclis fabula. διὰ μῆνιν Ἥρας. Addit Schol. Lycophr. l. c. ad vs. 22. ὅτι τὸν Διόνυσον ὡς κόρην ἀνέτρεφε λαβὼν παρ' Ἑρμοῦ. et sic sane disertius res narrata inf. III, 4, 3. Ei irata erat Iuno propter seruatum puerum Bacchum ex Semele a marito compressa susceptum. Learchum occidit; Variant tamen veteres in hac fabula. vid. ad Hygin. f. 1. *Melicertes* mox deus *Palaemon* factus, et in eius honorem Isthmia instituta. v. Schol. Pind. arg. Isthmior. Schol. Apollon. III, 1239. Schol. Lycophr. 107. vnde Eudoc. p. 238. εἰς πέλαγος ἔῤῥιψεν. Zenob. l. c. addit: εἰς τὴν πρὸς τῷ Μολουρίῳ θάλατταν. est in Isthmo Corinthiorum petra Moluris; Pausan. I, extr. pars Scironidum: cf. Hemsterh. ad Lucian. p. 307. Callistrati Statuas c. 14. et ad eum notata in Opusc. meis Vol. V. p. 219. §. 2. ἐκπεσὼν δὲ τῆς Βοιωτίας. cf. ad sqq. Scholion Apollonii in Etym. M. in Ἀθαμάντιον πεδίον. §. 3. Ἀθαμαντίαν. Apud Schol. Lycophr. 22. l. c. est Ἀθαμανία. At haec Epiri, mox Aetoliae, regio fuit. *Athamantis ager* alius fuit in Boeotia, vbi terras ille tenuerat, quas postea Haliartus et Coronea occuparunt. vid. Pausan. IX, 34. p. 779 et c. 24. pr. alius in Thessalia et quidem in Phthio-

tide; de hoc v. Stephan. in Ἄλος (vrbs quae ab Athamante condita narratur. v. Strab. IX, p. 661. B.) et Ind. Euſtathii, inprimis Scholion in Apollonium apud Etymol. M. in Ἀθαμάντιον πεδίον, quod ſpectauit ad Apollon. II, 516. ἀμπεδίον Φθίης Ἀθαμάντιον. Fuit quoque mons Athamas in iisdem locis ap. Plin. IV, 8. ſ. 15. Nuper iterum de hac nominum et locorum ambiguitate docte egit Tſchucke ad Ampel c. 8. pr. et ad calcem p. 275. Eodem Orchomenus Theſſaliae, ὁ Ὀρχομενός, referendus, cui imperaſſe fertur Athamas. cf. van Stav. ad Hygin. f. 1. pr. Nobilior fuit alter Orchomenus Boeotiae, cui Minyae imperarunt; de qua vrbe v. Pauſan. IX, 34 ſq. In Apollodoro h. l. intelligendus eſt Theſſaliae ager; nam e Boeotia exulabat Athamas, πολλὴν χώραν διελθών. γήμας. τὴν Θεμιστώ, v. Hygin. f. 1. et 4. *Hypſeus* videtur eſſe rex ille Lapitharum, filia Cyrene clarus. v. Pindar. P. 9, 23. et ibi Schol. cf. Diodor. IV, 69.

ſ. 3. *Siſyphus* inprimis verſutia clarus; quam fabuloſe iam a Pherecyde traditam diſertius exponit Schol. Il. ζ, 153. reſpicit eandem Theognis v. 711. 712. add. Schol. Sophocl. 643. Aeſchyli tragoediae eo nomine fuere duae, vna Sophoclis, quarta Euripidis; non mirum adeo, magnam narrationis de Siſypho eſſe varietatem. Confunditur plerumque alter Siſyphus, qui Anticleam Vlyſſis matrem oppreſſit. Ἐφύραν τὴν νῦν λεγομένην Κόρινθον. fuere enim Ephyrae vrbes plures, vt a multis ſatis monitum v. Schol. Pindar. N. 7, 57. Steph. Byz. Euſtath. al. — *Merope* Atlantis f. v. inf. III, 10, 1. Sunt plures hoc nomine celebratae in fabulis; v. Indicem Apollodori et Hygini: nobiliſſima ex iis, in ſcenam inducta eſt Creſphontis vxor: de qua inf. II, 8, 5. §. 2. Sed praeter Glaucum alios liberos Siſyphus ſuſcepit, Ornytionem, Therſandrum, Almum, hunc inprimis clarum nata ex eo Chryſogone; e qua Mars

Minyam ſuſcepit, qui Orchomenum condidit, et a quo Minyae dicti. v. Pauſan. II, 4. p. 120. Schol. Apollon. III, 1093. vnde Eudoc. p. 15. ἐξ Εὐρυμέδης. Apud Hygin. f. 157. Eurymene eſt, Niſi f. De Bellerophonte v. inf. II, 3, 1. §. 2. Siſyphus in inferis: de cauſſa poenae cf. inf. III, 12, 6. p. 352. Pauſan. II, 5. p. 122. Schol. Il. α, 180. ζ, 153. Theogn. 521. Alii alias cauſſas commemorant. v. Hygin. f. 60. et ibi intpp. — ὑπερβάλλειν. ſc. ſupra montis verticem ex Homero petiit Od. λ, 596. Ἤτοι ὁ μὲν, σκηριπτόμενος χερσίν τε ποσίν τε, λᾶαν ἄνω ὤθεσκε ποτὶ λόφον· ἀλλ' ὅτε μέλλει — ἄκρον ὑπερβαλέειν. Nec aliter de Tantalo βαλεῖν dictum apud Pindar. Ol. 1, 93. πατὴρ ὑπερκρέμα — σε καρτερὸν αὐτῷ λίθον· τὸν αἰεὶ μενοινῶν κεφαλᾶς βαλεῖν, εὐφροσύνας ἀλᾶται. Eurip. Oreſt. 6. κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον, ἀέρι ποτᾶται. De indicio raptae Aeginae cf. Pauſan. 11, 5. pr.

ſ. 4. Praeter hanc Aſteropiam clarior eſt alia Deionis filia *Dia* a Ioue amata Il. ξ, 317. nupta Ixioni, cuius fraude ſocer interiit. vid. Schol. Pindari P. 2, 39. et Homeri Il. α, 268. celebratus ille fabulis multorum tragicis. *Actor* eſt is, qui, ducta Aegina, Aeaci matre, Menoetium genuit, Patrocli patrem. De Phylaco v. inf. I, 9, 12. *Cephalus* v. Anton. Lib. Met. c. 41. Ovid. Met. VII, 661 ſq. Mezir. ad Heroid. Ovid. p. 351 ſq. Eosdem fere noſter auctores ſequitur inf. III, 15, 1. At diuerſum Cephalum Herſes et Mercurii f. memorat III, 14, 3. add. Hygin. f. 110 et 198.

ſ. 5. *Perieres* Meſſenen obtinuit. v. Pauſan. IV, 2. cf. Mezir. ad Ovid. Epp. p. 22. *Gorgophone*, Perſei f. vid. inf. II, 4, 5. cf. Pauſan. II, 21. p. 159.

ſ. 6. *Magnes* Meliboeam Theſſaliae ab vxore dixiſſe fertur, et a ſe Magneſiam, Theſſaliae partem, populum Magnetes. cf. Conon. 29. Ex eo natus Alector, ex hoc

Haemon, ex hoc Hyperochus, ex hoc Tenthredon, ex hoc *Prothous*, qui Magnetes ad Troiam duxit. Euſtath. p. 338. Alium Magnetis filium, *Pierum*, ſupra vidimus I, 3, 3. Eurynomum et Eionea e Philodice ſuſceptos e Piſandro Schol. Eurip. Phoen. 1748. memorat. Diuerſus Magnes apud Anton. Lib. 23. habendus. De *Polydecte* et *Dictye* v. inf. II, 4, 2. de eorum ſtirpe et genere alia ex Pherecyde ſunt ap. Schol. Apollon. IV, 1091.

ſ. 7. *Salmoneus* iam ex Odyſſ. λ, 235. notus, vbi Tyro Σαλμωνῆος ἀμύμονος filia; at Heſiodo fuerat Σαλμωνεὺς ἄδικος καὶ ὑπέρθυμος πέρι κῆρι, in verſibus apud Schol. Pindari P. 4, 253. Fuere Sophoclis fabulae Salmoneus et Tyro. Cum ſuperbia eius et arrogantia ita declarata eſſet, vt diceretur Iouem aemulari: mox alii hoc ita narrarunt, vt eum curru inuectum tonitru et fulgur iaculari voluiſſe dicerent. cf. Exc. XII. ad Aen. VI, 585. Acceſſit, quod vrbs ab ipſo condita ignibus caeleſtibus euerſa eſt. Vrbs Elidis fuit *Salmonia* vel Salmone vid. Diodor. IV, 68. Strabo VIII. p. 545. B. Stephan. h. v. et Euſtath. p. 1682. vt vrbem, ita ſignum Salmonei fulmine tactum memorat Tullius Geminus in Epigr. gr. in Analect. Tom. II. p. 279. vbi cf. Iacobſ. Vol. II. P. II. p. 311.

ſ. 8. De *Tyro* loc. claſſ. Od. λ, 234 ſq. Noſtrum ante oculos habuit Schol. Lycophr. 175. Ἀλκιδίκης. Ἀλέου addit Diodor. IV, 68. Alei progenies inf. III, 9, 1. recenſetur, omiſſa tamen Alcidice. In Pal. Ἀλκίκης Med. Vat. Ἀλκίδης. Spreta Alcidice Salmoneus Sidero pellicem adſciuerat: de qua v. mox §. 3. — παρὰ Κρηθεῖ. Pal. cum al. et hic Κριθεῖ, vt ſup. I, 7, 3. De eo paullo poſt ſ. 11. Euſtath. p. 1685, 5. ex alio auctore memorat παρὰ Δηϊονεῖ τῷ θείῳ. — τῷ Σαλμωνέως ἀδελφῷ. abſunt verba a Dorv. Vat. Regg. et cum voce τρεφομένη a Med. Ex Pal. nil notatum video: poſſunt priora verba ab Aegio inſerta

haberi ex Schol. Lycophr. l. c. *Enipeus* Theſſaliae, alter Elidis fluuius. De hoc alii apud Strabon. VIII. p. 546. B. haec narrant. At noſter de Theſſaliae fl. cogitare debuit, nam Cretheus in Theſſalia vixit, et Peliae Neleique natales ad Theſſaliam referuntur. ἔρωτα ἴσχεν Vat. ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα. ex poeta hoc retinuit; καὶ ῥ. ἐπ' Ἐνιπῆος πωλέσκετο καλὰ ῥέεθρα Od. λ, l. c. φυτῶσα eſt vitium ed. pr. Supra ſimilis fabula de Iphimedia I, 7, 4. p. 28. συνεχῶς φοιτῶσα ἐπὶ τὴν θάλασσαν. cf. Lucian. D. D. Mar. 13. et ibi Hemſt. ἀπωδύρετο. ne ſuſpiceris cum Fabro ἐπωδύρετο. nam et alterum bene. v. c. Lucian. Tim. 13. ἡ δέγε γεννήσασα Regii non male. §. 2. ἐκκειμένων. h. e. ἐκτιθεμένων vel ἐκτιθέντων. Sic reſcripſi, quod res poſtulabat, et iam Faber ac Gal. monuerant; pro corrupto ἐγκειμένων. pueri ἐκτίθενται, ἐκκεῖνται. τῇ χηλῇ. tacite receptum in ed. Commel. et recte, re ipſa ſic poſtulante; vngula enim conteri puer potuit, non mamma, τῇ θηλῇ, quod vbique legitur. Sane verum eſt, ab aliis (v. Schol. Il. κ, 334. ex quo Eudoc. p. 405. add. Euſtath. p. 1681, 51.) rem ſic tradi, vt alterum ex pueris canis nutrierit; ἔτρεφε, θηλὴν ἐμπαρέχουσα, alterum conculcarit equa. Νηλέα, ſc. ἐπεὶ κύων κατηλέησε. Schol. Il. l. c. hoc tamen parum conuenit: ἀνηλεὴς fuit mater quae eum expoſuerat. §. 3. καὶ τὴν μητρυιὰν ἀπέκτειναν Σιδηρώ. ſcilicet Tyro in paternam domum remiſſa erat, in qua matri Alcidicae ſuperinducta fuerat a patre Salmoneo Sidero. Hoc ſuſpicor fuiſſe argumentum fabulae, quae Tyro inſcripta erat, Sophoclis: alia fuit Aſtydamantis. Eodem ſpectat Epigramma Cyzicenum IX. olim legebatur σιδήρῳ. Sed nomen illud Diodor. l. c. IV, 68. ſuppeditat; vnde hic inſerendum monuere Weſſel. ad e. l. et ad Simſon. p. 213. Mezir. ad Ovid. Heroid. II. p. 28. Fabula etiam in antiquae artis operibus exhibita, vt patet ex Epigrammat. Cyzicenis Nr. IX. forte quoque

in patera Etrusca credita ap. Lanzium Tom. II. p. 212. Ἥραν ἀτιμάζων. hoc ex Argonauticis habet; hinc sacrum Peliae diis factum, excepta Iunone ap. Apollon. 1, 13 sq. Atque hinc illa fautrix Iasonis, Peliae infesta.

§. 9. *Neleus* Nestore filio inprimis clarus; idem equis ad certamina et currus bellicos alendis olim nomen habuit, ἱππικώτατος τῶν κατ' αὐτὸν γενόμενος Schol. Il. λ, 671. vbi quoque de certamine poeta agit v. 697. Ad ea, quae nunc h. l. commemorantur, cf. Diodor. l. c. et primo loco Homer. Od. λ, 280 sq. Neleus exulauit Iolco; Messenen adiit et impetrauit agrum ab Aphareo (est is qui sup. I, 9, 5. et III, 10, 3.) vid. Pausan. IV, 2, 3. Egerat de his inprimis Hellanicus, vt disco ex Eustath. p. 1454, 30. *Pylum* condidit: Messeniae h. l. et sic Pindarus et alii. At apud Homerum Triphyliae est, in Elide; qua de re copiose disputatum a Strabone; etiam a Pausania. *Chloris* Amphionis et Niobes filia: inf. III, 5, 6. cf. Pausan. II, 21. Egit de ea et de Nestore Mezir. ad Ovid. p. 75. Est adeo Amphion Thebanus. At ap. Homerum (Od. λ, 282 καὶ Χλῶριν εἶδον περικαλλέα etc.) Amphion Iasi f. est, Orchomenii, vbi Schol. matrem Phersephonen memorat, Φερσεφόνης τῆς Μίου. lego: τῆς Μινύου, qui notus Orchomeni Boeotiae rex. Ita corrupta sunt ap. Pausan. IX, 36 f. Νηλεὺς Κρηθέως, βασιλεύων Πύλου, γυναῖκα ἔσχεν ἐξ Ὀρχομενοῦ Ἄωριν Ἀμφίονος τοῦ Ἰλασίου, facile emendandus Χλῶριν τοῦ Ἰάσου, ex Homero: id quod iam actum a van Stav. ad Hygin. p. 34. Simson ad a. 2661. et Wessel. ad Diodor. p. 313. De *Pero* mox videbimus §. 12. ἄρρενες δὲ T. vid. Homer. Il. λ, 691. Δώδεκα γὰρ Νηλῆος ἀμύμονος υἱέες ἦμεν. cf. ibi Schol. B. et Schol. Apollon. I, 156. In nominibus deest is, qui primo loco erat nominandus, maximus natu *Chromius*, Od. λ, 285. pro hoc Euagoras memoratur. §. 1. *Periclymeno* datum, vt formam corporis

mutare posset: exposuerat hoc iam Hesiodus in versibus (ex *Heroidum recensu*, ἐν Καταλόγοις, vt ex Schol. Il. β, 336. colligo, et quidem ἐν ά καταλόγων secundum Eustath. p. 231) seruatis apud Schol. Apollonii I, 156. (quem exscripsit Eudoc. p. 333. hinc emendanda) adscriptis quoque in Ep. crit. Ruhnkenii p. 111. add. Schol. Ol. λ, 285. et Il. β, 1336. Sed habuit locum fabula inprimis in Heracliis. cf. inf. II, 7, 3. add. Ovid. Met. XII, 553 sq. Etiam Tz. in Chil. II, f. 45. v. 641 sq. Severus in Ethopoeia ap. Gal. Rhet. sel. p. 211. — ὅτε δὲ μέλισσα. Apud Schol. Apollon. l. c. necat eum Hercules εἰς μυῖαν μεταβληθέντα, quod et Tzetza l. c. sequitur. Sane mox idem ἐμπαγέντα ὥσπερ μέλισσαν τῷ κέντρῳ vbi forte μυῖαν legendum. Sed in apem mutari solitum iam Hesiodus prodiderat; et apud Schol. Il. β, 336. apis, non musca temoni insidens necatur: καὶ δὴ γενόμενον αὐτὸν μέλισσαν, καὶ στάντα ἐπὶ Ἡρακλέους ἅρματος, Ἀθηνᾶ εἰκάσασα (coniectans et docens eum in ape latere, apud Schol. Apollon. est ὑποδείξασα, vnde cum Ruhnkenio coniicias δείξασα) Ἡρακλεῖ, ἐποίησεν ἀναιρεθῆναι. Varie tractatam fabulam a poetis facile agnoscas. Alii in aquilam mutatum Periclymenum telo Herculis traiectum narrauerant, quos sequitur Ovid. l. c. et Hygin. f. 10. — §. 3. Solus *Nestor* seruatus: cf. II, 7, 3. Il. λ, 693. παρὰ Γερηνίοις. Apud Hesiodum (in versibus ab Steph. Byz. in Γερηνία et Eustath. p. 231. ex lib. 1. Catalogorum seruatis) erat παρ' ἱπποδάμοισι Γερήνοις, et Schol. Il. ε, 392. ἐν Γερήνοις ἀνετράφετο (vnde idem Eudoc. p. 162) item λ, 691. παρὰ τοῖς Γερήνοις. Fuit adeo et nomen οἱ Γέρηνοι, quod nostro οἱ Γερήνιοι. Vrbs ipsa haec Messeniae erat ἡ Γέρηνος. τὸ Γέρηνον. τὰ Γέρηνα et serius ἡ Γερηνία. vid. Pausan. III. extr. p. 278. et Steph. h. v. Strabo VIII. p. 541. D. apud quem lib. VII. p. 459. B. περὶ Γεῤῥήνων male est expressum; fallitur ibidem Casaub. qui

Gerena inter loca fabulofa referre videtur: funt tantum fabulofa de Gerenis narrata. *Anaxibia.* Eurydicen Clymeni f. Neftoris vxorem ipfe Homerus edidit Od. γ, 452. Ea mortua Anaxibiam Agamemnonis fororem ab eo ductam narrat, nefcio quo auctore, Euftath. ad Il. β, 296, 25. at hanc Anaxibiam Strophius duxiffe et ex ea Pyladem fufcepiffe, apud Paufan. II, 29. p. 178. et Schol. Eurip. Or. 764. (add. ad v. 5.) legitur. Iam vero Anaxibiam τὴν Κατριέως quam fuiffe putabimus? fi de Agamemnonis forore agitur, in promtu eft emendare Ἀτρέως: et in hoc incidiffe video quoque Meziriac. T. I. p. 77. Nec tamen aufus fum hoc reponere; nam potuit Apollodorus alios fequi, vt fcriberet τῆς Κατρέως. ex Catrei filia Aerope natus erat quoque Agamemnon: inf. III, 2, 2. *Polycaften* minimam natu Telemacho nuptam edidiffe partu Perfepolin, docemur verfibus Hefiodi apud Euftath. ad Od. π, 120. p. 1796. l. 39. Ex filiis Neftoris notiffimi funt Antilochus et Thrafymedes; fed et reliquos Homerus memorat Od. γ, 413. 4. e quo h. l. emendari debet Στρατίος.

f. 10. De *Pelia* locum exfcripfit Schol. Lycophr. v. 175. περὶ Θεσσαλίαν κατῴκει. valde ieiune dictum: Poft Crethei aui mortem Iolcum occuparat, depulfo Aefone. *Anaxibia* Biantis f. Alceftidis mater etiam in Hygin. f. 51. et f. 14. p. 51. aliis tamen ea *Alphefiboea* v. inf. ad f. 13. *Philomache* inf. III, 5, 6. inter Amphionis et Niobes filias non memoratur, fed Aftyoche. — Ceterum Peliae filiae faepe *Peliades* dictae; quo nomine quoque Euripidis fabula fuit, diuerfis nominibus inf. I, 9, 27. Afteropia et Antinoe, vbi vide notam. At cum noftro loco fere confentit Hygin. f. 24.

f. 11. De *Tyro* v. fup. f. 8. Crethei matrimonium et liberos etiam Homerus agnofcit Od. λ, 236 fq. et 257. 8. *Amythaon*, eiusque filii *Bias* et *Melampus*. De his

nihil in Hygino memoratum; pauca in Diodoro. Verum in ſeqq. ſeruatae ſunt potiores de iis fabulae ex Pherecyde, vt ex Schol. Od. λ, 286. 9. colligo. Nam diſferunt in plerisque ea, quae ex Melampodia, Heſiodo vulgo tributa (v. c. ap. Athen. XI, p. 498. B.) afferuntur. ex. c. ap. Schol. Apollon. I, 121. Cum hanc eandem Melampodis fabulam ad *μεγάλας ἠοίας* referri videam, (vt ap. Schol. Apollon. l. c.) nec non Proetidas ab eo ſanatas: ſuſpicor Melampodiam partem *τῶν Καταλόγων* conſtituiſſe. Magna Amythaonidarum fuit fama e peritia vaticinandi et prudentia. Sunt verſus Heſiodi ap. Nicolaum Damaſc. in Excerpt. Valeſ. et hinc ap. Suidam in *ἀλκή*. *Ἀλκὴν μὲν γὰρ ἔδωκεν Ὀλύμπιος Αἰακίδῃσι, νοῦν δ' Ἀμυθαονίδαις, πλοῦτον δέ περ Ἀτρείδῃσιν.* De origine vaticinandi peritiae, vnde in illa ſtirpe profecta eſſet, veteres fuere fabulae, mirae illae ad noſtrum ſenſum; ſerpentibus, ſaltem generi alicui, forte natura ſua tempeſtatis mutationum praeſago, vis diuinatoria ineſſe vulgo fuit credita: obſeruatione itaque eorum doceri homines de futuris poſſe. Tum memorabilia aliquot vaticinia fama ſeruauerat, de quibus ſ. 12. agitur: quae ſummam vetuſtatem redolere agnoſcent ii, qui ad humani generis originis, ſermonis et opinionis rudimenta, animum adverterint. — Ad ſeqq. cf. Schol. Apollon. I, 118. (quem exſcripſit Eudoc. p. 286.) — §. 2. *Pylus* h. l. Meſſenes. *Idomenen:* hanc Pheretis f. inf. II, 2, 4. Abantis dixit, ex alio forte auctore. Nam varietas omnino in Melampodis matre occurrit: Rhodope eſt ap. Schol. Theocriti III, 43. (Dorippe apud Schol. Apollon. l. c. ab Galeo huc vocatur male; eſt Hellenis ea mater), Aglaia Diodor. IV, 68. Plura exempla diuinatoriae artis ſerpentium lambentium afflatu acceptae occurrunt: vt de Heleno et Caſſandra Schol. Eurip. Hec. 86. Schol. Lycophr. in vita. Schol.

Il. η, 44. et Tiresiae caeci τὰς ἀκοὰς διακαθάρασα πᾶσαν ὀρνίθων φωνὴν ἐποίησε συνιέναι Minerua inf. III, 6, 7. Itaque et in hoc a symbolica actione rei effectum duxere prisci homines. Quod vero vtrinque humeris adstant serpentes, veteris signi ad Olympiam recordationem animo subiicit, apud Pausan. VI, 2. vbi Thrasybulus, ex Iamidarum gente vates, cum stellione in humero, stabat; stellio γαλεώτης, vt in Apollinis signo σαῦρα, inter diuinationis symbola habitus.

§. 12. Ad seqq. de *Biante* Nelei filiam *Peronem* amante et *Melampodis* pietate in fratrem vid. Odyss. λ, 286 sq. ibid. Schol. et Eustath. p. 1685. vbi l. 17 sq. cum Apollodoro conueniunt; tum Odyss. ο, 225 sq. et ibi Schol. c. Eustath. p. 1779 sq. et Theocrit. 3, 43. 4. 5. et Schol. in quo male Πειρὼ scribitur. Meminit quoque Pausan. IV, 36. De *Melampodia* paullo ante dictum. Sed exposuerat quoque fabulam Pherecydes, e quo Schol. Odyss. sua duxit, et eundem Apollodorus sequutus est. τὰς Ἰφίκλου βόας. *Iphicli* plures: hic *Phylaci* f. Deionis nepos sup. §. 4. ex Clymene: v. Schol. Odyss. λ, 325. interfuit hic Argonautis, pedum velocitate clarus: Apollon. I, 45. et Hesiodi verss. in Schol. qui et apud Eustath. leguntur, et sunt in Fragmenta inserti; memorati quoque Ruhnkenio Ep. Crit. p. 108. Huius Iphicli armenta, de quibus nunc agitur, non Phylaci patris, erant. Hinc turbatum est in h. l. vid. V. L. ἐν Φυλάκῃ Thessaliae; ad montem Othryn: hinc ἀπ' Ὄθρυος ἐς Πύλον ἄγε Theocr. 3, 43. §. 3. ἐφυλάσσετο. Pal. Dorv. — ἐν οἰκήματι. est intelligendum ex antiquitatis more, quo vnum ἕρκος plures casulas, οἰκήματα, οἴκους, suam cuique ex familia, iuxta positas continebat. §. 4. λειπομένου δὲ βραχέος χρόνου τοῦ ἐνιαυτοῦ. h. e. ὅτε βραχὺς χρόνος τοῦ ἐνιαυτοῦ ἔτι λοιπὸς ἦν. §. 5. θαυμάσας δὲ Φ. cf. ad sqq.

Schol. Odyss. λ, 286. 9. l. c. et Apollon. Schol. l. c. Ad hanc partem narrationis aut forte ad ipsam boum rapinam spectasse videntur versus ex Melampodia ap. Athen. XI. p. 498. B. modo integriores haberemus. §. 5. προσεκαλέσατο. putes esse: inuitauit ad escam. sed est: augurali arte aduocauit, aduolare iussit. Apud Eustath. l. 30. l. c. est ἐπεκαλέσατο. Porro quae augurio didicerat Melampus, ea a vulture edoctum prodiderat vetus scriptor: παρὰ τούτου μανθάνει δή. Tandem discere ea dictus et creditus est vates voce et loquela animantium percepta, quem admodum vermium Melampus. Et Moschus μείδησεν ἀκούσας ὀμφὴν οἰωνοῖο θεήλατον apud Apollon. III, 937. apposita cornicis verba erant inde a vs. 926. Locum expressit Nonnus Dionys. III, p. 90. §. 6. κριοὺς τέμνων ἐπὶ τῶν ἀγρῶν. pro ἐκτέμνων. Eustath. l. c. l. 42. κατὰ τὸν ἀγρὸν ἐκτέμνοντι τετράποδα. ἀγρῶν ab Aegio ex Schol. (Odyss. λ, 289) repositum: in codd. est αἰβίων. quod quid sibi velit, nemo facile dixerit. Ex compendiosa scriptura indoctum librarium id effinxisse suspicor; forte ex αἰπολίων· τὴν μάχαιραν κατέθετο. obscura narratio. Videtur puer cultrum cruentum extimuisse; pater ira abreptus, cultrum in eum coniecisse, qui traiectis pudendis pueri in truncum arboris adstantis est impactus. In verbis tamen hoc saltem proditur: patrem cultrum ab exsecto boue adhuc cruentum iuxta puerum posuisse, eoque metuente impegisse cultrum arbori: ita vt totum acumen in sanguine excisi bouis, comparata cum pueri debilitatione, contineatur. Ne mutare quicquam ausim, retinet me hoc, quod haud vno modo res est narrata in Schol. Homer. l. c. et Schol. Theocr. l. c. 3, 43. ἀμφιτροχάσας ex poeta seruatum suspicor, pro ἀμφιδραμών. *cortex cultrum ambiens annuis incrementis tantum non obduxerat.* Schol. Homer. l. c. καὶ περιφῦναι αὐτὴν (leg. αὐτῇ. vid.

Euftath. l. 34.) τὸν φλοιόν. et ad v. 289. τὴν μάχαιραν ἀχέρδου φλοιῷ κεκαλυμμένην. §. 7. Cum *Podarce* ex Iphiclo et feu Diomede feu Aftyoche natus Protefilaus, clarior fratre, primus ad Troiam occubuit. vid. Hygin. f. 103. — §. 8. μέχρι μέν τινος ἐν Μεσσήνῃ κατῴκει. Aliter omnem rem narratam vides in Odyff. ο, 236. 7. ὡς δὲ τὰς ἐν Ἄργει γυναῖκας (in his Proetides. inf. II, 2, 2. vbi vid. laudd.) ἐξέμηνε Διόνυσος. fequitur Hefiodum, vt patet inf. ex II, 2, 2. ἐκεῖ μετὰ Βίαντος κατῴκει. Diuerfa narrata apud Diodor. IV, 68.

f. 13. Ex Pero et Biante folum *Talaum* natum memorat Apollodorus: Talaum et Areium Apollon. I, 118. et cum Laodoco auctor Orphic. Argonaut. 146. Perialcen, Aretum (f. Areium) cum Alphefiboea Schol. Homer. Odyff. λ, 286. ex Pherecyde; quae repetit Euftath. p. 1685, 45. *Alphefiboeam* Theocrit. 3, 45. meminit, quae fupra f. 10. erat Anaxibia. Talai progenies nobilis in hiftoria Argivorum: vid. Paufan. II, 18. Schol. Pindari N. 9, 25. 33. Euftath. ad Il. β, p. 288. cf. Herodot. V, 67. 68. *Melampodis* vnus tantum filius *Abas* h. l. commemoratur: de alio vid. ad Hygin. f. 136. p. 241. at *Antiphates* (cuius f. *Oicles*, pater *Amphiarai*) et *Mantius* apud Homer. Odyff. ο, 242. cf. Diodor. IV, 68. vbi pro Βίαντα fcribendum effe Ἄβαντα ex noftro monuere iam Intpp. Pro *Lyfimache* apud Hygin. f. 69. 70. eft Eurynome, Iphiti f. at apud Paufan. II, 6. p. 125. Lyfianaffa, Polybi f. De *Amphiarao* et *Eriphyle* inf. III, 6, 2. §. 2. *Promachus* vnus ex Epigonis: vid. III, 7, 2. Paufan. II, 20. p. 156. *Mecifteus* inter feptem aduerfus Thebas a nonnullis commemoratus: inf. III, 6, 3. p. 206. interfectus a Melanippo (eodem qui Tydeo letale vulnus inflixit III, 6, 8.) vid. Herodot. V, 67. Paufan. IX, 18. pr. *Euryalus* vid. Il. β, 565. 6. idem ludis funebribus Oedipi (et mox inter Epi-

gonos bello aduerſus Thebas, vt inf. III, 7, 2. videbimus) interfuerat, et in funere Patrocli pugilatu certauit cum Epeo Il. ψ, 677 ſq. Fuere hoc nomine plures. Etiam fabula Sophoclis Εὐρύαλος, cuius argumentum eſt apud Parthen. c. 3. *Pronax*, Talai f. memoratus a Schol. Pind. ad Nem. 9, 25. In eius honorem ludos Nemeos factos nonnulli dixerant: Schol. Pindari arg. tert. Aelian. IV, 5. vbi vid. not. Eius filiae ex Agathone apud Athen. XII. p. 528. D. memorantur, in quibus Amphithea, Adraſto nupta. Filius *Lycurgus:* cuius certamen cum Amphiarao in throno Amyclaei effictum erat. Ab eo diuerſus is, qui mox memorabitur, Pheretis f. Pro *Amphithea*, vxor Adraſti Eurynome eſt ap. Hygin. f. 69, 70. *Adraſti tres filiae* in fabulis clariſſimae: (vid. Schol. Il. ε, 412.) *Aegialea* Diomedi, (I, 8, 6.) *Deipyle* Tydeo (I, 8, 5.) *Argia* Polynici elocata. (III, 6, 1.) De *Adraſto* reliqua vid. III, 6, 1. *Cyanippus* apud Pauſan. II, 18. p. 150. et c. 30. f. Aegialei eſt filius: cuius tutelam Diomedes et Euryalus Meciſtei f. habuere. Apud Tryphiod. eſt is vnus ex iis, qui in Equo Troiano latuere vſ. 157. Obiit ille ſine liberis, itaque licet coni. παῖς δὲ Αἰγιαλεὺς, οὗ Κυάνιππος. De *Aegialeo* vid. inf. III, 7, 2 et 3.

ſ. 14. *Pheres:* vxor Periclymene, Minyae f. Hygin. f. 14. p. 40. *Pheras* Theſſaliae condidit: cf. Schol. Apollon. I, 49. *Lycurgi* filius *Opheltes:* de cuius morte vid. inf. III, 6, 4. Hygin. f. 74. et Intpp.

ſ. 15. *Admetus*, *Apollinis ſeruitus*, *Alceſtis ab inferis reducta*, notiſſimae fabulae: Narrauerat Pherecydes, vt ex Schol. Eurip. Alceſt. pr. patet. Fuerat plurium tragoediarum argumentum: vt ex Hygin. f. 50. 51. colligas. Omnium nobiliſſima ad nos peruenit, Euripidis Alceſtis. Nobile quoque eſt Admeti dictum ap. Praxillam, φίλει τοὺς ἀγαθοὺς, quod et inter Scolia relatum in Schol.

Ariſtoph. Veſp. 1231. vid. Iacobs ad Scolia in Analectis. Apollo ἐθήτευσε: propter Cyclopes necatos; quam cauſſam, ex Pherecyde repetitam, cf. Fragm. p. 88. inf. III, 10, 4, videbimus: vid. Hygin. f. 49. et not. ad Palaeph. 41. Pro *Alceſtide* Eriboeam Schol. Lycophr. 50. f. memorat: adeo nihil eſt tam vulgatum in fabulis, quod non aliter ornarit poetarum lubido. Ex Alceſtide natus *Eumelus*, qui ad Troiam fuit Il. β, 711. Reliqua nota vel ex Euripidis Alceſtide: quam tamen Apollodorus non ante oculos habuit, itaque nec Θάνατον nec Herculem memorat. Fuit autem et alia fabula Alceſtis Phrynichi. Plures fabulas collegit in vnum locum Eudoc. p. 20. 21.

ſ. 16. De *Iaſone.* Quae ſequuntur, de Pelia, exſcripſit Zenob. IV, 92. Noſtrum ante oculos habuiſſe Pherecydem, certis ſatis ſignis colligo e Schol. Pindar. P. 4, 133. et Schol. Lycophr. 175. quorum verba quoque non valde diſcrepant. De genere Iaſonis v. Mezir. T. II. p. 16 ſq. *Polymede.* Πολυμήλη fuit Heſiodo, ſi ſcriptura vera, apud Schol. Odyſſ. μ, 70. Polyphemen ediderat Herodorus. vid. Schol. Apollon. I, 45. add. ad 230. Atque ex hoc Scholio alterum Scholion ad Odyſſeam corrigere volebat Ruhnkenius Epiſt. crit. p. 105 et Ἡσίοδον mutare in Ἡρόδωρον, quia in Heſiodo Iaſonis mater non memoratur. Ita vero innumera eſſent delenda, quae ex Heſiodeis perditis paſſim memorantur; haud dubie in Eoeis ſeu heroum heroinarumque Catalogo Iaſonis quoque mentio facta erat. Immo vero variatum eſt in matris nomine, vt ſexcenties in aliis. Sic apud Apollonium I, 233. mater Iaſonis eſt Alcimede, quod et Pherecydes nuncupauerat, vt ex Scholiis ad e. l. apparet. Amphinome eſt apud Diodor. IV, 50. Ipſa Alcimede modo Clymenes, ex Minya patre, modo Phylaci filia edita fuit, vt ex eod. Schol. Apollonii diſcimus. Digna res non eſt in qua haereamus, niſi vt vel

hoc exemplo appareat, quantum liceat poetis in his pro lubitu refingendis, et quam lubricum ſit in his criticum arbitrium ferre. cf. Munker. ad Hygin. f. 13. Gale ad h. l. Tandem Tzetza ad Lycophr. 872. Arnen vel Scarphen; idem Chil. VII, 980. Ῥοιὼ matris nomen habet. §. 3. πόθῳ γεωργίας. apud Pindarum a Chirone educatur P. 4, 180 ſq. N. 3, 32 ſq. ἐν τοῖς χωρίοις vid. ſup. ad I, 9, 11. §. 3. — §. 4. ἵν' ἔλθοι κακὸν Μήδεια Πελίᾳ. Conuenit Apollon. IV, 242. vbi prouehuntur Argonautae vento ſecundo βουλῇσιν Ἥρης — ὄφρ' ὤκιστα κακὸν Πελίαο δόμοισιν Αἰαίη Μήδεια Πελασγίδα γαῖαν ἵκηται. et diſertius etiam lib. III, 1134. — ὡς γὰρ τόδε μήδετο Ἥρη, ὄφρα κακὸν Πελίῃ ἱερὴν ἐς Ἰωλκὸν ἵκηται Αἰαίη Μήδεια, λιποῦσά γε πατρίδα γαῖαν. it. Orphic. 1309. Medea autem in Graeciam adducta eſt in perniciem Peliae, qui eius fraude interiit, v. inf. I, 9, 27. Praeiuit Pindar. Pyth. IV, 445. Μήδειαν Πελίαο φόνον. quo tamen loco laboramus. τὴν γὰρ Ἥραν οὐκ ἐτίμα. id iam ſupra vidimus I, 9, 8. f. nunc quoque ſacris eam non aduocauerat Pelias. v. Apollon. I, 14. ἐν Ἄρεος ἄλσει ſup. I, 9, 1. p. 41. §. 6. Ἄργον Φρίξου, *Argum*, Phrixi f. de quo v. Schol. Apollonii II, 1125. confundit Apollodorus cum altero Argo Areſtoris f. vt Burm. Catal. Argonaut. h. v. et Gale ad h. l. monuit. Si modo voces τὸν Φρίξου ab ipſo Apollodoro ſunt, quod dubito. De etymologia vocis *Argo* egit Meziriac. ad Epp. Ovid. T. II. p. 69 ſq. *Athenes* autem conſilium et auctoritas in hac nauigatione fuit ſumma ſecundum omnes ſcriptores: excepto Valerio Fl. I, 305. qui *Saturniam* ſubſtituit; etſi et hanc in *Tritoniam* mutare iuſſit nuper Nodell Obſſ. crit. p. 41. §. 7. Adierat Iaſon Delphos ante iter ſuſceptum. v. Apollon. I, 209. 210. 301. cf. Pindar. P. 4, 337 - 341.

Alienum eſſet a loco et conſilio, ſi *de Argonautarum expeditione* diſputationem interponere vellem, tanquam

de mytho interpretationum varietate ad faſtidium vsque tentato, quandoquidem eam nauigationem et hiſtoriarum, et chronologiae, et geographiae, cardinem voluerunt viri docti conſtituere. Si mythorum omnem rationem perſpectam habeas, a ſimpliciſſima narratione eam profectam eſſe facile credas; Atque ea habetur apud Heſiodum in Theogonia 992 ſq. Pelias Iaſoni, vti Euryſtheus Herculi, labores impoſuit, quos ille exhauſit, ſecumque reportauit filiam Aeetae: *τοὺς (ἄθλους) τελέσας ἐς Ἰωλκὸν ἀφίκετο, πολλὰ μογήσας, ὠκείης ἐπὶ νηὸς ἄγων ἑλικώπιδα κούρην.* — Iam Aeetae ſedes erat Aea, terra ignota, et fabuloſa; iſta aetate erat inter ignota maria Pontus Euxinus. Fuit ſeu commentum ſeu fama, ex Theſſalia nauigationem nouo conatu factam eſſe in Pontum Euxinum; peruentum eſſe in extremum eius ſinum, ibique eſcenſu facto, *ληστείας* more ac lege, absportatam eſſe praedam in Theſſaliam, cumque ea Medeam, cum vellere aureo, quod acceſſit commentum ab cauſſa nunc obſcura nec facile nunc extundenda; niſi ad aurum, quod Phaſis vehit, velleribus, quibus grana in ſabulis latentia adhaererent, conuerri ſolitum referre placuerit. Nauem Argo per ignotum mare actam Planctas praeteruectam eſſe in Vlyſſis erroribus memoratur, Odyſſ. *μ*, 69. *Ἀργὼ — παρ' Αἰήταο πλέουσα*; nihil adiectum de Colchide. Contra vero Aea, ſeu Aeaea inſula, ad Circen in eo carmine eſt translata. Fuit fabulae de Argonautis locus quoque in Eoeis Heſiodeis. At, qui primus ſingulare carmen Argonautica conſtituerit, ignoratur. Nam quod Epimenidi tributum eſſe legimus, haud dubie fuit ſuppoſitum, eodem modo quo Orphicum quod habemus, Orpheo. Opportunitatem videntur Epimenidis nomini ſuppeditaſſe ſacra arcana Medeae, Samothracica ſacra, quibus Argonautae ſunt initiati aliaue ſimilia. Notiora ſunt nomina

aliorum, qui Argonautica ſcripſerant, a Fabricio memorata, de quibus v. diſputantem Groddeck (in *Bibliothek der alten Litteratur und Kunſt.* II. *Stück*). Iam fuit tempus antiquae Graeciae, quo ſubnatum eſt ſtudium, ſeu narrationes ſeu notiones obſcuras de terris incognitis, (in iis iſta aetate extra Graeciam omnis fere erat terrarum orbis) in commenta luſusque poeticos vertendi, mythorumque variorum ſedes in iis fingendi; ita ſubortae narrationes de erroribus Vlyſſis, variis commentis in eum vnum congeſtis; ſic iter Perſei ad Heſperidum hortos; translatum inuentum in Heracleas et in Argonautica. Mirum in modum fallitur, qui in his commentis certum fundum hiſtoricum vel geographicum aut exquirere ſtudet aut ſe reperiſſe, atque hiſtoricam vel geographicam aliquam doctrinam, ſyſtema nos dicimus, inde procudi poſſe, putat. Sunt in vno eodemque carmine laciniae variae et inter ſe diuerſae, nec vllo modo in certum ordinem et nexum redigendae, niſi nouis commentis interpoſitis et aſſutis, et reliquendus eſt ſuus cuique auctori mythus. Famam incertam modo antiquitus acceptam, modo ab aduenis allatam, aliorum commentis alii poetae ingenioſe attexuerunt, vt ex ipſa comparatione apparet; alii maria ignota, alii boreale, alii occidentem Europae et Libyae ignotum, alii auſtralem Africam ſedem fabularum conſtituerunt; alii orientem Aſiae; cuius poſtremi inuenti ſuperſunt veſtigia in Ius erroribus apud Aeſchylum. Variata eſt res maxime in Argonauticis. Haec ſi tenueris, multa videbis relinquenda eſſe ſuis auctoribus. Geographica, quantum fieri potuit, conſtituta ſunt per ſtudia iuuenum, qui anno ſaeculi elapſi LXXXVIII. quaeſtioni hac de re propoſitae in Academia noſtra ſatisfeciſſe viſi ſunt.

§. 8. *Argonautarum* Catalogum contexuit Burman. in Valer. Flacc. In Apollodoro plures ſunt qui partim ve-

nationi Calydoniae, partim inter procos Helenae (III, 10, 8.) mox rebus Troianis interfuere; vnde apparet, temporum rationem parum fequutos effe auctores in nominibus adfcribendis; nec incorruptum aut integrum nos habere recenfum, arguit etiam hoc, quod XLV. tantum numerantur, cum numerus vulgo L. tradatur: Schol. Lycophr. 175. p. 24. Alium recenfum habet Apollon. I, 30 fq. vnde Eudoc. p. 220. Hygin. f. 14. Fuit alius Sophoclis et Aefchyli: v. Schol. Pindari P. 4, 303. Adfcripferat etiam catalogum Gale ad h. l. noftri, etiam Simfon. ad a. 2143. Nos de nominibus non laborabimus, nifi quantum ex critices lege negligere haec non licet. *Minyae* autem noto nomine dicti Argonautae, quia Minyae ex Orchomeno circa Iolcum confederant, feu quia principes inter Argonautas cum Iafone (fiquidem ille ex Clymene, Minyae filia natus fuit) a Minyae filiabus oriundi erant, vt Apollon. I, 229 fq. docet, apud cuius Schol. ftemma editur Minyae, add. Schol. Pindar. Ifthm. I, 79. v. Munk. ad Antonin. Lib. 26. p. 172. Mezir. Tom. II. p. 56. Perizon. ad Aelian. V. H. III, 42. Eft in iis Καινεὺς Κορώνου. *Caeneum* interfuiffe Argonautis tradiderant alii, tefte Schol. Apollonii ad e. l. Eft quoque apud Hygin. f. 14. p. 51. *Caeneus alter, Coroni filius, Gyrtone*, vt haud dubie ibi eft legendum; omnino turbae funt in Caenei nomine toties quoties occurrit: v. Burman. l. c. et Verheyk. ad Antonin. Lib. p. 115. 116. *Coronum*, Lapithas aduerfus Aegimium et Dorienfes ducentem et ab Hercule caefum, infra II, 7, 7. pr. videbimus. Potuiffet fecundum haec Coronus effe pater et nepos. Interea *Caeneus Elati* filius valde nobile nomen eft; viderat eum cum Polyphemo inter fuperioris aetatis heroes Neftor iuuenis Il. α, 264. vbi cf. Schol. eiusque nepos Leonteus, Coroni f. ad Troiam venerat Il. β, 746. De *Palaemone* vid.

Burman. in Catal. *Cepheus* Alei etiam inf. III, 9, 1. pr. *Autolycus* Mercurii f. ex Philonide. vid. Schol. Odyſſ. τ, 432. vere Daedalionis f. vid. Pauſan. VIII, 4. p. 605. Eius filia Anticlea, Vlyſſis mater; vt notum vel ex Odyſſ. λ, 85. cf. Schol. Lycophr. 344. De *Atalanta* Schoenei f. cf. ſup. Not. I, 8, 2. §. 4. *Menoetius* Actoris f. Patrocli pater inf. III, 13, 8. De reliquis ablegamus ad Burman. Catal. *Poeas Thaumaci* f. aliis, *Phylaci:* quod et Apollodoro reſtituere volebat Burman. At varia et hic videntur fuiſſe tradita, nam Steph. in Θαυμακία: vrbs Magneſiae ἀπὸ Θαυμάκου, τοῦ Ποίαντος πατρός. *Butes* Teleontis in Orphicis v. 138. eſt Αἰνειάδης. leg. Αἰγείδης. a tribu Athen. nam fuit Athenienſis vt iam monui ad Virgil. Aen. I, 157. *Phanus* apud neminem alium occurrit, vt nec *Staphylus.* Si tamen Argonautarum catalogum inſpexeris, in promtu erit Φλίας Dionyſi f. vid. Apollon. I, 115. vbi cf. Brunk. Orphica 192. *Staphylus* ex Ariadne. vid. Schol. Apollon. III, 996. vbi alii quoque Dionyſi liberi memorantur. De eo plura congeſſit Hemſterh. ad Ariſtophanis Plutum pag. 371 ſqq. vbi idem iam emendauit Φλίας. *Augeas* Ἡλίου. Gale monet rectius ſcribi Ἠλείου ex Pauſan. V, 2. p. 377. At in Solis ſtirpe ſibi conſtat Apollod. II, 5, 5. et conſentit cum Apollon. I, 172. et aliis. *Iphiclus Theſtii.* vid. ſup. I, 7, 10. Alter *Iphiclus Phylaci*, quem Apollon. I, 45. annumerat, non memoratur: eundem omiſerant Heſiodus et Pherecydes; quod docet Schol. ad e. l. quo ipſo apparet, noſtrum Apollodorum antiquiores, quos deſideramus, auctores redhibere. De *Argo Phrixi* dictum paullo ante ad §. 6. *Euryalus* Meciſtei: idem qui ſup. ſ. 13. memoratus. *Peneleus Hippalmi:* ſoli Apollodoro notus, cum eo, qui ſequitur, *Leito Alectoris.* Iam Hippalcmus vel Hippalcimus eſt inter Pelopis liberos vid. Schol. Pindar. Ol. 1, 144. cf. Munker. ad Hygin. f. 14.

p. 50. f. 84 et 97. p. 180. Alter Hippalcimus eſt Itoni f. Boeoti nepos; atque is *Peneleum*, frater autem Electryon *Leitum* procreaſſe fertur apud Diodor. IV, 67. f. probabile adeo ſit vel maxime, emendandum eſſe, quod Weſſeling. quoque ad e. l. ſubſtituere voluit, Πηνέλεως Ἱππαλκίμου, Λήϊτος Ἠλεκτρύονος vel Ἀλεκτρύονος. Infra III, 10, 8. tamen Πηνέλεως Λήϊτου eſt inter procos Helenae.

ſ. 17. *De hoc appulſu Lemni*, de *Lemniis mulieribus* et *Hypſipyles* pietate in parentem vid. Apollon. I, 609 ſq. ibique Schol. Orph. 469 ſq. item Schol. Il. η, 467. quem exſcripſit Apoſtol. Cent. XI, 98. Alia congeſſit Mezir. ad Epp. Ovid. Tom. II. p. 19. 39. 67. 114. 123. De δυςοσμία adde Antig. Caryſt. 130. vbi cauſſa a veneficio Medeae repetitur; de ſeruato patre v. Epigr. Cyzic. 10. Varietatem fabularum peperere inprimis tragoediae: Hypſipyle Aeſchyli, alia Euripidis et Sophoclis Lemniae; ni fallor; at Aeſchyli Λήμνιοι ad Philocteten ſpectabant.

ſ. 18. *Appulſus ad oram Dolionum.* vid. Apollon. I, 936 ſq. quem noſter fere ſequitur in hoc capite. Orphic. 497 ſq. Hygin. f. 16.

ſ. 19. De acceſſu *ad Myſiam* v. praeter Orphica 627 ſq. Apollon. I, 1177 ſq. De *Hyla* ibid. v. 1207 ſq. et ad e. v. Schol. (quem exſcripſit Eudocia p. 409.) Theocrit. Id. 13. et Schol. Propert. I, 20. e quibus locis apparet, fabulam multis modis a poetis eſſe tractatam. add. Burman. et de parentibus Hylae Munker. ad Anton. Lib. 26. et Sturz. ad Hellanic. fragm. p. 111. *Theodamas* in Dryopum terra Herculi obuius factus inf. II, 7, 7. *Cium* Myſiae a Polyphemo Elati f. conditam ſimili modo tradit Apollon. I, 1321 et IV, 1470. cum Schol. (e quo Eudoc. p. 341). Alii aliter: vid. ad Hygin. f. 14. p. 52. Verius vrbs a Cio fl. dicta. A Cio, qui Mileſios colonos eo adduxerat, nomen impoſitum tradiderat Ariſtoteles ἐν Κιανῶν πολιτείᾳ

apud Schol. Apollon. I, 1177. Serius eadem Prufias dicta. v. Steph. Byz. in Προῦσα et Holften. ad e. l. cum Valef. Emendatt. II, 2. — §. 5. Ἡρόδωρος. Ita refcribere nemo dubitet pro Ἡρόδοτος, quod vbique legitur. Idem lapfus, inf. III, 5, 6. et fere, quoties nomen illud laudatur, occurrit, vt apud Schol. Theocr. 13, 9 et 56. Schol. Lycophr. 522. 662. in Tatiano f. 45. p. 99. Herodotus quidem Herculis Argonautis accenfi meminit, lib. VII, 193. fed Pherecydeam narrationem ille fequitur; de Herodoro tamen dubitare nos non finit Schol. Apollonii I, 1290. qui fere eadem, quae hic leguntur, iisdem auctoribus tradit. De *Herodoro*, *Pherecyde*, *Demarato*, *Dionyfio*, fcriptoribus v. Indicem. Omnino non (οὐδὲ τὴν ἀρχὴν) cum Argonautis nauigaffe Herculem, duplici modo traditum erat: ab aliis, quibus Pherecydes praeiuerat, fic, vt in ipfo oftio finus Pagafaei ad Aphetas exponeretur, ab aliis, vt nauem nunquam confcendiffe, fed illo tempore Lydiam adiiffe diceretur: cf. inf. II, 6, 3. vbi Herodorum fequitur Apollodorus. Inprimis confulendus Schol. Apollon. l. c. et ad I, 1168. Ad *Pherecydis* narrationem proxime accedebat Antimachus in Lyde (de qua confule Valkenar. a Euripid. Phoen. pag. 606. et difertiora in Schellenberg, qui Fragmenta collegit), et ipfe Hefiodus ἐν Κήυκος γάμῳ, quae forte et ipfa pars fuit τῶν Καταλόγων. At cum Herodoro fere confenferat Ephorus. vid. Schol. Apollon. l. c. Diuerfum ab his eft, quod Theocrit. 13. f. habet: Herculem peditem a Myfia perrexiffe ad Colchos: in quo cum Demarato ei ex parte conueniffe videtur; etiam cum Nicandro in ἑτεροιουμένων δ', e quo fimilia recitat Antonin. l. c. p. 176.

f. 20. De *Amyco* nota omnia vel ex Apollon. II. pr. Orph. 657. Theocr. Id. 22. Valer. Fl. IV. pr. Ceterum *Amycum*, alii caefum, alii vinctum tradidere. v. Schol.

ad Apollon. II, 98. Hoc poſterius ſequutus eſt auctor anaglyphi operis, de quo alio loco diſputauimus. (*Antiquariſche Auſſ.* I. St. p. 48 ſq.) *τῶν δὲ Βεβρύκων ὁρμησάντων πρὸς αὐτὸν* ſc. *ἐπὶ τὸν Πολυδεύκην*, vt Amyci necem vlciſcerentur. v. Apollon. II, 98 ſq. vbi v. 118. legebam: *καὶ τότ᾽ ἄρ᾽ Ἀγκαῖος — αἶψα μάλ᾽, ἀντεταγὼν πέλεκυν μέγαν, ἠδὲ κελαινὸν ἄρκτου προσχόμενος σκαιῇ δέρος, ἔνθορε.* Eſt *ἀντεταγὼν* quod *ἀνατείνων.*

ſ. 21. De *Phineo* fabulae miris modis variatae extant: quia et in Argonauticis et in Heracliis eae tractatae, mox et in fabulas Atticas per Cleopatram vxorem inductae, et in ſcenam productae fuere. Ita fuit Aeſchyli, tum Sophoclis Phineus I. et II.: ad cuius forte ductum narrata res inf. III, 15, 3. vbi vid. not. Omnino adeundus Apollon. II, 178. et Schol. ad v. 178. 181. (vnde Eudoc. p. 414) et ad I, 211. Diodor. IV, 43. 44. porro Soph. Antig. 980 ſq. vbi vid. Schol. cf. Burman. Catal. Argonaut. in Calais. Breuiter de Phineo narratur in Orphic. 665. — §. 1. Fuit autem *Salmydeſſus* in Thracia Europae, ſub ingreſſum ponti Euxini a ſiniſtra; etſi cum nauigatione Argonautarum non ſatis conuenit; quippe qui ab ea prouecti ad Cyaneas perueniunt. vid. Apollon. II, 177. et ibi Schol. cf. ad Hygin. f. 19. §. 2. *οἱ μὲν τὸν Ἀγήνορος.* ita Hellanicus tradiderat. vid. Schol. l. c. vbi et aliae cauſſae Phinei excaecati exponuntur. *οἱ μὲν ὑπὸ θεῶν.* ita fere Apollon. II, 180. et Hygin. f. 19. *οἱ δὲ ὑπὸ Βορέου.* Ex Diodor. IV, 44. et Orph. 672. calidioris ingenii criticus inferat forte *ὑπὸ Βορεαδῶν.* verum diuerſae fuere narrantium ſectae: *ὑπὸ Βορέου τυφλωθῆναι* alii apud ipſum Diodor. l. c. narrauerant, et ſic noſter iterum III, 15, 3. — *πεισθεὶς μητρυιᾷ.* Idaea nomen inf. eod. loco et legitima coniux, Cleopatra. ibid. vbi et de nominibus filiorum videndum. *τοὺς ἰδίους ἐτύφλωσε παῖδας.* v. ibid. Hoc

Sophocles ſequutus erat in Phineo. Nec aliter in Antigone l. c. *τινὲς δὲ ὑπὸ Ποσειδῶνος, ὅτι τῆς Φ.* Haec Heſiodi fuit narratio *ἐν ταῖς Ἠοίαις.* Schol. Apollon. II, 181. *πεπηρῶσθαι δὲ Φινέα φησὶν Ἡσίοδος ἐν μεγάλαις Ἠοίαις, ὅτι Φρίξῳ τὴν ὁδὸν ἐμήνυσεν.* Putes hoc factum eſſe a Neptuno, qui Ino et Melicertae ſtudebat, eoque Phrixum perdere volens iraſcebatur Phineo, quod ei effugiendi viam monſtrauerat. In noſtro tamen Phinei monitum diſerte ad reditum Phrixi e Colchide in Graeciam refertur. Scilicet, cum Athamantis res in ſcenam adductae eſſent, (vid. ſup. ad I, 9, 1. et 2.) de reditu ſeu Phrixi ſeu eius filiorum varia extitere commenta; in his ira Neptuni nec minus locum habuit, quod Phineus iter in Graeciam redeuntibus declarauerat. Firmant iudicium alia ap. Pauſan. IX, 34. p. 779 narrata. Idem Heſiodus abreptum in ſeptentrionales plagas ab Harpyis ipſum Phineum ediderat: vt docet Strabo VII, p. 463. C. *τὸν Ἡσίοδον δὲ, ἐν τῇ καλουμένῃ Γῆς περιόδῳ, τὸν Φινέα ὑπὸ τῶν Ἀρπυιῶν ἄγεσθαι „Γλακτοφάγων εἰς αἶαν ἀπήναις οἰκί᾽ ἐχόντων.„* quod forte non ita accipiendum ac ſi Heſiodus tale carmen ſcripſerit, ſed ſeruatum illum Heſiodi verſum Strabo meminerat in alio opere ſic inſcripto, v. c. Eudoxi. Ceterum Heſiodeam narrationem habemus adhuc in Orphicis v. 675. 6. 7. quae hinc illuſtranda. *αὐτὰρ ἐπιζαμενὴς Βορέης, στροφάδεσσιν ἀέλλαις ἁρπάξας, ἐκύλινδεν ὑπὸ δρυμὰ πυκνὰ καὶ ὕλας Βιστονίης, ἵνα κῆρ᾽ ὀλοὴν καὶ πότμον ἐπίσπῃ.* §. 3. *πτερωταὶ δὲ ἦσαν αὗται.* Eſt haec Harpyiarum forma vulgo tradita, de qua locus claſſicus eſt Virgilii Aen. III, 216 ſq. vbi *monſtra alata* ſunt, *virginei vultus, vncaeque manus et pallida ſemper ora fame. Alatas* autem eas non primus Aeſchylus, ſed dudum ante eum *Heſiodus* edidit noto loco Theog. 267 ſq. a me excitato: *αἵ ῥ᾽ ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ᾽ ἕπονται ὠκείῃς πτερύγεσσι. μεταχθό-*

νιαι γὰρ ἴαλλον. *Sublimes supra terram in aere feruntur.* Putidum esset dicere, alas hic non esse alas. Aeschyli autem locus Eumen. 51. hoc ipsum firmat, *iam tum vulgatum ac sollemne hoc fuisse, vt Harpyiae alatae esse* crederentur; nam Pythia Eumenides a se visas nec sibi notas cum Gorgonibus et Harpyis comparans, hoc discrimen ipsa obseruat, quod ista monstra non sint alata, quod esse necesse foret, si Harpyiae essent: εἶδόν ποτ' ἤδη Φινέως γεγραμμένας δεῖπνον φερούσας. ἄπτεροί γε μὴν ἰδεῖν αὗται. Dicit sane, se vidisse eas *pictas*, nam veras videre non potuit. Apud Homerum est Podarge, quam dixi *monstri similem* ab eo exhibitam esse: scilicet Il. π, 150. 1. illa est βοσκομένη λειμῶνι παρὰ ῥόον Ὠκεανοῖο. igitur illa *inter armenta pascitur, ex eaque equi partu editi* narrantur: quae an *virginem Harpyiam pulcram* declarent, videat, qui haec asserit. At Hesiodus ἠυκόμους Ἁρπυίας dixit? dixit sane; quid tamen inde? plura memorantur monstra a poetis *puellari facie;* fingit et ars et poesis *monstra pulchro ore.* Scyllam quis non meminit, quae Virgilio est *pulchro pectore virgo tenus* Aen. III, 426. Iam videant alii, an illiberalibus cauillationibus in his olim a me traditis locus vllus sit? equidem verbum non addam. Lacones τοῖς Χίοις ἐφιᾶσιν ἀσελγαίνειν. ὀσμῆς ἀνάπλεα. intell. grauem odorem, μυσαρὰν ὀσμήν. μυδαλέην ὀδμὴν dixit Apollon. II, 191. 229. et v. 272. δυσάσχετον. §. 7. ἐστράφη γὰρ, ipsa Harpyia, conuertit se a volatu et in littore in terram se demisit, cum altero filiorum Boreae, qui et ipse volatu fessus in terra consedit, πίπτει σὺν τῷ διώκοντι. Vnde haec omnia petierit Apollodorus, non reperio. Communius est, Strophades dictas, quod inde reuersi sunt Zetes et Calais, nec vlterius perrexere: et sic Apollon. II, 295. 6. At apud Schol. ad e. l. alii, in quibus Hesiodus fuit, nomen inde duxere, quod Boreae filii conuersi

ad Iouem Aenesium, cuius ara in promontorio Cephalleniae erat, (v. Strab. X, p. 700. B.) supplicarunt, vt cursu tandem assequi Harpyias liceret. §. 8. Ἀπολλώνιος δὲ, lib. II, 284 sq. cui, secundum Schol. ad v. 296. similia tradiderant Hesiodus et Antimachus; proxime ad eos Asclepiades, vt colligas ex Schol. Odyss. μ, 70. item Hyginus fab. 19. admixtis tamen aliis. δούσας ὅρκον sc. Iridi. Res varie narrata. Hesiodus cum aliis Mercurium substituerat: Schol. Apollonii ad II, 286. 297. Valerius Fl. IV, 515 sq. patrem Harpyiarum Typhonem interponit. Ita tandem teneamus velim hoc: quo maior sit narrationis diuersitas, eo maiorem fuisse poetarum numerum, qui rem varie tractarant et ornarant; non vero ad fidem historicam Graecorum scriptorum haec esse trahenda. Harpyiarum autem nomen ab initio vehementem procellam ventorum declarasse, nemo nunc dubitet. vid. ad Virgil. Aen. III. Exc. VII.

f. 22. *Symplegades:* eaedem *Cyaneae* petrae, *Planctae. Syndromades.* Argonauticorum scriptorum fabulis celebratae duae cautes sub ingressum Ponti Euxini, situ sub nauigationis per illud mare initia incerto habito, ita vt errare per mare viderentur. Vide de iis quos laudat van Stav. ad Hygin. f. 19 et 21. pr. et Gale ad h. l. Lennep. ad Phalar. p. 51. Sed satis est inspexisse Apollon. II, 317 sq. 551. 608. quem noster sequitur. Princeps locus est, Odyss. μ, 61 sq. vbi Planctae in mari fabuloso quod Vlysses pererrat. §. 5. συλλαβομένης Ἥρας. Sic quoque Odyss. μ, 72. apud Apollon. II, 600, Minerua est, quae nauem manu impellit. τὰ ἄκρα τῶν ἀφλάστων. apud Apollon. l. c. ἀφλάστοιο ἄκρα κόρυμβα sunt: Schol. τὰ ἀκροστόλια interpretatur (meliora dat aliud Scholion ad I, 1089). Similiter ap. Homer. Il. ι, 241. vbi νηῶν ἀποκόψαι ἄκρα κόρυμβα Hector minatur, Schol. ἀκροστόλια

esse ait: perperam vterque, quantum video: nam τὰ ἀκροστόλια proprie sunt ornamenta: ita captarum nauium, antequam eae incendebantur, τὰ ἀκροστόλια tollebant, iisque naues victrices ornabant: Diod. XVIII, 75. XX, 87. et 52. eadem diis dedicabant. v. Plutarch. T. I. p. 119. vbi παράσημα sunt, quae et ipsa in prora locum habent; eodem more, quo Romani rostra pro victoriae insignibus ponebant. Contra vero τὸ ἄφλαστον, *aplustre*, est puppis insigne, ad pinnarum instar, saepe in numis et aliis in monumentis obuium. Apud Homer. l. c. naues in littore stabant, eoque puppibus in terram conuersis. cf. ad Il. o, 717. Multo magis manifesta res est in nauis Argus fortuna. De fato Symplegadam, vt si nauis traiiceret, illae starent, nihil memoratum in Odyssea, vbi serius Vlysses eas transuehitur.

s. 23. *Aduentus ad Lycum, Mariandynorum regem.* vid. Apollon. II, 725 sq. 754 sq. De *Lyco* hoc cf. inf. II, 5, 9. p. 129. De *Idmonis* morte vid. Apollon. l. c. II, 817 sq. add. Schol. I, 139. (ex eo Eudoc. p. 237. inde emendanda) de morte *Tiphyis* v. 856. cf. Mezir. T. II. p. 60. de *Ancaeo* v. 867 sq. Nec satis diligens Apollodorus in hoc Ancaeo. Nam is, qui nauem regere suscepit, fuit alter Ancaeus, Neptuni et Astypalaeae f. v. Apollon. l. c. diuersus ab altero, Lycurgi f. quem cum eo confundi iam Burman. in Catal. docuit. Porro eundem Ancaeum, Lycurgi f., cum noster in venatione Calydonii apri caesum narrauisset I, 8, 2. mox iterum inter Argonautas retulit, I, 9, 16. Caeterum ex h. l. sua petiit Schol. Lycophr. 890. nec minus perturbate. Viros supra memoratos, qui in nauigatione interiere, attigit quoque Seneca in Medea, loco pro supposito habito; ait chorus expiasse nauigationis crimen morte sua Argonautas: Tiphyn, Orphea, Alciden, Hylam, Idmonem, Mopsum; reliqua ad

ornatum pertinent. v. 618. *indoctus magister*, cui reliquit Tiphys regimen nauis, est Ancaeus; mox v. 622. *amissus rex* est Tiphys, Boeotus: cuius recordatione, quod ille in nauigatione Argonautarum periit, Aulis quasi cupit retinere Achiuorum classem ad Troiam properantem.

§. 2. *Peruentum tandem in Colchidem.* Post Thermodontem et Amazonum sedes prospiciunt *Caucasum*, sed valde longinquis finibus: cf. Apollon. II, 1250 sq. De §. 3. *Phaside* loca collegit Mezir. T. II. p, 93 sq. §. 4. δῶρον Ἡφαίστου, propter aes puta, e quo pedes confectos habebant, cum χαλκόποδες essent, id quod antiquo loquendi more robur pedum designabat; in mythis tamen repetendis poetae tanquam proprie dictum adhibuere. Erant adeo tauri Ἡφαιστότευκτοι vid. not. sup. ad I, 4, 3. extr. Erant iidem πῦρ πνέοντες, seu πυρπνόοι, vt iam Antimachus eos dixerat. vid. Schol. Pindar. P. 4, 398. Schol. Lycophr. 175. p. 24, a. qui h. l. ante oculos habuit. §. 5. εἶχε γὰρ λαβὼν παρ' Ἀθηνᾶς, τοὺς ἡμίσεις. habet hoc ex Pherecyde. v. Apollon. III, 1175 sq. et Schol. ad v. 1178. cf. inf. III, 4, 1. — §. 6. *Medea* Aeetae et *Idyiae* filia (v. Apollon. III, 242. 3. et Schol. Hesiod. Θ. 957. 9. cf. ad Hygin. f. 25. et v. Stav. p. 15. tot narrationibus infamis, partim eorum, qui Argonautica conscripserant, partim Tragicorum ingeniis pleraque cumulantibus; verum de ea nuper docte admodum commentari coepit Böttiger. Erat Martis lucus sup. I, 9, 1. §. 6. I, 9, 16. §. 5. pr. cf. Obss. ad ea l. Apollon. IV, 112 sq. et III, 409. 914. 1269. et Schol. ad II, 406. *Absyrtus.* Ita plerique nomen edunt. v. Hygin. f. 23. at Aegialeus ap. Diodor. IV, 45. vbi v. Wessel.

§. 24. *Reditus Argonautarum.* De hoc magna narrationis diuersitas, nata ex studio poetarum eandem rem nouis modis ornandi. Locum dabat ignoratio geographiae. Vt post Gesnerum paucis argumentum obscurum

illuſtremus: Herodorus eadem via rediiſſe dixerat; nec aliter Sophocles ἐν Σκύθαις et Callimachus tradiderant. Hecataeus ex Phaſide in Oceanum, inde in Nilum, ex hoc in patriam nauigaſſe; ſcilicet orientem circumuectos; eadem ſequutus eſt Pindarus P. 4, 34 ſq. 447. et cum eo Heſiodus et Antimachus in Lyde, niſi quod non per Nilum, ſed nauigio trans Libyam humeris portato per Tritonidem paludem, quam confudiſſe videntur cum freto Gaditano, mare mediterraneum intraſſe narrauerant; contra Herodotus IV, 179. famam memorat de Iaſone Maleas naue circumuecto aquilonibus in Libyam acto et paludem Tritonidem ingreſſo, vnde, tripodem donum pactus, Triton eum reduxit. Alii nauigatione verſus ſeptentrionem facta, occidente Europae circumacto, mare mediterraneum ingreſſos rediiſſe. Tanain ſic fabulantur ingreſſam nauem, aduerſo amne remis actam, donec alio flumine in oceanum deueniret; vt Timaeus cum aliis ſcriptoribus ap. Diodor. IV, 56. Scymnus Chius ap. Schol. Apollon. et Orphica, niſi quod in his 1038 ſq. retro Phaſin emenſi heroes alterius fluuii Sarangae oſtia ingreſſi in paludem Maeotidem, et ex hac in Oceanum Cronium deferuntur. Tandem frequentata maxime narratio obtinuit, Argonautas Pontum Euxinum emenſos Iſtrum intraſſe; verum et hinc in diuerſas partes rapti ſunt; ſecundum alios amne aduerſo in extrema Celtices et hinc in Oceanum peruenerunt; aliorum fide altero Iſtri brachio in mare Adriaticum fuere delati; at alii reiectos inde in Eridanum narrauerant. Hoc poſt Timagetum ſequuntur Apollonius et Apollodorus. cf. Schol. alterius IV, 259. 284. vbi altero loco male Hecataeus pro Herodoro laudatur. Deduxit homines ad mirum hoc figmentum, quod mireris a Scymno Chio p. 45 et in Ariſtot. Mir. Narrat. cap. 112. repeti, nomen Iſtri, quo

Danubius designatus est, idemque Istriae Istrorumque ad mare Adriaticum, cum aliis lusibus in locorum nominibus; nec sibi tantum operae res poscebat, quantum ad errorem refellendum adhibuit Comes *Carli (della Spedizione degli Argonauti).* Apertum est, inanem operam eum esse nauaturum, qui tam diuersa diuersorum hominum et temporum narrata in σύστημα aliquod redigere, pro fundo antiquioris geographiae constituere et magisterium in ea exercere velit. Praestat de singulis monere, quantum quidem notitiae de iis suppetit; atque hoc docta cum industria aliquot annos post lineas has a me in priore editione ductas peregit et de his geographicis ἀγνοίαις et commentis praeclare egit desideratiss. Schönemann in Commentatione de geographia Argonauticorum praemio ornata a. LXXXVIII. Diodor. IV, 47 sq. narrationem pragmaticam praue instituens, Dionysium Milesium auctorem habuit: qui per Bosporum et Hellespontum delatos Argonautas Troiam cum Hercule expugnasse narrauerat. Contra noster in plerisque Apollonium, in nonnullis Herodorum sequitur. τὸν ἀδελφὸν φονεύει. Aeetam insequentem Apollonius non habet: quem de caede Absyrti vide IV, 338 sq. 412. 460 sq. At sequitur noster Pherecydem, vt ex Schol. Apollon. IV, 228 et ad 223 colligo. Aliter alii. v. ap. Schol. Eurip. Med. 169. — §. 4. τὸν Ἠριδανὸν ἤδη παραπλέουσι. non ingressis Padum, sed ostia praeteruectis. Etiam Schol. Lycophr. 175. ita legit. Caede Absyrti facta (Apollon. IV, 506.) Argonautae ad insulam Electridem in ostiis Eridani feruntur. μηνίσας Ζεὺς, vid. Apollon. IV, 556 sq. Eridanum hinc amne aduerso euectos in Rhodanum eos peruenisse narratum est; e quo in mare Sardonium egressi praeternauigant Galliae et Liguriae oram, donec ad insulam Circaeam perueniunt ad Latii seu Ausonum littus sitam. Ex his illustranda sunt.

quae ſequuntur. *εἰς τὴν Αὐσονίαν* pro inſula prope littus Auſonum, ſeu Latinorum. De luſtratione per *Circen* v. Apollon. IV, 659 ſq. Ex antiqua voce *αἶα*, h. *γαῖα*, fictum videtur nomen vrbis in Colchide; hinc *Αἰαῖος* pro Colchicus, et Circe Aeaea, et inprimis eius inſula *Αἰαῖα*. Hinc Aeetes, nomen regis; etſi apud Strabon. I, p. 77 (45) nomen inter Colchos vſitatum id eſſe memoratur.

ſ. 25. *Sirenes* praeternauigant Argonautae v. Apollon. IV, 981 ſq. obtudit earum vocem ſuo cantu Orpheus, continuitque heroes, ne propius accederent, v. 904 ſq. cf. Orphica 1268 ſq. De *Bute* Apollon. ibid. 912 ſq. ex eo Venus Erycem peperit, a quo mons Eryx in Sicilia appellatus. Hygin. f. 260. cf. Aen. V, Exc. II. §. 2. *Charybdis*. Apollon. ibid. v. 912 ſq. et de *Planctis* v. 924 ſq. de quibus Orphica nil memorant. Nunc Argonautae in mari infero verſantur, vbi Planctae fabuloſae diuerſae ab alteris in Ponto Euxino ortum habuiſſe videntur ex inſulis Vulcaniis, in medio mari ſitis, in quibus Hiera et Strongyle fumum emittunt cum ignibus. v. Schol. ad Apollon. IV, 761. et 786. Sunt eae ex Vlyſſis erroribus notae: Odyſſ. *μ*, 61 ſq. vnde patet iam ante in fabulis Cretenſium de Ioue puero, cui ambroſiam columbae afferebant, Planctarum commemorationem fuiſſe. (Et ſane in verſibus Moerus Byzantinae apud Athen. XI, p. 491. columbae *ἀμβροσίην φορέουσαι ἀπ᾽ ὠκεανοῖο ῥοάων*.) Etiam ibi v. 68. ſola Argo incolumis curſu inter vtramque facto eas traieciſſe dicitur. Planctas §. 2. noſter memorat poſt Charybdin et Scyllam; In Odyſſea ad iſtas defertur Vlyſſes antequam ad Scyllam et Charybdin in freto Siculo ſitas accederet; Odyſſ. *μ*, 56 ſq. vbi res ita conſtituitur: eſſe nauigationem in illo maris tractu, in medio inter Planctas ab vna (verſus meridiem), et Scyllam Charybdinque ab

altera parte (boreali) faciendam. Regit nauem Vlyſſes propius ad hanc alteram, v. 201. 219. Contrarium ſequitur Apollonius, apud quem Argo auſtralem curſum tenet et inter Planctas a Nereidibus deducitur. IV, 920 ſq. Thetis nauem manu leuat: Apollon. IV, 930. a Iunone exorata; v. 783 ſq. 812 ſq.

§. 3. *Solis armenta in inſula Thrinacia.* Inſula fabuloſa, nata vt videtur, partim ex nautarum, qui mare, illa aetate ignotum, ab occidente Peloponneſi, et antiquitus pro oceano habitum adierant, narrationibus, partim ex mytho vetere, quem ſuſpicari licet habitum eſſe, nec illepidum, de anno lunari 350. dierum, quos, vt armenta, Solis paſci finxerat aliquis; ea nunquam deficere, ſemper iterum refici; quandoquidem dierum numerus ſingulis annis manet idem; cur numerus ſeptenus, isque duplicatus placuerit, equidem haud dicam; iis appoſitae quae paſcerent Nymphae Solis filiae; ſedes autem aſſignata inſula in mari illo tempore adhuc parum noto verſus occidentem. Ornatus mytho quaeſitus ex armentis, quae multis in locis diis ἐγχωρίοις conſecrata et intacta libere vagabantur, ἀνειμένα. Hariolatio haec eſt, quis neget? Non omnia in mythis ſimilibus inter ſe conuenire, et probabilibus adiungi aliena et obſcura, quis neſcit? quis miretur in rudi antiquitate? conuenit eius indoli et mori mutationes rerum et temporum viciſſitudines ſymbolice declarari: ita ſunt Mythi de Sole, Luna, Ventis, Procellis, de Aeolo, de Iano. Iam Homerus Vlyſſis errores ita conſtituit, vt, poſtquam Scyllam et Charybdin effugerat, freto Siculo traiecto, ad hanc *inſulam Solis* ille perueniat. Fabuloſis his poteſt videri pro fundo eſſe obſcura fama, a nautis accepta, aut de inſula parua olim ſuper Catanam ſita, ſed Aetnae incendiis et tremoribus ſubmerſa, aut de littore Siciliae orientali, inter Catanam et Meſſa-

nam, illo tempore parum frequentato, vt, quam late pateret, ignoraretur. Verbo nihil eſt a certa ratione et notitia profectum. Sane Trinacia et Thrinacia vetus Siciliae nomen incertae originis habitum eſt; mox et Trinacria factum. Seriores armenta Solis *ad Mylas* in occidentali littore collocarunt, propter ſummam agrorum fertilitatem. v. Cluver. Sicil. II, 5. p. 307. Dorvill. Sicula p. 28. Multo magis ingenio indulſere, qui Thrinaciam in Ortygia quaeſiuere, vt Martorellus, *I Fenici primi Abitatori di Napoli* p. 127 ſq. Apud Apollon. IV, 961 ſq. Argonautae, qui Planctas ipſi incolumes traiecerant, praeteruehuntur Thrinaciam, altero die ad Corcyram perueniunt v. 992 ſq. Verum vt iam dictum eſt, de hoc mythorum genere aliquid conſtituere velle tanquam certum et exploratum, temerarium eſſet. Haec teneri par erat ab iis, qui valde ſagaces ſibi eſſe videntur in iis refellendis, quae, coniecturae loco ex antiquitatis ſenſu petitae, propoſita ſunt; etſi nec refellentibus iraſci velim, probabiliora autem aſſerentibus magnam gratiam habeam. §. 4. Ad ſeqq. cf. Schol. Apollon. IV, 1002. et ipſum poetam e. l. cum Schol. Lycophr. 175. *Ceraunüs montibus* adhaeſiſſe Colchos docet Apollon. IV, 520. οἱ δ' ἐν ὄρεσσιν ἐνναίουσιν, ἅπερ γε Κεραύνια κικλήσκονται. Nec aliter legit Schol. Lycophr. l. c. At enim de ſitu horum montium ſi quaeras, difficultas exoritur. Si de noto Epiri promontorio accipis, extra reliqui curſus fines illud nunc commemoratur; multo magis, ſi Apollon. l. c. inſpexeris, vbi ex continente in inſulam obiectam migraſſe narrantur coloni, continenti graui terrae motu inter fulmina et procellas vaſtato. Atqui ad Ceraunios montes Epiri nulla adiacet inſula. Scilicet fuere in Illyrico Ceraunii, etiam Plinio et Ptolemaeo commemorati; Illyrico autem oppoſitae ſunt inſulae numero plures. Ex his lux Apollonio:

οἱ δ' ἐν ὄρεσσιν ἐνναίουσιν, ἅπερ τε Κεραύνια κικλήσκονται ἔκτοθεν, ἐξότε τούς γε Διὸς Κρονίδαο κεραυνοὶ νῆσον ἐς ἀντιπέραιαν ἀπέτραπον ὁρμηθῆναι. (h. ἔτραπον ὁρμηθῆναι ἐς νῆσον ἀπὸ τῶν ὄρεων. — Apud Apollonium alios retinent insulae Apsyrtides dictae, quae Illyrico oppositae sunt, alii considunt in continenti, inter Encheleas, apud quos Cadmum vixisse inf. III, 5, 4. videbimus, alii in Cerauniis montibus, vt paullo ante dictum. §. 5. Medeam repetunt ab Alcinoo Colchi v. Apollon. IV, 1001 sq. Orphic. 1297 sq. Hygin. f. 23. Colchos in Corcyra consedisse, etiam Apollon. auctor est l. c. 1209.

f. 26. De *Anaphe* vna ex Sporadibus, (prope Theram, et ipsam e mari natam,) et appulsu ad eam v. Apollon. IV, 1706. sed ibi ille post discessum e Creta factus narratur, etiam in Orphic. 1350. loco emendato a Ruhnken. Epist. crit. p. 273. 274. Vide porro Conon. 49.. Meminit Eustath. p. 1893, 7. — §. 2. Μελαντίους autem, quod nec Galeum fugit, Apollon. suppeditat IV, 1706 sq. erant duo scopuli in mari haud longe a Thera; a Melante aliquo appellati, vt ibi Schol. add. Hesych. h. v. memorat quoque eas Strabo XIV. p. 943. D. Latent adhuc in vitiosa lectione Orphic. Argonaut. 1352. σκοπέλοισι μαλαινείοισιν leg. Μελαντείοισιν. §. 3. Sacrum insolentis moris: cuius tamen generis fuere alia quoque inter iocos et conuitia agitata, in quibus ipsa Dionysia per pagos acta, ex rudiorum hominum immodice laetantium licentia orta. Similem morem in Thesmophoriis notatum vidimus sup. I, 5, 1. vbi Obss. p. 26. Aliud eiusmodi sacrum apud Aeginetas memorat Herodot. V, 83. Aliud est ludicrum apud Callimach. in Del. 321. ἔσκωπτον μετὰ παιγνίας, quia ad sacrum pro facultatibus nihil suppetebat praeterquam torres, quibus aquam infundebant; Apollon. v. 1719. Duodecim seruae inter munera hospitalia, τὰ ξενήια, ab

Areta Medeae datae: ibid. 1221. 1722. §.4. ὑπὸ Τάλω. v. Apollon. v. 1637-88. Paucis attigit rem auctor Orphic. Argonaut. 1348. χάλκειον τριγίγαντα δοκεύμενοι, ὄφρ' ἱκόμεσθα, obferuantes cum adueniebamus. Vbi χαλκεῖον τριγίγαντα appellat, quem fpeculabantur Argonautae, donec adire potuere infulam, nam ille οὐκ εἴα αὐτοὺς ἱκέσθαι οἱ, ἔντοσθεν λιμένων. Sic accipiendus verfus, οἱ, πρὸς ἓ, πρὸς αὐτόν. Habemus in hoc Talo exemplum fabulae ex remota antiquitate, plebeculae lufibus vulgatae; cuius generis fabulae mature reiecit politior aetas et poetarum elegantior fenfus. Firmant tamen id, quod aliquoties monui, antiquitati omnino remotiori affignandos effe mythos eos, qui minus probabiles funt; alios expolitione emendatos quidem, fed et interpolatos et obfcuratos effe, vt interpretationem et fenfum nunc affequi haud liceat. Sophoclis fuit fabula Τάλως ap. Schol. et al. etfi affequi vix licet, qua arte fcenae accommodata fuerit haec fabula. Saltata tamen ea fuit quoque a Pantomimis: vt e Luciano patet de faltat. f. 49. Confunduntur paffim, etiam a Meurf. in Creta IV, 14. Tali plures. Alius eft Talcs a Daedalo interfectus; de quo v. inf. III, 15, 8. etiam alius amafius Rhadamanthi ap. Athen. XIV. p. 603. C. ex Ibyco. add. Paufan. VIII, 53. p. 707. Alius ibid. VII, 4. extr. Oenopionis f. Sed de antiquo illo *Talo* tam mira et abfona eft fabula, vt facile fe prodat effe ex antiquiffimo aeuo. Si ariolari licet, videtur notabilis magnitudinis fuiffe ex aere ftatua, in littore feu promontorio pofita a Phoenicibus, de qua portenta narrabat anilis fuperftitio. Plato in Minoe ethicam interpretationem fabulae appofuit. T. II. p. 320. B. Senfus autem mythicae eft orationis, Talon fuperfuiffe ex aetate aerea, quam alii et ipfe Apollod. I, 7, 2. in genus hominum aereum mutarunt, hinc Apollon. l. c. μετ' ἀνδράσιν ἡμιθέοισιν, quod

iungendum cum λοιπὸν ἐόντα. ὑπὸ Ἡφαίστου. Talos scilicet et ipse Ἡφαιστότευκτος fuit v. sup. Obss. ad I, 4, 3. extr. datus Minoi; secundum Schol. et Eustath. ad Odyss. υ, 302. Europae, vt custos esset Cretae. Narratur ibid. eos, qui Cretam infestis animis aggrediebantur, ita vltus esse, vt in ignem insiliret, et cum totus ex aëre esset, excandesceret, atque sic candefactus amplecteretur eos; ductamque hinc esse vocem Sardonii risus, Σαρδανίου γέλωτος, ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι. Ex Svida in Σαρδάνιος γέλως discimus a Simonide hanc narrationem esse profectam; tum reliqua videmus ita tradi: Σιμωνίδης δὲ Τάλων τὸν ἡφαιστότευκτον Σαρδανίους, οὐ βουλομένους περαιῶσαι πρὸς Μίνωα, εἰς πῦρ καθαλλόμενον, ὡς ἂν χαλκοῦν, προσστερνιζόμενον ἀνελεῖν ἐπιχάσκοντας. Ne prorsus absona haec sint, in superioribus putes corrigendum esse οὐ βουλόμενον. vt Sardos hostili vi aggressuros Cretam Talos vetuerit accedere ad insulam. At vetat Zenob. V, 85. vbi discimus, Simonidem in eum modum narrasse, vt Talon, antequam Cretam adiit, in Sardinia vixisse diceret, vnde colonos secum ad Minoem adduxisse videri debet: Σιμωνίδης δέ φησι, τὸν Τάλω (Ταλῶ ibi scriptum) πρὸ τῆς εἰς Κρήτην ἀφίξεως οἰκῆσαι τὴν Σαρδὼ καὶ πολλοὺς τῶν ἐν ταύτῃ διαφθεῖραι (scilicet eo, quo supra memoratum est modo) οὓς τελευτῶντας σεσηρέναι, καὶ ἐκ τούτου ὁ Σαρδόνιος γέλως. — ἧλος διήρειστο χαλκοῦς· vnde absurda haec narratio ortum duxerit, non dicam: vna Tali erat vena per corpus descendens; quod cum totum aeneum esset, sub malleolo tamen erat locus, vbi ad venam canaliculus (σύριγξ v. 1647. vbi Schol. περόνην appellat) viam dabat; hic secundum Apollonium λεπτῷ ὑμένι, tenui cuticula, erat obductus, at apud nostrum clauus aereus impactus os vulneris obturat. Quo clauo extracto paullo post videbimus Medeam sanguine exhausto mortem Talo intulisse. ὑπὸ

Πολαντος. is interfuit nauigantibus f. 16. Thaumaci f. §. 6. *Aeginam appellunt.* Apollon. 1765 fq. Certamen erat ipfos inter Argonautas, accelerandi difceffus cauffa. διὰ τῆς Εὐβοίας καὶ τῆς Λοκρίδος, *inter*, vt fup. 525. διὰ τούτων, media inter Planctas via. Apollon. v. 1779. γαίην Κεκροπίην παρά τ' Αὐλίδα μετρήσαντες Εὐβοίης ἔντοσθεν, intra Euboeam, per Euripum; nam, *extra*, effet in alto. ἐν τέσσαρσι μησί. dubitari poteft, fitne hoc temporis fpatio tota nauigatio, an reditus folum confectus. Hoc praeferas, fi feqq. cogites, defperaffe reditum Peliam; at verba, πάντα πλοῦν, vix id admittunt; atque ita, inprimis pro iftius aeui nauigatione, res eft in prodigium et miraculum verfa.

f. 27. *Aefon mori iuffus.* Sic et ap. Diodor. IV, 50. Valer. Flacc. I. fub fin. *Iafonis mater,* Polymede fup. 16. pr. Diodorum omnino vide IV, 50. 1. 2. vbi narrata res ex Dionyfio Milefio, vt mihi probabile fit. Conuenit fere Hygin. f. 24. Aliter ornata narratio apud Ovid. Met. VII, 297 fqq. et alio modo ab iis, quos Paufan. ante oculos habuit VIII, 11. §. 3. Ὁ δὲ Ἰάσων κ. Ex feqq. nonnulla funt apud Zenob. IV, 92. p. 110. Nauem Iafon confecrauit Neptuno in Ifthmo. Eadem Diodor. IV, 53. Sane Neptuni Ifthmii nota religio, et eius ara Paufaniae aeuo II, 9. fuit; fed confecrata ei nauis tanquam maris deo. Magis vulgatum eft alterum, Mineruam nauem Argo inter aftra collocaffe vid. Eratofth. 35. Hygin. f. 24. extr. De *fraude Medeae in Peliam,* §. 4. qua eum filiarum manu necat, vid. Hygin. f. 24. Ovid. Met. VII, 297 fqq. et rhetorica licentia exornata apud Diod. IV, 51. 52.

f. 28. *Acaftus* patri funus facit, Medeam cum Iafone fugat: etiam forores, quae Arcadiam adiiffe narratae funt apud Paufan. VIII, 11. praeter Alceftidem, quae ad Ad-

metum fugit. cf. Palaeph. 41. etſi abſurda vt ſolet, narrantem. In hoc autem funere nobiles illi *ludi* facti, de quibus paſſim mentio fit: cf. inf. III, 9, 2. §. 4. vbi vid. Obſſ. Hygin. f. 273. p. 380. vid. Stav.

§. 2. *Iaſon et Medea Corinthum profecti.* cf. Diodor. IV, 54. In iis, quae hic euenere, magna mythorum eſt varietas, inprimis e tragoediis, quibus Medeae fortuna argumentum dederat, inter quas Euripidis Medea facile fuit nobiliſſima. Ad idem argumentum ſpectarunt Colchides Sophoclis, Ῥιζοτόμοι. Κρέουσα; verum de his egiſſe accurate nuper Blümnerum de Medea audio. Ceterum de narrationis varietate praeter Diodor. IV, 34. vid. plura ap. Schol. Eurip. Med. 9, 20, 277. Pauſan. II, 3. p. 118. Schol. Pindar. Ol. 13, 76. Hygin. 25. 26. 27. et ibi Intpp. Ad cognoſcendas poetarum veterum copias forte non infructuoſum foret harum litterarum ſtudioſis, ſi quis colligeret fabulae eiusmodi diuerſas tractandi et perſequendi rationes. (Hoc vero omnibus doctrinae mythicae copiis inſtructus facere inſtituit Böttiger, quem honoris cauſſa memoro.) *Glaucen.* aliis Creuſam. vid. ad Hygin. f. 25. et Weſſel. ad Diodor. l. c. §. 4. κατετραυμάτισαν. Graue ἄγος commiſſum, quod ἱκέτας *abductos necarunt*, et quidem h. l. *vulneribus confectos*; apud Pauſan. II, 3. *lapidatos.* Aliter ornata haec et apud ipſum Pauſan. et apud Diod. IV, 55. videbis. cf. Schol. Eurip. Med. 9. et add. Aelian. V, 21. vtrumque commentitia auctore Parmeniſco narrantem.

§. 5. *Medea Athenas fugit.* Etiam hoc ex tragoediis. Interpoſuerant alii acceſſum Thebas ad Herculem; Diodor. IV, 55. Facinus hoc ex Cratete exponit Schol. Il. λ, 740. add. Euſtath. ad Perieget 1017. Diodor. l. c. Inſidias Theſeo factas etiam Pauſan. II, 3. p. 118. attingit; redux autem ille erat Troezene. vid. inf. III, 16, 1. Plutarch.

Thes. p. 5. A *Medo* dictos Medos fabula a tragicis arrepta, quod nouis figmentis ea locum faciebat; sed eadem diuersis modis tractata: v. Eustath. ad Perieg. 1017. Aliter ipse Dionys. v. 1020 sq. (quem exscripsit Eudoc. p. 289.) Diodor. IV, 55. 56. vbi cf. Wessel. Etiam Persas et Achaemenidas a Medeae prole duxerant alii. vid. apud Salmas. ad Solin. p. 833, a. cf. inf. ad II, 4, 4. §. 5.

§. 6. *Colchos redux Medea.* Etiam hoc diuersis modis narratum cum in scena tum in epesin. v. Hygin. f. 26. 27. Eustath. l. c. Diodor. l. c. IV, 55. 56. Iustin. II, 6, 14. Avien. descript. orb. 1217 sq. vbi vid. Wernsdorf. Ad Arios eam venisse, refert Pausan. l. c. *Medum* Pacunii narrant veteres; et inter argumenta pantomimica Medeae *εἰς Πέρσας φυγή*. Lucian. de Saltat. 40. Eodem refero fabulam qua imponi sibi passus est Herodot. I, 2. a Colchorum rege repetitam fuisse Medeam per legatos.

OBSERVATIONES AD APOLLODORI BIBLIOTHECAM.

AD LIB. II.

CAP. I.

Sequitur nunc nouus ac diuersus a superioribus fabularum ordo. *Fabulae Argiuae* Inachi, tum Persei et tandem Herculis, res ac stirpem comprehendunt. De Inachi et Danai progenie agitur hoc capite. Magna autem fabularum varietas est in hac stirpe, primum propter summam antiquitatem: quicquid enim est Graecae antiquitatis, etiam vltimae originis, vltra Inachum non assurgit: (vnde ille Óceani et Tethyos f. editur) tum, quod alia fuit fama a maioribus accepta inter Argiuos, alia inter Sicyonios, alia inter Arcades; tum iis promiscue pro consilio aut lubidine vsi sunt poetae, historici, chronographi et grammatici. Antiquissimus auctor fuit *Hesiodus*, et secundo loco *Acusilaus*, qui tantum non in prosam carmen Hesiodeum transtulisse fertur apud Clement. Strom. VI. p. 752. ed. Pott. (p. 267.) Inde qui haud multis annis Herodotum antecessit, *Hellanicus Mitylenaeus*, antiquissimas historias diuersis voluminibus persequutus, etiam librum de Argiuorum Originibus reliquerat, Φορωνίδα inscriptum: in Fragmentis a Sturzio collectis p. 102. v. Athen. XI. extr. Dionys. Halic. I, 28. Multa ex iis ornarunt et interpolarunt poetae tragici. In

Hygino mirum eſt fabulas Argiuas deſiderari. Exulant eaedem e Diodoro quem habemus. Etiam ab Homero aut non memorantur aut parum frequentatur: vt de Danae et Perſeo vno tantum loco Il. ξ, 319. 320. Gorgonem ſaltem verbo attingit Il. ϑ, 249. ε, 741. λ, 36. Od. λ, 633: vnde et Heſych. in Γοργώ· τὰ γὰρ περὶ τὴν Δανάην καὶ τὸν Περσέα καὶ τὰς Γοργόνας Ὅμηρος οὐκ εἶδε.

ſ. 1. *Inachi* genus breuiter edit Schol. Eurip. Or. 930. variat tamen et is in nonnullis, add. ad v. 1252. Fuit et Sophoclis Inachus. Deprauatiſſimus totus hic fabularum ordo factus eſt Graecorum commentis, cum res Aegyptias ad ſe deriuarent, et inter veterem Aegyptum Graeciamque commercia fingerent, quae nulla fide et auctoritate tradita erant, niſi quod antiqua fama obtinuerat, cum Danao colonos, paucos vtique numero, Argos veniſſe. Aſſimulari inde Io, Inachi f. coepit Iſidi, hinc Epaphus Apidi, quod iam apud Herodotum occurrit, mox multa alia, quibus inprimis Tragici in rem ſuam vſi ſunt, tandem Grammatici, qui Aegyptiam antiquitatem interpretandam ſibi ſumſerant. Ex tragicorum commentis eſt quod apud Platon. de Rep. II, p. 381. D. legitur de Iunone ſacerdotis perſona aſſumta ſtipem colligente liberis Inachi; μηδ' ἐν τραγῳδίαις, μηδ' ἐν τοῖς ἄλλοις ποιήμασιν εἰςαγέτω (μηδεὶς) Ἥραν ἠλλοιωμένην, ὡς ἱέρειαν, ἀγείρουσαν Ἰνάχου Ἀργείου ποταμοῦ παισὶ βιοδώροις; *victus* auctoribus. ſ. 2. ἀφ' οὗ ποταμός. ex interpretatione hoc adiicitur. Apud antiquiores ipſe Inachus eſt fluuius, Oceani f.; cuius filius, Phoroneus, primum nomen fuit ab Argiuis fama acceptum. — Μελίαν alii nominant Phoronei matrem, vt Schol. Eurip. l. c. Or. 930. Schol. Il. α, 30. Schol. Lycophr. 177. ex hoc ipſo loco. Monuere iam idem viri docti, Gale ad h. l. Muncker. ad Hygin. f. 143. Vallarſ. ad Euſeb. Chron. p. 127. Genitus autem a

patris ſorore Phoroneus: quas nuptias antiquior fabula non reſpuit, vt nec in ipſo Ioue. In patre Inacho conſentit omnis antiquitas: cf. Pauſan. II, 15. At *Aegialeum* non omnes Phoroneo fratrem addunt; ſed habebant Sicyonii et ipſi ſúas fabulas, quae antiquiſſimum ſtirpis auctorem Aegialeum, αὐτόχθονα, ferebant. vid. Pauſan. II, 5. p. 123. itaque commodiſſimum viſum, vt idem Phoroneo frater adderetur. At *Phoronei* nomen celeberrimum eſt cum in fabulis, tum in hiſtoriis et in chronographiis: nam ab eo vltima temporum computatio procedebat; cum in eadem fere tempora incideret Attica epocha, quam ad Ogygem reuocabant. Acuſilaus a Phoroneo ad Olympiadem primam annos 1020. computauerat. Ita ex Iulio Africano Euſeb. Praep. Ev. X, 10. p. 488. extr. Verum de his agitur in Chronographis. Eidem primus humanitatis cultus tanquam auctori tribuebatur ab Argiuis, v. Pauſan. II, 15. f. Tatian. adv. Gent. 60. et hinc Euſeb. Alia vid. ap. Simſon. ad 2199. 2244. Nobilitauit quoque nomen carmen epicum antiquiſſimum, Φορωνὶς, ignoto auctore v. c. apud Schol. Apollon. I, 1129. Clement. Strom. I. p. 380. Pott. (p. 321.) §. 4. ἡ χώρα ἅπασα Αἰγιάλεια ἐκλήθη: vt ſemel de hoc moneam: Obtinet fere is inter antiquos ſcriptores mos, vt nomina locorum, interdum epitheta, in antiquis carminibus obuia, pro antiquioribus terrarum appellationibus habeant. Aliud, quod non minus temere facere videntur, eſt, quod nomina vetuſtiſſima referre ſolent ad latiſſimos regionum ac terrarum fines; id quod omni rerum rationi aduerſatur. Nam inhabitatae fuere terrae primum ab vna et altera familia, adeoque prima nomina impertita ſingulis habitationibus, aut vicis, (συνοικίαις) aut agrorum tractibus, nec, niſi ſerius poſt multas rerum hominumque viciſſitudines, ad latiores ac remotiores terras ſunt tracta aut

translata. Ex his facile fieri poteſt diiudicatio eorum, quae hic et tot aliis in locis memorantur de tota Peloponneſo iam in ipſis hominum originibus communi nomine comprehenſa. Nec aliter de partibus orbis terrarum ſtatuendum; nomina Europae, Aſiae, Libyae, initio terrae tractui fuere indita ab iis qui eius notitiam habuerant. §. 6. *Apis.* Diuerſa de hoc tradiderat ſup. I, 7, 6. Apiam ab Apide dictam, plures narrant. vid. Steph. Byz. in 'Απία. Sed alius Apis fuit ex Sicyoniorum fama, quam vid. ap. Pauſan. l. c. p. 123. alius ex Argiuorum. Confuſus tandem a Graecis Aegyptius Apis. Etiam hunc Apin Herodotus (III, 27. 28.) Epaphum, alii modo Oſiridem, modo Serapidem ſunt interpretati; in hos, qui poſtremum hoc tradiderunt, incidit noſter. Clemens Alex. Strom. I. p. 383. (p. 139.) Ariſteam Argiuum auctorem laudat. Eadem Hieronym. Chron. Euſeb. n. 271. Multo magis diuerſum eſt, quod Aeſchyl. Suppl. 270. ſequitur, Apin ex Aetolia in Peloponneſum veniſſe. *Telchinem* Apidis patrem, *Thelxionem* filium, edebant Sicyonii apud Pauſan. l. c. Ceterum *Telchines* ab eo ductos tradidiſſe videtur Euſeb. num. 229 et 276. vbi bello infeliciter aduerſus Phoroneum geſto in Rhodum ſeceſſiſſe videntur. vid. ad ea loca Scalig. Animaduerſſ. §. 7. *Niobe* haec diuerſa a Phrygia ſeu Thebana; de qua inf. III, 5, 6. Haec altera, Phoronei filia; at apud Platonem et alios mater, Inachi vxor. vid. Chron. Euſeb. n. 210. et Scalig. p. 19. b. cum Vallarſ. p. 131. Proxime ad Apollodori verba, Euſeb. Praep. Ev. lib. II. pag. 55. C. tanquam ex Diodoro hauſta, *Ζεὺς γὰρ πρώτῃ μὲν ἐμίγη γυναικὶ θνητῇ Νιόβῃ τῇ Φορωνέως, ἐσχάτῃ δὲ Ἀλκμήνῃ τῇ τοῦ Ἡρακλέους μητρί.* Eadem fere verba in Syncello et in Hieronymi Chron. Euſeb. n. 225. vbi vid. Scalig. et Vallarſ. add. Hygin. f. 145. *Pelasgum,* hunc vero ſibi

Arcades vindicabant; fabulosum forte nomen, vt esset Pelasgis auctor stirpis. Nec vero Pelasgos modo, verum totam Peloponnesum cum Graecia et Thessalia Pelasgiam dictam, addit Schol. Lycophr. 177. πάλιν ἐροῦμεν inf. III, 8, 1.

§. 2. Quod *Argus* Peloponnesum a se Argos appellarit, tradunt et alii. vid. Schol. Eurip. Or. 1247. cf. not. ad Hesych. Ἄργος Πελοπόννησος. Scilicet poetae ab vrbe Argis totam Peloponnesum appellauerant; hoc grammatici ad vetustatem traxere, quasi antiquius illud nomen fuisset. γήμας Εὐάδνην τὴν Στρυμόνος (non Στρύμονος) καὶ Νεαίρας. Pro *Euadne* Πειθὼ Oceani f. ediderat Pherecydes (quem noster in hoc capite non sequitur) apud Schol. Eurip. Phoen. 1151. (1123). At idem Schol. Phoronei vxorem eandem Πειθὼ prodidit ad Or. 1252. (1248.) alios forte auctores sequutus. Argi filii *Iasus*, *Piranthus*, *Epidaurus*, *Criasus*, qui in regno Argiuo successit: et quidem secundum auctores chronologos, quos Eusebius expressit, loco quinto: post Inachum, Phoronidem, Apidem et Argum. vbi vid. Scalig. et Vallars. Aliter Tatian. c. 59. et alii. Apud Schol. Eurip. Or. 930. sunt Criasus, Ecbasus, (deb. Iasus) Piranthus, Epidaurus, Tiryus. Corrupte Hygin. f. 145. Crinus, Piranthus, Basus. vbi vid. Munk. At Pausan. II, 16. Argi filios nominat Pirasum et Phorbantem. Contra Triopae filios pronuntiarunt alii Iasum et Pelasgum ap. Schol. Il. γ', 75. ex Hellanico; is Triopas ex Phorbante, Phorbas ex Argo natus Pausan. II, 16. pr. Verum et Triopae nomen et stirpem variare vidimus, sup. ad I, 7, 4. §. 2. cf. Ilgen. ad Hom. Hymn. p. 272 sq. Saltem confusos agnoscas mythos Triopae Argiui et Triopae Aeolici. Iasus autem is est a quo τὸ Ἴασον Ἄργος apud Homer. Sub hoc seu *Pirantho* seu *Pirante*, (vtrumque enim nomen rationem

habet, forte et idem *Piraſus*, et inf. ſ. 3. *Piren*), Iunonis Argiuae templum et e piro ſignum dedicatum legitur. Eiusdem filia *Callithyia*, ſeu verius *Callithoe*, prima ſacerdotio Iunonis Argiuae functa. vid. Chron. Euſeb. 377. et ibi Scal. Vallarſ. id quod inf. ſ. 3. de *Io* traditur, vbi v. not. §. 2. Apud Pauſan. II, 16. *Iaſus* et *Agenor* ſunt filii Triopae; et iterum aliter tradit Schol. Il. γ, 75. vt paullo ante vidimus ex Hellanico; cf. Sturz. Fragmenta p. 41. apparet itaque nec Hellanicum auctorem in hoc capite habitum eſſe a noſtro pro duce. Iam pro Agenore apud alios Argi pater eſt *Areſtor:* nec quicquam notius Argo Areſtoris f. cf. Mezir. ad Ovid. Epp. Tom. II. p. 69. Intpp. ad Ovid. Met. I, 624. Suſpicatur Gale excidiſſe h. l. Ἀγήνωρ καὶ Ἀρέστωρ. Et paullo poſt ſ. 3. §. 3. ipſe noſter ſcriptor Areſtoris f. edit Argum. Verum omnino in his originibus Argiuis rerum ſumma fuit diuerſitas. Ita diuerſum Areſtorem, qui Mycenen coniugio habuit, prodiderant ἠοῖαι μεγάλαι. apud Pauſan. II, 18. p. 146. §. 3. εἶχε δὲ οὗτος (Argus ὁ πανόπτης) ὀφθαλμοὺς ἐν παντὶ σώματι. De hoc cf. Schol. Eurip. Phoen. l. l. qui claſſicus eſt; ex eo patet variaſſe poetarum ingenia, modo tribuendo oculos quatuor, modo totum corpus oculis conferendo; nata omnia, vt credere licet, ex antiquo epitheto πανόπτης, quod diligentem cuſtodiam declarabat, proprie accepto; nam alias prudentiam declarat τὸ *videre* τὰ ἔμπροσθεν καὶ τὰ ὄπισθεν; nunc autem vigilantia requirebatur. Nec locum habet, quod Argum aliquando caeli ſtellis apti ſymbolum fuiſſe aiunt. De *Argo* omnino plures olim mythos extitiſſe, ſequentia docent, quae vix in aliis libris, qui ſuperſtites ſunt, occurrunt. §. 4. Σάτυρον. haec et mox ſ. 4. de Amymone, antiquiſſima eſt, niſi fallimur, *Satyri* memoratio, videturque ea hactenus Argiuis fabulis propria; ſed qualis

notio haec Satyri fuerit, non ſatis perſpicue traditur; diuerſa vtique a Satyris Bacchi comitibus ea eſſe debuit, nam hic Satyrus latronis aut potius monſtri more Arcades infeſtat et occiditur; Monſtra autem, etſi diuina ſtirpe nata, tamen morti data narrantur: in antiquo enim ſermone diuinae originis parentumque deorum notio non niſi ad robur inſigne inſolitasque corporis vires referri ſolet; nec quicquam amplius animo comprehendere licet. ὑποστὰς, voc. proprium de congreſſu pugnantis, cum adoritur alterum: ſic inf. II, 4, 6. f. 8. f. Diodor. IV, 12. p. 258. I, 43 de Hercule. Alias ὑποστῆναι τὸν κίνδυνον. v. c. Diod. IV, 2, 17. Conon. 16. §. 5. *Echidna*, Tartari et Terrae filia; quibus parentibus natus ſup. I, 6, 3. Typhon. At apud Heſiod. Θ. 259. ex Geryone et Callirhoe naſcitur Echidna; (non ex Meduſa, vt Intpp. aberrant) et ex Typhone eadem edit Orthum, Cerberum, Hydram, Chimaeram (ſic et noſter II, 3, 1.) Sphingem: (v. III, 5, 8.) §. 6. Ἄσπιδος φόνον ſup. ſ. 1. §. 6.

ſ. 3. *Iaſus* II. hic eſt, confuſus paſſim cum ſuperiore ex Niobe et Ioue. *Aſopus* Sicyonis fluuius h. l. intelligendus, non Boeotiae. *Ius* parentes varie traditi: Πειθὼ mater ex Pherecyde apud Schol. Phoen. Eurip. 1123. aliter Schol. Or. 930. aliter alii. v. laudd. ad Hygin. f. 145. p. 254. v. Stav. Inter cetera tamen hoc maxime obtinuit, quod Inachi filia habita eſt; etſi probabile ſit plures hoc nomine feminas eſſe confuſas, cf. Scalig. ad Euſeb. p. 29. 34. ſicut etiam duo Argi fuere. Fabulae vero de *Io* in vaccam mutata origo forte non prorſus obſcura. Fuiſſe ſuſpicor nomen hoc, caputque feminae cornutum, ſymbolum Lunae apud Argiuos antiquiſſimum; nec male hactenus Euſtath. ad Perieg. 92. Ἰὼ γὰρ ἡ σελήνη κατὰ τὴν τῶν Ἀργείων διάλεκτον. Videtur hoc ipſum offerre expeditiſſimam rationem Arcadum fa-

bulae, quod ſe προσελήνους, ante lunam ortos, dicerent, h. e. antiquiores ipſis Argiuis. Hoc ſymbolum mox accommodatum oneratumque fabulis; inprimis Iſide in partes accepta. De *Caſtore* cf. inf. ind. auctt. In τὰ χρονικὰ ἀγνοήματα vltimam vocem ſuſpicor ab Aegio adiectam; ab libris enim abeſt; etſi fuit ille verus titulus: vid. Suidas h. v. niſi dicamus a noſtro omnino notionem *ſcriptoris chronographi* deſignatam eſſe, quem chronici argumenti librum, χρονικὰ, ſcripſiſſe diceret. — §. 2. Pirantis filiam primam Iunonis Argiuae ſacerdotio eſſe functam, etiam ex Clemente et Euſebio nouimus; ſed ibi, vt ſupra dictum, nomen eſt Callithyia et Callithoe; eadem ergo *Io* quoque dicta. Aeſchyl. Supplic. 299. κληδοῦχον Ἥρας φασὶ δωμάτων ποτὲ. Ἰὼ γενέσθαι τῆδ' ἐν Ἀργείᾳ χθονί. vid. Scalig. ad Euſeb. Chron. p. 24. (qui egregie emendat in Heſych. Ἰὼ Καλλίθυια, fruſtra obloquente ad h. l. Galeo) et Simſon. ad a. 2364. Filium ex hac ſacerdote memorari apud Schol. Arati v. 161. videas Trochilum, qui aurigandi arte inuenta in caelo Aurigae ſidus factus; at h. l. ea Iouis fraude corrupta Epaphum edidit. διό φησιν Ἡσίοδος: in Aegimio puta, in quo expoſita erat per epiſodium fabula Ius. vid. Schol. Eurip. Phoen. 1123. et Valkenar. p. 735. Ceterum tota haec ῥῆσις ab alia manu adſcripta eſſe videri poteſt, quippe ab Apollodori breuitatis ſtudio aliena; vti quoque ſuſpicabatur Koelerus noſter. Videtur autem Heſiodus impunitatem periuriorum inter amantes ab hoc Iouis periurio repetiiſſe. Debetur adeo Heſiodo primo auctori vulgatum illud apud Platonem, Callimachum, Tibullum, (III, 6, 49. vbi vid.) *periuria ridet amantum Iuppiter.* §. 3. Argum γηγενῆ appellat etiam Aeſchyl. Prom. 570. et Suppl. 311. vti nec minus v. 258. ibid. Pelasgus γηγενὴς, communi antiquiſſimorum hominum vocabulo, quo igno-

tam vel obſcuram originem declararent. §. 4. In hoc igitur ad Mycenas luco erat olea, ad quam Io in vaccam conuerſa ab Argo alligata fuiſſe narrabatur. Lucum Argi intelligit Galeus, quo incluſos Argiuos Cleomenes iugulaſſe legitur apud Herodot. VI, 78. 79. Pauſan. III, 4. at is ad Argos fuit. Aliena quoque eſt vitex, ſeu ὁ λύγος, quam idem memorat ex Pauſan. III, 16. f. — λίθῳ βαλών. ſic Schol. Prom. 563. qui fabulam exponit. De Hierace aliunde non conſtat, adeoque nec diiudicare licet, ſitne accipitris nomen hoc an viri: hoc tamen veriſimilius. Ex verbis μηνύσαντος Ἱέρακος intelligas, eum, quoties Mercurius accederet ad vaccam ſubducendam, Argum monuiſſe. Ἀργειφόντης, ab Ἄργος ductum, eſſe debebat Ἀργοφόντης, hoc itaque vſu receſſit ab analogia vt alia nomina compoſita. §. 5. οἶστρον ἐμβάλλει, apud poetas modo proprie, *aſilum*, (notum illud Georg. III, 152. *Hoc quondam monſtro*) modo *furorem*, phaſmate Argi interfecti obiecto: quod docet Aeſchyl. Prom. 569 ſq. vbi cf. Schol. et doctiſſ. Intp. Schutzium. Add. not. ad Hygin. f. 145. pag. 254. vbi *formido* dicitur τὸ φάσμα, Ovidio Met. I, 725. *Erinnys*. *Errores Ius* hunc in modum conſtituit Apollodorus, vt illa furore acta Mycenis relictis ad Ionium ſinum, cui ipſa de ſe nomen fecerit, peruenerit: inde, non addit noſter ſatis diſerte, marine an terra? vt εἰς ſit pro ἐπὶ. (in mare tamen inſiluiſſe eam aiunt alii, vt Hygin. f. 145.) certe Illyricum illa adiit, et continente traiecto, Haemoque ſuperato, per Thraciam ad Bosporum Thracicum peruenit, hinc Scythiam et Cimmerios adiit, inde vero terra marique oriente circumacto in Aegyptum peruenit. Iter inde a Caucaſo factum accuratius perſequitur Aeſchylus, de quo vid. Schuz. Exc. IV. ad Prometh. De Bosporo Cimmerio tacet Apollodorus. *Ionium mare*, et *Ionium ſinum*, qui mox

ſolenniore nomine Adriaticus, ab Io dictum, traditum paſſim, inpr. ab Aeſchyl. Prom. 846. fide parum certa; nec tamen in aliis etymologiis quicquam eſt magis tutum: vid. Schol. Apollon. IV, 308. Schol. Lycophr. 630. alios laudd. ad Hygin. f. 145. 5). Antiquiſſimorum nominum periit, puto, ratio et cauſſa. §. 6. *In Aegyptum* pervenit Io: ſc. Iſidi aſſimulata. εἰς Ἀερίαν ἐκομίσθη ex Charace Pergameno ἐν Ἑλληνικοῖς laudat anonym. de Incredib. 15. quod antiquum Aegypti fuit nomen: vid. Steph. Byz. in Ἀερία et in Αἴγυπτος. cf. Scalig. ad Euſeb. p. 34. *b.* Idem nomen innui putandum ab Apollon. IV, 267. Ἦμος ἔτ' ἠερίη — Αἴγυπτος. τὴν ἀρχαίαν μορφὴν ἀπολαβοῦσα. et hoc recte: alias propria vox erat ἀναλαβοῦσα. Ἔπαφον παῖδα. ὅτι ὁ Ζεὺς ἐπαφησάμενος τῆς Ἰοῦς, πάλιν εἰς γυναῖκα αὐτὴν μετεμόρφωσεν, vt Schol. Eurip. Phoen. 633. vid. Aeſchyl. Prom. 848 ſq. In ſeqq. Graeculus aliquis fabulas Aegyptiacas de Iſide Oſiridis corpus inueſtigante adumbraſſe videtur. Βύβλινα ὄρη in Aethiopiae finibus conſtituerat Aeſchylus l. l. 810. quod nomen ad vrbem magis notam Phoenices, Byblum, traduxere ſeriores. Iſidem Oſirin lugentem adiiſſe Byblum, ibique diademate byblino depoſito nomen vrbi impertiiſſe, fabulatus eſt neſcio quis apud Etymol. M. h. v. cf. Stephan. Byz. h. v. re ab Adonide ad Oſiridem traducta; cf. Lucian de dea Syria ſ. 6. 7. 8. cum ad ipſam Aegyptum et vrbem Coptum narrationem reuocaſſent alii, ex quibus eam refert Plutarch. de Is. et Os. Tom. II. p. 356. D. v. plura apud *Sainte Croix ſur les myſteres* pag. 181 ſq. Omnino inſolens eſt omnis hic mythorum tenor: vt de Curetibus a Ioue caeſis. Telegonum Eurip. Schol. Or. 932. etiam memorat; ſed Epaphi filium; at Epaphum ex Io et Telegono natum Syncell. p. 126. a viris doctis emendatus, et Euſeb. Hieronymianus n. 482. Eundem

Telegonum Ori f., inter Aegypti reges refert n. 511. Δήμητρος, ἣν ἐκάλεσαν Ἶσιν. Iterum haec ex Graecorum interpretamentis Aegyptiacarum religionum: eadem iam Herodot. II, 59. vnde eadem habet Steph. Byz. in Βούσιρις cf. Scalig. ad Chron. Euſeb. n. 605.

ſ. 4. De *Epapho* loca dabit Interpres Hygini f. 145. 7. Innumera de eo fabulati ſunt Graeci, partim ex Aegyptiis religionibus: Herodot. III, 27. ὁ Ἆπις (bos) τον Ἕλληνες Ἔπαφον καλέουσιν. — Epaphus autem multas vrbes condidit, vt ait Pindar. N. 10, 8. Memphin inprimis Graeci celebrant. vid. Chron. Euſeb. n. 525. Ex Epapho *Libyen* progenitam, tradunt et alii: vid. Schol. Lycophr. 894. Tzetza Chil. VII, 36. v. 350 ſq. Infra II, 5, 11. §. 7. alia eſt Epaphi filia, quae Buſiridem ex Neptuno peperit. §. 2. Libye, a Neptuno amata, etiam in Moſchi Id. II, 39 ſq. Ex ea *Agenor* natus. v. not. ad Hygin. f. 157. vbi nomen matris excidiſſe videtur, vt et in *Belo* eod. loco, vbi cf. Munker. Noſtrum ſequitur Schol. Eurip. Phoen. 5. exſcripſit autem Schol. Aeſchyl. Prom. 852. §. 3. Quo fato, qua arte hoc conſequutus ſit, vt rex conſtitueretur Phoeniciae aduena, non memoratur. Redit autem ad Agenorem, inf. III, 1. pr. §. 4. De *Belo*, *Aegypto* et *Danao*, incredibilis fabularum varietas, iisdem, quas ſupra attigimus, cauſſis nata. cf. Schol. Eurip. Hec. 886. Hygin. f. 168. vbi vid. not. ὡς δέ φησιν Εὐριπίδης, in Andromeda, vt probabile fit. Contradicit Hygin. Poet. Aſtron. II, 9. qui Cepheum Phoenicis filium ab Euripide et ceteris traditum fuiſſe ait; ſed perperam, vt iam docuere viri docti ad e. l. et Salmaſ. ad Solin. p. 402 et 867. a. Cepheus tamen Beli f. eſt etiam apud Herodot. VII, 61. Vulgo Cepheus et Phineus Agenoris filii produntur: cf. ſup. I, 21. pr. De Cepheo mox II, 4, 3. §. 2. plura.

Ceterum in his commentis veſtigia apparent antiquiſſimorum conatuum, origines populorum inueſtigandi; communi tamen errore homines eo deferri videas, vt partim ad vnum progenitorem, cuius dudum perierat memoria ac nomen, omnia referant, putentque, nomine inuento, vt nunc Inachi, etiam hominem, ſtirpis auctorem, eſſe a ſe inuentum; partim vt etymologiis inanibus captis populorum origines deprehendiſſe ſe arbitrentur; vti ſupra in Medo ac Perſe, nunc in Belo, Aegypto, Danao, Cepheo, Agenore videmus, vt per eos Aegyptiorum, Arabum, Phoenicum, Argiuorum, et in Phineo forte Thracum, communis aliqua omnium ſtirps et origo prodatur. Condonanda haec ac ſimilia ſunt antiquitati, non ſequenda; itaque nemo in animum induxerit, ex iis argumentari, quae in Oriente vetere et recentiore de populorum originibus paſſim tradita ſunt. In Agenoris ex Aegypto in Phoeniciam migratione videtur latere opinio de communi neſcio qua Phoenicum et Aegyptiorum credita origine; vti ex Aegypto et Danao Argos profectis, antiqua fama de Argiuorum rebus ex Aegypto repetitis. §. 5. Danao aſſignata Libya, Aegypto Arabia: forte acceptum de vna Aegypto per Nilum diuiſa, ad orientem appellata Arabia, ad occidentem Libya; nam extra Aegyptum ſedes vix aſſignari potuere, Aegypto ipſa vacua relicta. §. 8. *Minervae Lindiae* ſignum erat antiquiſſimum, ad Danaum referri ſolitum, de quo eſt epigramma Callimachi, emendatione Bentleii inter viros doctos notum, fragm. CV. add. Toupii Curae nouiſſ. in Suid. p. 62. dedicatum illud a filiabus, v. Herodot. II, 182. Diodor. V, 58. vbi v. Weſſel. Nomina filiarum aliquot adſcripta erant in Marmore Pario: nunc non integra, niſi quod Helice et Archedice legitur: ab iis collocatum ſignum (ſuppleo: ἀποκληρωθεῖσαι ὑπὸ (ἀπὸ) τῶν λοιπῶν

forte ducta e ceteris ad hoc designatae; vt in Rhodo substitisse videantur, *βρέτας ἱδρύσαντο καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐν παραλίᾳ πεδιάδι ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας*). cf. Prideaux ad I. 15, 16. p. 391. Maitt. Erat autem Danaus oriundus ab Io, adeoque ab Inacho; et ab eo Argiui dicti Danai. cf. Strabo VIII. p. 570 (371). Ceterum haec, et quae mox sequuntur de aduentu filiorum Aegypti, diuerso modo tractata sunt ab Aeschylo in Supplic. Accusatur Danaus Argis et in iudicium adducitur. cf. Schol. ad Eurip. Or. 869. Eiusdem fuere Danaides, fuit et Amymone. cf. Hygin. f. 168. et ibi not. §. 9. *ἀνύδρου δὲ τῆς χώρας ὑπαρχούσης.* Multa de hac Argolidis siccitate inter veteres fama; vt et de factis mox puteis et fontibus. v. Strab. VIII. p. 569 sq. (370. 1.) cf. Schol. Il. δ, 171. Eustath. p. 461. pr. Syncell. p. 152. Hygin. f. 169. Aquatum missae puellae, adeoque iussae exquirere venas aquarum; ita puteos ab iis detectos ferebant Argiui. vid. Strabon. l. c. p. 570. B. — §. 10. *τὰς ἐν Λέρνῃ πηγὰς*, nunc Lerna pro agro. cf. Strabo l. c. p. 570. B. Hygin. f. 169.

f. 5. *Οἱ δὲ Αἰγύπτου παῖδες.* sequentia sunt ap. Zenob. II, 6. Res narrata a multis. vid. Hygin. f. 168. Schol. Eurip. Hecuba 887. Sequitur locus lectu parum iucundus commemoratione *Danaidum* et *sponsorum* cum matribus. Danaus filias habuit L. e diuersis vxoribus: ex Elephantide duas, ex Europa IV, ex Hamadryadibus nymphis X, ex Aethiopide VII, porro ex Memphide femina III, ex Polyxo Naiade XII, ex Pieria VI, ex Herse totidem. Pariter Aegyptus susceperat filios VI ex Argyphia, X ex Arabia, VII ex Phoenissa, III ex Tyria, XII ex Calyanda Nympha, VI ex Gorgonibus, VI ex Hephaestine. Procedit sane sic numerus quinquagenarius; esse tamen in multis peccatum a librariis in confesso est. Sunt alia eaque et diuersa et multo magis corrupta in Hygin.

f. 170. Occurrunt quoque nomina apud alios diuerſa ab his, vt Celaeno apud Strabon. XII. p. 868. C. apud Callim. L. P. 47. Phyſadia, in Marmore Pario Helice et Archedice, duorum aliorum vero nominum veſtigia ſunt prorſus abhorrentia a noſtris. Apud Antonin. Lib. 32. eſt Polydora, apud Schol. Lycophr. 156. Eurythoe, et apud Tzetzam Chil. VII, 136. ex Hippoſtrato Euryrrhoe, ex eodem Hippoſtrato Phlegon narrat omnes L. filias Danaum ex vna vxore ſuſcepiſſe Euryopa Nili filia f. Europa. Quis primus inter veteres mythorum auctores tam inutilem operam locarit, vt illa nomina comminiſceretur, non inuenio. Morem tamen hunc viguiſſe aliquando, et poetas ſequiores in tali recenſu doctrinae oſtentationem quaeſiuiſſe tot aliis exemplis conſtat; vt Oceanidum, Nereidum, Argonautarum. Criticae tamen rationes poſtulabant, vt veriora de iis nominibus apponerem. *Automate* et *Scaea* Architeli et Archandro Achaei filiis nupſere, apud Pauſan. VII, 1. p. 522. *Amymone* a Neptuno compreſſa exemta eſſe debebat numero, vt apud Pindar. P. 9, 197. 8. *ἐκ βασιλίδος*, ſc. *Εὐρώπης*, modo dictae. Plena oratio erat paullo ante de altero, Aegypto, *ἐκ βασιλίδος γυναικὸς Ἀργυφίης*. — §. 10. *Ὡς δὲ ἐκληρώσαντο.* Scilicet *κληροῦν* putandus pater, vt ſup. *διεκλήρου*, at ſponſi *ἔλαχον, ἐκληρώσαντο*, ſortem duxere et ſorte ducta accepere, ſortiti ſunt ſuas quisque nuptias ſeu ſponſam. Etiam pag. ſup. de ſponſis: *οἱ δὲ Καλιάδνης* N. *ἐκληρώσαντο περὶ τῶν. παρθένων αὐτὴν φυλάξαντα.* ita et Schol. Pindar. N. 10, 10. Schol. Il. δ, 171. et alii; etiam Ovid. Ep. XIV. Itaque ſacerdos illa fuit: Syncell. p. 157. Contra vnam Hypermneſtram deuirginatam tradiderant alii ap. Schol. Eurip. Hec. 887. Fabulam vulgarem de Danaidum ſupplicio in inferis, vbi dolium pertuſo fundo aqua explent, non meminit noſter: at idem capita ſponſorum ad Lernam

defoſſa narrat: eadem Zenob. IV, 86. etiam Pauſan. II, 24. at inuerſo modo, corpora Lernae ſepulta, capita vero Argis. Eodem reſpicere videtur Aeſchylus in loco nondum ſatis expedito Prom. 865. vbi, venient, inquit Prometheus, Aegyptii filii *θηρεύσοντες γάμους, — φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός. Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνῳ Ἄρει δαμέντων, νυκτιφρουρήτῳ θράσει.* Emendauit haec Brunk. *φθόνον δὲ σώμαθ' ὧν ἕξει θεὸς, Πελασγία δεδέξεται.* quae non intelligo. Illa *φθόνον σωμάτων ἕξει θεὸς* eſſe videntur dicta: *inuidebit ipſis numen corpora,* h. l. puellas, *vt ne earum flore fruantur;* ita apparet mox eſſe debuiſſe *δαμέντας. Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνῳ Ἄρει δαμέντας νυκτιφρουρήτῳ θράσει. occidentur autem ipſi et ſolo Argiuo condentur.* add. Lennep. ad Phalar. Epp. p. 77. *Inuideri* dicuntur a poetis ea, *quibus priuamur, quae eripiuntur vel ſubducuntur. εἰς γυμνικὸν ἀγῶνα.* eſt is, de quo Pindar. P. 9, 195 ſq. *ἔθηκε* eſt pro *προὔθηκε.* §. 13. *Nauplius,* De duobus Naupliis hic et alibi confuſis v. Strab. VIII. p. 566. 7. et e recentioribus Burman. Catal. Argonaut. Plures fuere Tragicorum fabulae nomine eius inſcriptae, quae tamen ad alterum Palamedis patrem ſpectarunt. Alius fuit Neptuni et Amymones f. (is condidit Naupliam; Pauſan. II, 38. IV, 35. ei ab Aleo filia Auge tradita inf. III, 9, 1. Pauſan. VIII, 48. f.) e cuius poſteris alter Nauplius, fuit inter Argonautas; vid. Apollon. I, 134. a quo tamen forte diuerſus quoque tertius, vulgo etiam ab Eurip. Iphig. in Aul. 198. Neptuni filius habitus et cum ceteris confuſus, Palamedis pater ex Clymene, naufragii Graecorum ad Capharea Euboeae auctor. Ad poſtremum hunc Sophoclis fabulae *Ναύπλιος καταπλέων* et *Ναύπλιος πυρκαεὺς* ſpectabant, vt et alia Philoclis, alia Timothei, alia Lycophronis. Narratio, quae de Nauplio ſequitur, paullo obſcurior eſt: videtur is diis iraſci ſolitus, quoties

fluctibus mergi videret hominem; poenae itaque ſeu vindictae loco deos ipſi ſimilem vitae exitum inflixiſſe, vt et ipſe ſubmerſus fluctibus interiret. *οἱ Τραγικοὶ*, ſc. Sophocles in alterutro Nauplio vel in Palamede, et Euripides in Palamede ſuo.

Cap. 2.

ſ. 1. *Lyncei* nomen non obſcurum: quo etiam Hercules cum Iolao declaratur in Clipeo Herc. 327. *Λυγκῆος γενεῇ*, non *Λυγγῆος*, vt editur. *Λυγκήϊον Ἄργος* Apollon. I, 125. *Λυγκεῖδαι* ap. Stephan. in *Ἄργος* laudati a Galeo. Lynceus, Aegypti f. tanquam vltimus *προπάτωρ* ſtirpis, memoratur, cum alias a Perſeo progenies mutuetur nomen Perſidarum. *Mantineus*, Mantineae conditor inter Lycaonis filios eſt apud Pauſan. VIII, 3. De *Abante* qui egerint v. ad Hygin. f. 136. n. 9. *Abantis vrbs* dictum Argos ap. Pindar. P. 8, 77. Proetus non Abantis, ſed Therſandri f. eſt ap. Schol. Odyſſ. λ, 325. §. 2. *στάσις*. cauſſa memoratur inf. c. 4, 1. quod Proetus fratris filiam, Danaen, corruperat. *εὗρον ἀσπίδας*, ſaltem inuenere *clipeum Argolicum*. Clipeo tum primum in pugna vſos ait Pauſan. II, 25. *ἀσπίδας ξυλίνας* memorat Schol. Eurip. l. c. De clipeo Abantis aliae ſunt fabulae v. Hygin. f. 170. et not. Ad eundem alluſit Virgil. Aen. III, 286. *clipeum, magni geſtamen Abantis*, de quo cf. Excurſ. IX. §. 3. *ὡς δὲ οἱ Τραγικοί*. Inter hos Euripides, cuius fabula fuit hoc nomine, *Σθενέβοια*. cf. Euſtath. p. 632, 5. *Antea* Iobatae Lycii filia, ap. Homer. Il. ζ, 160. ex ea et Proeto nata eſt Maera, de qua Odyſſ. λ, 325. et ibi Schol. (ex quo ſua habet Eudoc. p. 285). Inf. III, 9, 1. Stheneboea eſt Aphidantis Arcadis filia. Aliis *Sthenoboea* ſcribitur v. ad Hygin. f. 57. *Cyclopes*, diuerſi ab iis qui ſup. ad I, 1, 2. memorati ſunt. Vide ibi Obſſ. Senſus verborum

hic eſt: καταλαμβάνει Τίρυνθα ſc. ὁ Προῖτος, ἣν αὐτῷ οἱ Κύκλωπες ἐτείχισαν. Tirynthem muris munireCyclopes v. Pauſan. II, 25. p. 169. quorum etiamnum ſuperſunt veſtigia; Schol. Eurip. Or. 963. vbi ex Curetide terra, h. Creta, veniſſe narrantur vna cum Lyciis; ap. Strabon. VIII. p. 572 (373) minus bene ex Lycia; verba quoque ibi ſunt: Proetum Tirynthem τειχίσαι διὰ Κυκλώπων. ita nec in noſtro deſideres articulum, τῶν Κυκλώπων. *Danae* ex *Eurydice* nata: erat haec Lacedaemonis et Spartes f. inf. III, 10, 3. Tradiderat ſic Pherecydes, vt apparet ex Schol. Apollon. IV, 1091. Apud Hygin. f. 63. Aganippe eſt; v. ibi not. Apud Schol. Lycophr. 838. Εὐρυδίκης τῆς Εὐρώτεως legitur, forte pro τῆς Εὐρώτα.

ſ. 2. *Proetides* inſania ſua notae: re variis modis narrata, vt tamen aliquid rei vere geſtae ſubeſſe videatur, ad morbum vterinum ſpectantis. Inde diſputatum quoque de remedio a Melampode adhibito. v. inf. ad §. 4. Ipſa autem diſcurſitatio Proetidum videtur primo ad ſacra Bacchi contemta ſpectaſſe, de quibus mox ex Acuſilao memoratur, vt pro neglecto furore Bacchico iniecta eſſet inſania alia eaque grauior; eodem ſpectat, quod §. 7. μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ χορείας aguntur, cum turba adoleſcentum aemularetur furores Bacchicos. Ἡσίοδος, in Catalogo puta; verſus eſt apud Svid. in μαχλοσύνη· εἵνεκα μαχλοσύνης στυγερῆς τέρεν ὤλεσαν ἄνθος, et alii duo apud Euſtath. p. 1746, 9. (vnde ſupplendus Etymol. p. 523, 8.) τὸ κνύος τὴν Φθορὰν — Φέρων καὶ χρῆσιν ἐκ τοῦ παρὰ Ἡσιόδῳ καταλόγου περὶ τῶν Προιτίδων· „καὶ γάρ σφιν κεΦαλῆσι κατὰ κνύος αἰνὸν ἔχευεν·„ ἀλΦὸς γὰρ χρόα πάντα κατέσχεν (f. κατῄσχυν'), ἐν δέ νυ χαῖται „ἔρρεον ἐκ κεΦαλέων· ψίλωτο δὲ καλὰ κάρηνα.„ Bacchum ait puellis intuliſſe foeditatem oris; caluitie facta defluxiſſe comas. Excitauit verſus etiam Ruhnken. Ep. crit. p. 109. vbi

ille pro κατέσχεν coni. κατέσχεθεν. *Hesiodum* sequitur Diodor. IV, 68.

At cum *Acusilao* fecit Pherecydes: v. Schol. Homer. l. c. cf. Lutat. ad Stat. Theb. III, 453. τὸ Ἥρας ξόανον. erit ergo hoc antiquissimum illud signum Iunonis Argiuae, olim Tirynthe a Piraso consecratum (vid. sup. Not. ad II, 1, 2. §. 1. vbi de Pirantho) et Tirynthe excisa in templum Iunonis Argiuae haud longe a Mycenis deportatum; a Pausan. II, 17. descriptum. cf. Clemens Protrept. p. 14. Euseb. Praep. Ev. III, 8. Hoc signum cum e piro siluestri sculptum esset, contemtui forte illud habuere Proetides. Schol. Homer. l. c. ipsum templum memorat derisui habitum ex Pherecyde: παραγενόμεναι γὰρ εἰς τὸν τῆς θεοῦ νεὼν, ἔσκωπτον αὐτὸν, (non, vt editum αὐτήν) λέγουσαι πλουσιώτερον μᾶλλον εἶναι τὸν τοῦ πατρὸς οἶκον. Proetidum discursus ἀνὰ τὴν Ἀργείαν ἅπασαν. et tamen sequitur: ἀνὰ τὴν Ἀρκαδίαν καὶ τὴν Πελοπόννησον ἅπασαν. Alterum hoc ineptum interpolatorem sapit; non, quod Peloponnesi nomen tum nondum erat; quod Faber ad h. l. monet; verum quod errores intra Argolidem et Arcadiam continebantur. Videtur locus quoque interpunctione laborare et sic constituendus esse: ἐπλανῶντο ἀνὰ τὴν Ἀργείαν ἅπασαν. αὖθις δὲ τὴν Ἀρκαδίαν διελθοῦσαι, μετὰ ἀκοσμίας πάσης διὰ τῆς ἐρημίας ἐτρόχαζον. paullo inf. §. 7. Melampus ἐκ τῶν ὀρῶν αὐτὰς ἐς Σικυῶνα συνεδίωξε. Conuenit in Arcadiae memoratione Pausanias mox ad §. 7. memorandus. Modestior autem est noster, quam, qui eas sibi iuuencas visas esse narrauit, Virgil. E. 6, 48. *Proetides implerunt falsis mugitibus auras.*

§. 4. De *Melampode* iam sup. I, 9, 12 f. vidimus: ad ea, quae hic sequuntur, cf. Schol. Odyss. ο, 225. qui Pherecydem exscripsit, Eustath. p. 1779 sq. Pindar. N. 9. 30. Herodot. IX, 34. add. Pausan. VIII, 18 f. II, 18. p. 150.

Εἰδομένης τῆς Ἄβαντος. ſup. I, 9, 11. Idomenen τὴν Φέρητος ediderat; aut igitur alterutro loco nomen corruptum, aut diuerſos auctores ſequitur. Aglaia eſt Diodoro IV, 68. μάντις ὢν, id quod ſupra I, 9, 11 f. vidimus; nunc, quod et ipſum ſaepe vatum erat munus, etiam morbos curat Melampus ſuccis herbarum, et luſtrationum religioſis ritibus: qui fuere morborum curandorum modi in medicina antiquiſſima. §. 7. Vulgaris narratio erat, in Arcadia ſanationem Proetidum effectam eſſe ad Luſos. Pauſan. VIII, 18. p. 636. ſupra Nonacrin narrat eſſe montes Aroanios, in quibus ſpecus erat; in hoc fuga ſe abdidiſſe Proetides furentes, ἃς ὁ Μελάμπους θυσίαις τε ἀποῤῥήτοις καὶ καθαρμοῖς κατήγαγεν ἐς χωρίον καλούμενον Λουσούς. atque ibi Melampus ἠκέσατο αὐτὰς τῆς μανίας ἐν Ἀρτέμιδος ἱερῷ. καὶ ἀπ' ἐκείνου τὴν Ἄρτεμιν ταύτην Ἡμερησίαν καλοῦσιν οἱ Κλειτώριοι. h. e. *quae manſuetum facit*, ἥμερον reddit. Apud Callimachum in Dian. 235. Proetus duo templa conſecrauit Dianae, alterum in Azaniis iugis Arcadiae, alterum Luſis: τὸν δ' ἐνὶ Λούσσοις Ἡμέρῃ. vbi v. Spanhem. Aliter rem exponit Pauſan. VIII, 18. p. 636. Confer laudatum iam a Galeo et aliis, Stephan. in Λουσσοὶ et in Ἀζανία. Purgamina in fontem abiecta vim aquae inebriantem indidere. vid. Ovid. Met. XV, 325 ſq. eſt is fons apud Clitorem vrbem, de quo eſt Epigramma in Analect. T. III. CXCVIII. p. 191. Templum in rei memoriam exſtructum Iunoni vid. Pauſan. II, 12. pr. cf. Heſych. in ἀκρουχεῖ. Eſt haec antiquiſſima haud dubie narratio, quippe qua ad deorum iram furor et ad luſtrationem, καθαρμὸν, medicina refertur; etſi ineſſe aliquid videtur, quod medici ſollertiam arguat, cum diſcurſitantes puellas ad extremam laſſitudinem et virium defectionem agi iuſſerit ab adoleſcentibus, tumque medicinam forte aliquam adhibuerit, etſi καθαρμοὶ tantum memorentur. Seriores ad atram

bilem morbum reuocarunt et ad eam purgandam elleborum a Melampode adhibitum narrarunt, vnde quoque nigrum Melampodium illud dictum sit: Plin. XXV, 21. vbi additur: *aliqui pastorem eodem nomine inuenisse tradunt, capras purgari pasto illo animaduertentem datoque lacte earum* (elleboro pastarum puta) *sanasse Proetidas furentes.* §. 5. ἐξέδοτο Προῖτος. Melampodi quidem elocauit Iphianassam. *Megapenthem* autem ipse Proetus genuit. De eo vid. inf. II, 4, 4. §. 4. Ab eo oriundus Alector et Iphis, eius filius inf. ad III, 6, 2. §. 2.

Cap. 3.

§. 1. De *Bellerophonte* Locus classicus Il. ζ, 152 sqq. et ibi Schol. cum Eustath. Schol. Lycophr. 17. quem exscripsit Eudoc. p. 88. Extat de eo docta disputatio Fereti (*Mem. de l'Acad. des Inscriptt* T. VII. p. 83). Tragoediae ad eum pertinuere *Iobates* Sophoclis, *Stheneboea* et *Bellerophontes* Euripidis: qui cum pro suo quisque consilio fabulam tractassent, mirum non est eam in nonnullis variare. *Pegasum* de naui qui interpretantur (v. Staver. ad Hygin. p. 122.) vix satis indolem veterum fabularum perspectam habent; alae designant velocitatem; id autem, quod prisco sermone ad notionem velocitatis declarandam vim habere debebat, postmodo proprie acceptum a poetis et artificibus in fabulam miraculumque versum est, ita vt equos vere alatos narrarent et exhiberent. Ita enim ferre debuit vsus loquendi antiquiorum hominum; idque et ipsa res, et sensus docet communis, non aliter fieri potuisse. ὁ Γλαύκου. ex Eurymede, vt sup. I, 9, 3. Δηλιάδην. ita Aegius emendauit ex Schol. Lycophr. 17. (etsi et ibi Barocc. cod. Ἡλιάδην habet) add. Tzetza Chil. VII, 813. In Apollodoro codd. Ἰλιάδην, Pal. Ἰλιάδαν. Πειρῆνα vt sup. II, 1, 3, pr. Πειρῆνος. Et sic Tz.

l. c. et Zenob. II, 87. vbi locus exſcriptus, add. Vat. Append. p. Schott. p. 285. At in codd. πείρην. Reg. 1. πήρην. Mox Pal. Ἀλκιμένου. Mirum vero, non primo loco commemoratum Bellerum, cuius caede nomen conſequutus eſt Bellerophontes; vid. Schol. Il. ζ, 155. Zenob. Lycophr. l. c. κτείνας Κορίνθιόν τινα Βέλλερον, ἢ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Δηλιάδην, ἢ Πειρῆνα, ἢ Ἀλκιμένην. videtur itaque excidiſſe paullo ante: κτείνας ἀκουσίως Βέλλερόν τινα, ἢ ἀδελφὸν Δ. Nomen Bellerophontis verum fuit Hipponous. §. 5. τρίτην δὲ κεφαλὴν μέσην αἰγὸς, δι' ἧς πῦρ ἀνίει. Faber hic epitomatorem maioris, quod interiiſſe cenſebat, operis feſtinantem agnoſcens emendabat: τρίτην δὲ κεφαλὴν, τὴν μέσην, τὴν αἰγός, nec apparet, quid hinc lucretur vir doctus. In Vat. eſt τρίτον δὲ κεφ. ceteri nil mutant. Nec Zenob. l. c. qui verba transſcripſit. Eleganter tamen vir doctus coni. τὴν δὲ κεφαλὴν μέσην poſt προτομὴν μὲν οὐρὰν δέ. Scilicet monſtrum hoc variis modis a poetis fuit ornatum: apud Homerum tricorpor erat, ad terrorem et ad vaſtationis declarationem, capite leonino, media parte caprina, cauda ſerpentis compoſitum. Ab Heſiodo auctum eſt Θ, 321. trinis capitibus leonis, caprae et ſerpentis: etſi et ille locus interpolatus eſt, vſſ. 323 et 324. ex Homero illatis. (cf. *Comment. Soc. Gott.* T. II. p. 144). Hinc tertia forma ex vtroque compoſita: monſtrum et tricorpor et triceps, inter trina autem capita medium caprae: pro eo igitur, quod fuiſſet, τρεῖς δὲ κεφαλὰς, ὧν μέση αἰγὸς ἦν, dixit noſter auctor τρίτην κεφαλὴν μέσην αἰγός. Vt in hoc commentum inciderent ſeriores, inducere multo magis eos potuit praua iunctura verborum Homeri: μέσση δὲ χίμαιρα δεινὸν ἀποπνείουσα: cum hoc ad ἡ δ' ἄρα retrahendum ſit. Obſcuritatem in Homeri verbis iam inter veteres incuſarunt plures: vid. Euſtath. p. 634. 40. Cum

adeo, capra media, hoc eſt capra medium corpus efficiens, quomodo ignem efflare poſſet, non haberent: in illud eos incidere neceſſe fuit, vt modo caput leonis efflare ignem ex caprino corpore dicerent, modo comminiſcerentur alia, quae ap. Euſtath. l. c. videri poſſunt. Etiam Ovid. Met. IX, 646. parum diſerte dixit: *Quoque Chimaera iugo mediis in partibus ignem, Pectus et ora leae, caudam ſerpentis habebat:* ibi adeo bene *hircum* pro *ignem* reſpuit Heinſius, etſi alia de cauſſa. — μία γὰρ φύσις τριῶν θηρίων εἶχε δύναμιν. Vir doctus delenda cenſet; eſſe enim ex gloſſemate. Declarat ſcriptor, quantam ſtragem edere debuerit monſtrum trium animantium corpus, φύσιν, habens.

ſ. 2. Ad rem cf. Pindar. Ol. 13, 122. καὶ Ποσειδῶνος. Addit haec iterum ipſe paullo poſt c. 2, 4, 2. §. 12. Meduſa dicta fuit grauida eſſe e Neptuno. Neptuni non meminit Heſiod. Θ, 281. Palladis operam in Pegaſo domando non memorat, quam praeclare exponit Pindar. Ol. 13, 92 ſq. cf. Pauſan. II, 4. §. 2. Solymi ad fines Lyciae. Amazones apud antiquiores in Scythia, poſtea ad Pontum Euxinum, eſſe quaerendas, nota res eſt. v. II, 5, 9. Memorat eadem Homer. l. c. et Pindar. l. c. §. 3. Φιλονόην. etiam ſic Schol. Lycophr. 17. at ap. Schol. Pindar. Ol. 13, 83. Anticlia, apud Schol. Homer. l. c. Il. ζ, 155. Caſandra. Nati autem ex ea Iſander, Hippolochus et Laodamia, quae ex Ioue Sarpedonem ſuſtulit vid. Il. ζ, 199 ſq. cf. inf. III, 3, 1. Ceterum de Bellerophontis fatis poſt haec tempora nihil addit noſter: aduerſam fortunam inſequutam Homer. ibid. v. 200. innuit; et Pegaſo Olympum auſum conſcendere excidiſſe, Pindarus I, 7, 63. Ol. 13, 130. cf. Horat. IV, 11, 26. Pindarus quoque Pegaſo praeſepe in Olympo conſtituit: vt eum eo euolaſſe neceſſe ſit credere. At Aurorae eſt datum, vt eum Lampo et

Phaethonti equis adiungeret, ex Aſclepiade Schol. Il. ζ, 155. Schol. ad Lycophr. 17.

Cap. 4.

ſ. 1. Quod ad argumentum capitis attinet; tractauerat illud Pherecydes lib. II. et XII. e quo repetiit noſter ſua; vt hactenus ſit antiquiſſima rerum narratio haec habenda. Ex eodem Pherecyde hauſit ſua Schol. Apollon. I, 1091. et 1515. ex hoc Scholio haud parum interpolatum Apollodorum poſtea videbimus. Narrauerat haec haud dubie ſimpliciſſime Pherecydes; ornatius autem debetur ſerioribus. Apollodorum ante oculos habuere Zenob. I, 41. Schol. Il. ξ, 319. Schol. Lycophr. 838. ſed hic multis de ſuo additis, eumque exſcripſit Eudoc. p. 103 ſq. et p. 288. Apollonii Scholia exſcripſit p. 334 ſq. Nec tamen exiſtimandum eſt, Pherecydem haec commenta primum excogitaſſe; nam is antiqua carmina in continuam narrationem redegerat. Poetas ille ſequutus eſt cyclicos, antiquiores Aeſchylo et Pindaro, quorum ipſe fuit aequalis. Fuiſſe videtur epos antiquum mythi antiquiſſimi, Argiuis domeſtici, Perſei profectionem ad Gorgones exponens, ſiue ſingulare illud fuit, ſiue partem Phoronidis ſeu Danaidis conſtituit; τῶν Ἡοιῶν vtique partem expleuerat. Antiquitatem mythi horridam declarat tota commenti indoles, rudium hominum ingeniis accommodata. Ignorationem occidentalium plagarum, quippe prorſus tunc incognitarum Graecis, narratio arguit; proclinibus ex hoc ipſo ingeniis ad prodigia ac portenta in iſtis locis conferenda. Multa in fabula aliter conſtituta fuere in tragoediis: Euripidis *Danae*, et *Dictye*, Aeſchyli *Polydecte*, Sophoclis *Danae*; fuit et Acriſius ſeu Lariſſaei: qui chorum conſtituebant, ex arce Argorum Lariſſa: inf. ad ſ. 4. §. 2. θάλαμον. intellige οἶκον ſingularem. ſup. I,

9, 12, §. 3. erat οἴκημα, in quo Melampus seruabatur. Seriores turrim aheneam commemorant. vid. v. Swind. p. 55 sq. Alii fabulam sic tractasse videntur, vt puellam iam grauidam factam custodia turris inclusam dicerent; sic de Sophocle Antig. 957 sq. statuas. §. 3. εἰς λάρνακα. arcam. Disertius haec omnia apud Schol. Apollon. l. c. IV, 1091. Ad seqq. comparandi praeclari versus Simonidis in fragm. κιβωτὸν, cistam, vocant alii; vti Schol. Pindar. P. 10, 72.

s. 2. *Polydectes* et *Dictys*. Peristhenis filii; tragoedias his nominibus paullo ante memorauimus. De Dictyis genere a Nauplio, Amymones et Neptuni f. ducto, vid. Schol. Apollon. IV, 1091. Schol. Lycophr. 838. et sup. I, 9, 6. Valde autem celebres fuere *Hippodamiae nuptiae*, quibus tandem potitus est Pelops. Praeter Pindar. Ol. 1. et Schol. v. Schol. Apollon. I, 753 f. Schol. Lycophr. 156. Egerat de iis Apollodorus in extremis libelli capitibus, quae interiere. Fuit quoque Sophoclis fabula, Οἰνόμαος ἢ Ἱπποδάμεια. Quod equos a ceteris iuuenibus postulat Polydectes ad ἕδνα, non mirum, quia Oenomao aurigationis studiosissimo tale munus maxime probatum iri sperare poterat. Arripuit autem Polydectes astute incaute dictum ad ablegandum Perseum, qui, ne matre Danae potiretur, impedimento erat. Est is tanquam labor, ἆθλος, Perseo impositus, vt Medusae caput arcessat, more heroicae aetatis: vt Iasoni a Pelia, vt Herculi ab Eurystheo, labores similes impositi sunt. Priorem itineris partem Apollodorus omisit; apud Pindarum P. X. iter facit Perseus per Hyperboreos. Neque hoc a nostro additur, vbinam locorum Gorgones habitauerint; nisi quod Perseus εἰς τὸν Ὠκεανὸν ἦκε. Videtur fabula hunc in modum esse constituta: vt Medusa expugnari posset, cum virtus nullius mortalis auso par esset, exputata erant a

narrante talaria alata, cibiſis et Orci galea: haec autem ſeruabantur a Nymphis in extremo occidente loco incognito degentibus. Ad has vt viam monſtrarent, adeundae erant Phorci filiae, Graeae; cumque eas, niſi vi adactas, quod peteret effecturas non eſſe, bene noſſet Perſeus, oculum iis trinis communem clam ſubducit; nec niſi via ad Nymphas monſtrata reddit. Ita tandem armis idoneis inſtructus Gorgones adiit. Spectant haec ad antiquiſſimum, et ſingulare prorſus fabularum genus, ad fabuloſum Oceanum, mox ab aliis ad extremam Africam relegatum, a Graecis haud dubie aliunde acceptum, et, vt modo dixi, in antiquiſſimo, dudum iam ante Pherecydem, carmine tractatum. Nam quod Heſiodum primum auctorem edunt viri docti, vt Dodwell. Diff. de Hannon. Periplo ſ. 3. auctore Heſychiano grammatico parum docte faciunt, qui Γοργείην κεφαλὴν interpretatur φόβητρον. Ἡσίοδος δὲ πλανηθεὶς, ἀνέπλασεν ἐκ τούτων τὰ περὶ τὸν Περσέα, ὅτι ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν τῆς Γοργόνος, in Γοργὼ autem addit doctius: τὰ γὰρ περὶ τὴν Δανάην, καὶ τὸν Περσέα, καὶ τὰς Γοργόνας, Ὅμηρος οὐκ οἶδε. in his Homerum fabulas has ignorare, h. e. iis non vti, ait. Omnino vir doctus, Dodwellus, in mythis his exponendis non magis feliciter verſatur, quam Bochartus et tot alii, qui ex hypotheſi aliqua vndecunque arrepta, non ex antiquitatis more et exemplo, haec et alia interpretari ſe poſſe putarunt. Simili more argutati ſunt veteres, vt Diodorus. Alii in Cernen inſulam remouerunt Gorgones, e qua Cyrenen facere volebat Dodwellus repugnantibus aliis. Multa certe inſunt antiquioris ſermonis mythici veſtigia; multa quae a Phoenicibus accepta videntur, ſaltem ab iis qui extremum Libyae occidentem nauigatione adierant, et noua ac mira ibi viſa renuntiabant. Alia tamen a fabulis de occidente ſole, Soliſque in oceano occidentali ſeu Africae

ſeu Hiſpaniae regia; ad quam et armenta Solis erant (de quibus infra in Herculis rebus geſtis lib. II, 5, 10 et 11.) et horti. De Phorco et eius filiabus v. ſup. I, 2, 6, deſcriptionem earum et ſororum Gorgonum edidit Aeſchyl. Prom. 792 ſq. Phorcides erant *προφύλακες* Gorgonum, vt Eratoſth. c. 22. appellat, quae aditum ad eas cuſtodiebant. Earum nomina iam apud Heſiodum leguntur, Θ. 273, 4. cf. Munker. l. c. van Swind. p. 74. corrupta illa fere in libris. Quae de iis narrantur, portentoſa vtique ſunt; neque quisquam temere pronuntiet, ſe res tam antiquas diuinatione certa aſſequi velle. Videntur tamen ea rudi antiquo ſermone ad rudes rerum ſpecies animo conceptas inuenta eſſe; ſedent in ipſis finibus, quas cuſtodiunt, Graeae certis vicibus inter ſe partitae cuſtodiam; vigilant ergo per vices mutuo tradito oculo; qui fefellit earum curam, iis oculum eripuit, Perſeus, vt iter ſibi monſtrare eas cogeret ad loca alioqui non adeunda. Eaedem puellae erant prudentes, ergo canae a natalibus, *γραῖαι ἐκ γενετῆς*. Qui melius diuinauerit, bona cum pace *Phyllida ſolus habeto*; niſi forte locum hoc habebit; *et vitula tu dignus et hic.* Sin pugil Dares *laeua taurum cornu tenet* et *ducere* dona fremit; etiam *taurum is ſolus ducito.* Aequiores conditiones haud noui. Ceterum eſt hic locus de *ſoleis alatis:* in quo in modum diuerſum interpretando tam multa ante aliquot annos ſcurriliter in me iacta ſunt; ad quae reponam pauca, ſed more meo, ſine cuiuspiam contumelia. Velocitatem a rudi antiquitate per volatum declaratam, volatum autem ab alis eſſe petitum; ipſa natura hominumque ſentiendi et eloquendi ratio probabile facit: a ſoleis vt velocitatis cauſſam peteret, vtque crederet, calceos efficere, vt aliquis volare poſſit, vix mortalium alicui in animum venire potuit; eſt enim hoc abhorrens a rudium hominum notionibus

et iudiciis, cum nihil ſimile ſit in ipſa rerum natura. Noſtrum vulgus vt Fauſtum aliquem aut alium ſortilegum ſimili aliqua machinatione in aere ferri crederet, ex iis, quae de magicis artibus ſeriore aetate narrata ſunt, credere potuit; non autem antiquitas. Iam dii erant et monſtra, et heroes, quorum velocitas in miraculum erat vertenda; nihil ei rei eſſe videri potuit accommodatius, quam vt alae iis adderentur. De loco, in quo illae eſſent adiunctae vel alligatae, homines et poetae nec vbique cogitarunt, nec, quid cogitarent, vbique apponere neceſſe fuit; Daedalus Icaro alas addidit, non ſoleas; quoties autem arte res declaranda eſſet, ſane alae addendae fuere ipſis quoque diis, et in humeris, quod paſſim in antiquioris Graeciae et Italiae monumentis factum eſſe videmus.

Iam Ionici poetae deos ſpecie humana, eaque pulchra ac decora, in medium produxere; ergo alas humeris addere nequiuere; nec neceſſe fuit id facere, quandoquidem eos modo nube ſubnixos, modo magnis paſſibus per aerem, incedentes aut curribus per aerem ferri ſolitos exhibent. Saepius autem omnino nihil adiiciunt de modo quo dii deſcendunt de caelo et aſcendunt. Ita Il. ω, quomodo Iris in maris fundum et inde iterum in Olympum redierit, qua vi, qua ope, nil monitum: 77 ſq. 95 ſq. vt nec magis diſerte declarant, ſi aliam formam adſciſcunt dii, aut hominum oculis ſe ſubducunt, qua ratione et quo modo id fecerint. Porro qui iter faciebant, ſolebant ſoleas pedibus admouere. Od. π, 154. vbi Telemachus ad Eumaeum dixerat: ἀλλὰ σύγ' ἀγγείλας ὀπίσω κίε — ὁ δ' εἵλετο χερσὶ πέδιλα, δησάμενος δ' ὑπὸ ποσσὶ, πόλινδ' ἴεν. et ſic ſaepe. Nec aliter dii, quorum res comparatae ſunt ad res humanas. Ita Iuno de caelo ad Iouem in Ida proceſſura: ποσσὶν ὑπὸ λιπα-

ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα. Ita Minerva in Ithacam de Olympo delapſura (Odyſſ. α, 96.) ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα, ἀμβρόσια, χρύσεια, τά μιν φέρον ἠμὲν ἐφ' ὑγρὴν ἠδ' ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν, ἅμα πνοιῇς ἀνέμοιο. *quibus illa inceſſit*, ἐφέρετο, iter faciens. Prorſus itaque eodem modo Mercurius miſſus ad Calypſo (ε, 44.) αὐτίκ' ἔπειθ' ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα etc. iisdem verbis, eodem prorſus modo ac ſenſu. Soleas induit Mercurius, tanquam iter facturus; nihil amplius; ſic quoque in verſibus iisdem repetitis Il. ω, 340 ſq. Vnde tandem ludicrum illud commentum petitum dicemus, ſoleas habuiſſe vim eam vt volaret Mercurius! nec niſi iis inſtructum eum volare potuiſſe! Multum diuque quaeſiui quibus in verbis arcanum illud lateat; cum ecce a re leui, non animaduerſo loquendi vſu, illud profectum eſſe vidi; τά μιν φέρον, acceptum eſt eo ſenſu, quo φέρειν eſt portare, in Lexicis; ita *ſoleae Mercurium ferre* creditae ſunt: h. e. earum vi eum ſe in aere librare, in iisque latere vim aliquam arcanam, mirabilem, magicam. Atqui φέρειν dicuntur omnia, quae mouent, promouent; et vulgaris vſus loquendi eſt, vt *pedes aliquem ferre* dicantur, quoties ille incedit; *quo te, Moeri, pedes* ferunt? et οἱ πόδες ἦγον. poetico ſermone et nos pedem ferimus, et pedes ferunt nos incedentes. Nunc autem, vt Minerva, ſic Mercurius iter facturus, ſoleas pedibus alligat, ergo *ſoleis incedit*, τὰ πέδιλα φέρουσιν αὐτόν. putidum fuiſſet, ſi poeta voluiſſet dicere: οἱ δὲ πόδες, ἔχοντες τὰ πέδιλα, ἔφερον αὐτόν. *pedes, ſoleis, vt dixi, induti ferebant ipſum.* Non ille potuit praeuidere, fore aliquando virum doctum, qui ad ſoleas eſſet reuocaturus, quod manifeſtum eſt ad pedes ſpectare, φέρεσθαι, ἰέναι. Nec neceſſe fuit, adiicere, ſi ſupra terras et mare iter facit Mercurius, qua arte, machinatione et modo id faciat; non magis quam de aliis diis, ſi v. c. curru per

aerem vehuntur, quanam vi currus nubibus et aere ſuſtineatur. Itaque Homerus alas nec ſoleis additas nec equis nec curribus memorat; et hactenus bona eſt obſeruatio, πέδιλα πτερόεντα in Homericis non occurrere dicta. At nec alterum occurrit, *ſolearum ope* Mercurium volare. At πόδες φέρειν τινὰ ſaepe dicuntur in poetis, vt in Apollonio: πότνια, πῶς σε δύναντο πόδες φέρεν ἔς τ' ἐπὶ δυσμὰς etc. apud Callimach. in Cer. 10. et ſaepe πόδες φέρον in Homero ipſo, et ἄνεμοι φέρον. ἄελλαι φέρον. quis tandem argutari velit in modo quo pedes ferant aliquem! Ipſam Thetin in Olympum euolantem πόδες φέρον Il. σ, 148. ἡ δ' αὖτ' Οὔλυμπόνδε θεὰ Θέτις ἀργυρόπεζα ἤϊεν, ὄφρα φίλῳ παιδὶ κλυτὰ τεύχε' ἐνείκοι. τὴν μὲν ἄρ' Οὔλυμπόνδε πόδες φέρον. vides eſſe idem πόδες αὐτὴν ἔφερον et illa ἤϊεν. quomodo illa pedibus in Olympum perueniret, non magis addidit epicus, quam quomodo Minerva et Mercurius pedibus ſolea indutis: memoratae tantum his ſolis verſibus ſoleae pro pedibus, quia has pedibus admotas modo dixerat: ὑπὸ ποσσὶν ἐδήσατο πέδιλα-τά μιν φέρον. atque his illa inceſſit. Vides ſic omnem illam arcanam et magicam vim ſolearum Mercurii effluxiſſe et euolaviſſe; natam ex leui errore rei grammaticae; cui equidem facile ignoſco; multo magis viro tot ingenii dotibus ornato; miror tamen, ſi vel maxime animaduerſio vera fuiſſet, in re tam leui et exili, aliquem putare poſſe ſibi ius datum eſſe inceſſendi illiberaliter et cauillandi viros bonos! et quidem bene de ipſo meritos!

Alio modo fabula inſtruenda erat in Perſeo heroe. Adoriendae ei erant Gorgones *alatae* (εἶχον πτέρυγας) qua ſpecie erant quoque expreſſae in Cypſeli arca; has vt effugeret, diuina aliqua vi opus erat, quia Perſeus non deus erat, nec per aerem ferri poterat; itaque non ſatis erat ſoleas pedibus induere profecturo, quando-

quidem hae non per ſe, et vi ſua per aerem ferunt, ſed *ſoleae alatae*, vt *alae ſoleis adiunctae eum volandi vi*, ex vulgari ad ſenſum exiſtimatione, *inſtruerent*; nam *alis volatur, non ſoleis*. Aſſeruabant iſta alata πέδιλα ſeu ὑποδήματα Nymphae, ſunt enim diuina res, cum pera et galea. Itaque, cum fugeret Gorgones, iam ante Pherecydem, in Scuto Herculis vſ. 220. fertur Perſeus in aere, ἀμφὶ ποσσὶν ἔχων πτερόεντα πέδιλα. At Gorgones *alas* habent, non πέδιλα, quippe monſtra diuina ſunt, nec iter nunc faciunt. Hoc exemplo alae adiiciuntur aliis quoque monſtris; nec tamen vbique ſigillatim ac diſerte memorantur τὰ πτερά. At ſoleis omnino nusquam monſtra feruntur, ſi recte memini. Pegaſus alatus diſerte memoratur; at aries Phrixi qua vi ſuper mare incedat, non additur. Non enim omnia eodem modo ac more a poetis tractantur nec ſunt tractanda. Quis Mercurio alatas primus ſoleas addiderit, quis tandem dicere auſit, cum Cyclici, qui primi noua ornamenta mythis antiquis addiderunt, et ipſi illi ſcriptores, qui ex iis mythos narrarunt, Pherecydes, Hellanicus, Acuſilaus et alii, interierint? Quae itaque in eorum Fragmentis, in Homericis Heſiodeis, non extant, ſane in Pindaro et Aeſchylo primum occurrere poſſunt. Nouata eſſe multa in Tragicis, et in Lyricis, quis ignorat? At quis pronuntiet, quod primum in his memoratum occurrit, ab iis quoque fuiſſe inuentum! Neque ex noſtro hoc loco inf. §. 8. quicquam vniuerſe ac praeciſe pronuntiare auſim, quando Mercurius cum pera et galea alatas quoque ſoleas reddidiſſe Nymphis narratur. Amplexus eſt poeta quisque commentum conſilio ſuo accommodatum, aliud alius. Eſt ſimilis varietas, nec ſatis expedienda in Gorgonis capite, modo in ſcutum modo in thoracem Palladis repoſito. Tantum refert, audire etiam alteram partem! Galeam, *κυνῆν* non proprie dictam,

non a Nymphis, ſed a Mercurio datam tradiderant alii. v. c. Eratoſth. 22. — Praeclarum priſci ſermonis ſpecimen, eſt Orci galea, τοῦ Ἄδου, cum opus eſſet notione ea, qua quid viſui oculorum ſubtractum eſſe dicere vellent. Ἀΐδης eſt *qui cerni nequit*; Orcum pugnantem videmus cum alibi tum in fabulis Herculis; ſed et omnes dii armis et curribus inſtructi; non aliter atque heroes. §. 7. τῶν Φορκίδων. de hoc nomine vid. ſup. ad I, 2, 6. pr. V. L. Fuere Aeſchyli *Phorcides* drama; Eratoſth. c. 22, quod caput latine factum in Hygin. Aſtron. II, 12. ἀποδοὺς. at alii oculum in Tritonidem paludem a Perſeo abiectum, tradiderant. Eratoſth. l. c. c. 22. A Mercurio mox §. 8. *harpen* (vid. ſup. ad I, 1, 4.) accepit Perſeus, Aeſchylus in Phorciſin a Vulcano datam dixerat. Erat ſcilicet et harpe haec Ἡφαιστότευκτος. quid hoc ſit v. ad I, 4, 3. §. 4. — §. 8. εἰς τὸν Ὠκεανὸν, pro ἐπί. κατὰ τὸν Ὠκεανὸν Schol. Apollon. l. c. Ornauit rem Quintus Paralip. X, 195-8. Apud Heſiod. Θ. 274. Γοργούς θ'. αἳ ναίουσι πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο, ἐσχατιῇ πρὸς νυκτὸς, ἵν' Ἑσπερίδες λιγύφωνοι. ſi modo alter verſus genuinus eſt, nec ex v. 215. confectus. Solum priorem verſum tueberis ex Agatharchide p. 9. extr. ὅτι τὴν ἅπασαν οἰκουμένην Ὠκεανὸς περικυκλοῖ φρουρῶν καὶ συνέχων τοῖς ἑαυτοῦ ῥεύμασιν. οὗ φησι πέραν οἰκεῖν τὰς Γοργόνας Ἡσίοδος. Vetuſtiores videntur collocaſſe Gorgones in inſula Oceani, πέρην Ὠκεανοῖο, at ſequiores in continente Libyes, vna cum Heſperidum hortis; vtrumque fabuloſe, nulla certa notitia habita. Gorgonum autem non vnam eandemque notionem vſumque notionis fuiſſe, facile animaduerteris. Primo fuiſſe videtur nihil aliud quam notio Terroris in perſonam mutati, Γοργὼν et Γοργώ. reddita illa per terribilem ſpeciem ac formam; eadem impoſita thoraci et clipeo Palladis; etiam ante in Iouis aegide. Eratoſth.

c. 13. Γοργείη κεφαλὴ Il. ε, 741. in Agamemnonis clipeo λ, 36. et in locis inferis Od. λ, 633. Infignior eius vfus fuiffe videtur in Perfeide, nouis mythis Medufae adiectis: tum in Heracleis: quod patet inf. II, 5, 12. §. 4. Quod Medufae adfpectus in lapidem vertit; haud male inuentum; nam terror motum membris adimit: vnde prona fabulandi via: inter alia, vt etiam coralia lapidefcentia ad Gorgonis adfpectum referrentur ap. Ovid. Met. IV, 740. Orph. de Lapid. 15. §. 10. Alas habent Gorgones, non foleas. Expreffae funt alae in humeris Medufae in numo Sinopes apud Neuman. Num. anecd. T. II. t. 1. In Sc. Herc. 229. Gorgones Perfeum in aere fublimem perfequuntur, ταὶ δὲ μετ᾽ αὐτὸν Γοργόνες ἐῤῥώοντο, concitate ruunt, feruntur, ἱέμεναι μαπέειν. ἐπὶ δὲ χλωροῦ ἀδάμαντος βαινουσέων ἰάχεσκε σάκος. incedunt currentes, non, volantes. Tam parum in his figmentis fibi conftant poetae. §. 11. Perfeus tali habitu, adftante dea, in ipfis numis Ponti, Sinopes, Tarfi, occurrit ap. Eckhel. Neuman. al. Eodem fpectat numus Sebaftes ap. Eckhel. repetitus Num. Anecd. T. I. p. 174. de Argo acceptus a Caylus *Recueil.* T. IV. Tab. 54, 2. βλέπων εἰς ἀσπίδα, tanquam in fpeculum aereum. §. 12. *Chryfaor* Geryonis pater inf. II, 5, 10. et Hefiod. Θ. 280. 1. apud Agatharchidem p. 5. pro eo χρύσιν fcriptum. ἐκ Ποσειδῶνος. etiam Hefiod. v. 278. 9. putandum igitur eam grauidam ex Neptuno factam, ceruice recifa cum fanguine emififfe fetum. Hinc Nicander Alexiph. v. 100. vbi perfeam a Cepheo datam Perfeus Mycenas ex Afia attuliffe narratur, αὐχένα γονόεντα Μεδούσης dixit.

f. 3. Nihil Apollodorus de fanguinis erumpentis fibilo, et inuenta a Minerva tibia memorat: qua de re Pindar. P. 12. nec alia, quae Ovid. Met. IV, 613 fq. exponit. Infequentes Perfeum Gorgones viuide narrat Auctor Sc.

Herc. 288 ſq. expreſſae erant in arca Cypſeli ap. Pauſan. V, 18. p. 423.

§. 2. *Andromeda*, cum *Cepheo* patre et *Caſſiepea* matre, multis inſignis eſt fabulis, (vid. laudd. ad Hygin. f. 64. Schol. Lycophr. 836. Conon. c. 40. qui iam argutias interpretis attulit, (nam Ovidium aliosque Latinos ſcriptores in fabulis vulgatis haud excito), quarum primum fontem Orientem fuiſſe non dubito: ſed nullo modo fieri poſſe arbitror vt fila haec retexat quisquam. Attulit nuper nonnulla ad rem d'Anquetil (*Mém. de l'Acad. des I.* T. XL. p. 466). Αἰθιοπίαν. ad Ioppen tamen rem geſtam vulgo traditum a veteribus. Quam vagum tamen hoc Aethiopum nomen inter veteres, et ſaepe ad ipſum orientem vsque ad Indos traductum fuerit, nunc inter res notas habetur. Tractauerat fabulam hic expoſitam ſimili modo Sophocles in *Andromeda*, vt ex Eratoſth. c. 16. et 36. diſco; idem c. 17. excitat Euripidis *Andromedam;* cf. Schol. Arat. v. 179. Philoſtrati Imag. I, 29. §. 6. Cepheus et Phineus fratres, ſecundum Euripidem, ſup. II, 1, 4. §. 4. §. 7. συγκαλέσαντος τοῦ Πολυδέκτου τοὺς φίλους, ſc. ad concionem: apud Schol. Apollonii l. c. *populum.* At ſeriores ad conuiuium rem reduxere. §. 8. ἐν μέσῃ τῇ ἀσπίδι. Apud noſtrum ergo Gorgon in clipeo Palladis; non in thorace, in quo collocant alii, etiam Eratoſth. c. 22. et ex eo Hygin. P. A. II. 12. Seriores et clipeum et thoracem Gorgone ornant.

ſ. 4. *Acriſii mors.* vid. Pauſan. II, 16. ex quo debebam monere Acriſium conceſſiſſe Lariſſam Theſſaliae εἰς τὴν Πελασγιῶτιν γῆν. Λάρισσαν τὴν ἐπὶ τῷ Πηνειῷ. Etiam haec, quae ſequuntur, Pherecydem auctorem habuere; vid. Schol. Apollon. IV, 1091. Sophoclis fuit fabula οἱ Λαρισσαῖοι, vel Ἀκρίσιος, quae hoc argumentum habuit, nam Acriſius in ea verba fecit. §. 3. τὸν μὲν

Ἀκρίσιον ἔξω τῆς πόλεως ἔθαψεν. Fuit Acrisii sepulcrum Larissae, in acropoli, in templo Minervae: Clemens Coh. p. 39, 14. ἐν τῷ νεῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἐν Λαρίσσῃ, ἐν τῇ ἀκροπόλει, τάφος ἐστὶν Ἀκρισίου. inter exempla sepulcrorum in fanis. Schol. Apollonii ad IV, 1091. — Ἀκρίσιος ἀποθνήσκει αὐτοῦ ἐν Λαρίσσῃ καὶ αὐτὸν κατατίθεται Περσεὺς καὶ οἱ Λαρισσαῖοι πρόσθεν τῆς πόλεως, καὶ αὐτοῦ ποιοῦσιν ἡρῷον οἱ ἐπιχώριοι. Περσεὺς δὲ ἀναχωρεῖ τοῦ Ἄργους. Nimis breuiter vltima dicta; rediit sane Perseus in Argolidem, sed Argis degere noluit, et hinc discessit. Fuit sane et Argis Acropolis Larissa; verum de hac agi hic nequit. Mox §. 4. προστειχίσας Μίδεαν καὶ Μυκήνας: praeter Tirynthem iam antea in Bellerophontis reducis gratiam a Cyclopibus munitam, II, 2, 1. §. 3. etsi Pherecydes narrauerat Cyclopes cum Perseo et Arcades aduenisse. Persas a Perse, Persei ex Andromeda filio, originem seu nomen tulisse, vt Medos a Medeae filio, (v. sup. I, 9, 28. §. 5. add. Strabon. XI. p. 798. B.) vt etiam hoc, Iasonem expeditionem in Mediam ac Persidem fecisse (Strab. XI. p. 802. et al.) lusus fuere tragicorum tum historicorum tam absurdi, vt vix assequaris, quomodo serio ab his tradi potuerint. In his fuit Graecia mea. Placuit tamen fabula vrbibus Ponti et in numis redhibita: v. Eckhel doctr. Numor. Vol. II. pag. 341. nunc muris Mideam et Mycenas circumdedit Perseus, eoque condidit. Schol. Lycophr. προσέκτισε.

c. 5. §. 3. Apponam Scholiom Townl. ad Il. τ, v. 123. vbi „Εὐρυσθεὺς, Σθενέλοιο πάϊς Περσηϊάδαο.„ πέντε παῖδες γεγόνασι Περσέως καὶ Ἀνδρομέδας. Ἀλκαῖος, οὗ καὶ Λαονόμης, ἢ Ἀστυδαμείας, τῆς Πέλοπος, Ἀμφιτρύων. Ἠλεκτρύων, οὗ καὶ Λυσιδίκης, τῆς Πέλοπος, Ἀλκμήνη. Αἴλιος (corr. Ἕλιος) ἀφ' οὗ πόλις τῆς Λακωνικῆς, Ἧλος (leg. Ἕλος). Μήστωρ, οὗ Ἱπποθόη, ἡ Πτερελάῳ γαμηθεῖσα. Σθένελος, οὗ

καὶ Μενίππης Εὐρυσθεύς. Si *Hipponome* Menoecei fuit filia Thebani, Iocaftae et Creontis illa fuit foror. Apud Paufan. VIII, 14. pr. Pheneatae Arcades *Laonomen*, Gunei f., Pheneaticam mulierem, Alcaeo affignabant coniugem, cum alii *Lyfidicen* Pelopis f. Alcaeo nuptam ferrent. Atqui hanc in feqq. Apollodorus Meftori nupfiffe tradit. Contra Lyfidicen Alcmenae matrem edidere alii, apud Schol. Pindari Θ. 7, 49. cf. ad Hygin. f. 29. pr. Anaxus eoque Amphitruonis quoque, foror Perimede paullo poft II, 4, 6. §. 6. — §. 4. καὶ τοὺς λαοὺς Τηλεβόας ἐκάλεσεν. expectes: τοὺς Τηλεβόας Ταφίους ἐκάλεσεν a fe. Nam *Teleboae* antiquius nomen; et infeffa ab iis Acarnaniae littora iam ante Taphium; poftea traiecere in infulas Acarnaniae obiectas, e quibus vna eft Taphus; fed dictae paffim aut omnes aut pars Taphiae et Teleboides, vel infulae Taphiorum et Teleboarum. Erant Teleboae e Lelegibus; quod infames fuere latrociniis, ex Homero fluxit, Od. ο, 426. π, 426. v. Strab. VII. p. 495. C. (322.) X, 699, A. 704. (459.) Stephan. in Τηλεβοίς. Schol. Apollon. I, 747. quem exfcripfit Eudoc. p. 393. Si verba noftri fcriptoris fana funt, Taphius deductos a fe Mycenis colonos appellauit Teleboas: hinc ducta Io. Diaconi nota ad Sc. Herc. Hefiod. p. 189. Exfcripfit locum qui fequitur Schol. Lycophr. 932. in quo Τηλεβόας καὶ Ταφίους ὠνόμασε. Hefiodus Ταφίους ἰδὲ Τηλεβόας dixit v. 19. ac fi cum antiquis incolis noui iuncti effent Taphii.

§. 5. *Pterelaus*. Aliis eft Πτερέλας. Conf. ad h. l. Schol. Lycophr. l. c. Schol. Apollon. l. c. Crinis eius aureus fatalis fimilis eft ei, quem in Nifo patre Scylla filia refecuit inf. III, 15, 8. ἀθάνατον ἐποίησε. Atqui, monet van Staveren ad Hygin. f. 198. paullo poft f. 7. §. 4. Pterelaus moritur, iubetque adeo legere ἀήττητον ex Schol. Lycophr. 932. enimvero erat vtique a morte tutus Pte-

relaus, quamdiu comam auream haberet; eaque refciffa moriendum ipfi erat. §. 7. Alcmenae mater h. l. *Anaxo* traditur, ab aliis *Lyfidice* (vid. fup. p. 128), Pelopis filia, vt paullo ante ad §. 3. vidimus; cf. Schol. Townl. ad Il. τ, 123. Sicque Eurip. Heraclid. 211. At foror eft Pitthei apud Plutarch. in Thef. p. 4. Diodoro IV, 9. pr. eft Eurydice, vbi v. Weffel. et Intpp. ad Hygin. f. 29. not. §. 8. Νικίππης. *Nicippe* aliis eft Leucippe, Archippe, (Menippe Schol. Townl. l. l.) Amphibia Pelopis f. et Artibia Amphidamantis f. apud Schol. Ven. Il. τ. 116. prius ex Pherecyde, pofterius ex Hefiodo, fide Didymi. Aftydamia, Atrei foror, apud Thucyd. I, 9, ergo Pelopis filia; vid. ad Hygin. f. 3○. pr. et Weffel. Probab. 7. vbi tamen in loco Maximi, quem is tentat, Arfinoen vindicandam cenfeo; eft ea Alcmaeonis vxor, O⁏ 'is filia, fide fua in maritum nota: cf. inf. III, 7, 5. §. 4. Cum *Euryftheo* Stheneli filius fuit *Iphis*, inter Argonautas numeratus. vid. Weffel. ad Diodor. p. 291. foror Ἀλκυόνη p. 258. l. 57. add. Schol. Apollonii IV, 223. 229. §. 9. De *fraude Iunonis* circa partum Herculis loc. claff. Il. τ, 95 fqq. et Schol. ad v. 119.

f. 6. Ἠλεκτρύονος. Scilicet ab Ἠλεκτρύων. fcribitur aliis Ἠλεκτρύωνος vt Paufan. Aliis Ἠλεκτρυὼν, ῶνος, et ύονος, vt Diodor. IV, 9. et 58. vbi vid. Weffel. Similis varietas in Ἀμφιτρύων. Adeo ignorabant ipfi Grammatici, quae vera fuiffet pronuntiatio. Quae fequuntur, varie tractata et ornata fuere inprimis a tragicis. Fuit enim Sophoclis Amphitruo I. II. Euripidis Alcmena et Licymnius. In iis, quae hic narrantur, tenenda funt haec: Perfei filiorum ordo debuit effe is, vt Meftor aetate anteiret Electryonem, hic Sthenelum. Succeffit patri Electryon; veniunt et repetunt regnum Meftoris ex filia pronepotes, Pterelai filii. Electryone occifo Sthenelus Mycenas cum Tirynthe

occupat, regnumque relinquit ſucceſſori Euryſtheo; Amphitruo fugit Thebas. cf. Tabb. genealog. X. b. Μυκηνῶν: vna cum Midea vrbe, vt mox patebit. cf. Pauſan. II, 25 f. — μετὰ Ταφίων οἱ Πτερελάου παῖδες. De pugna hac filiorum Electryonis aduerſus Teleboas boues abigentes v. Apollon. I, 747-751. ibique Schol. qui ex Heſiodo, alia ex Herodoro, diuerſa affert. — §. 2. *Polyxenus* Elidis rex; occurrit hoc nomen Il. β, 623. ſed is filius Agaſthenis Augeae nepos, vid. Pauſan. V, 3. Amphitruone adeo aliquot aetatibus ſerior. Nec alter Polyxenus Iaſonis f. (Pauſan. II, 3. p. 118.) quem Aegius laudat, idem cum noſtro eſſe poteſt, qui ipſum Augeam aetate antecedere debuit. Ceterum oratio parum terſa eſt pro: οἱ διαφυγόντες τὰς ἐλαθείσας βόας παρέθεντο τῷ — Πολυξένῳ καὶ ἀπέπλευσαν. nam terra egiſſe boues Elidem et hic iis relictis nauem conſcendiſſe putandi ſunt. Mox εἰς Μυκήνην editur et ſcribitur; nec dixeris vnde ita placuerit; etſi recte et illud dicitur. §. 3. *Amphitruo Electryonem occidit* temere et caſu; cf. Schol. Il. ξ, 323. at ira commotus, apud Heſiod. Sc. Herc. 10 ſq. §. 6. *Amphitruo cum Alcmena Thebas venit:* hoc exſequitur Heſiod. Sc. Herc. pr. et v. 79 ſq. Ad ſeqq. cf. Schol. Il. ξ, 323. et ex Pherecyde Od. λ, 265. ὑπὸ Κρέοντος. Herculis Thebani facta et fata ad Thebanas hiſtorias accommodare difficile eſt. In Laii tempora haec erunt reiicienda, vt apud Herodot. V, 59. factum, Creonte adhuc adoleſcente; ita in eiusdem extrema et Oedipi prima tempora cadent Herculis res geſtae. §. 7. λεγούσης Ἀλκμήνης. ſaltem ad ſolum Amphitruonem: Heſiod. v. 15. De *Vulpe* hac *Teumeſſia* vid. Antonin. Lib. Met. c. 41. extr. et ibi doct. Interpr. Tz. Chil. I, 20. v. 553. qui ad Apollodorum provocat. Palaeph. 8. Pauſan. IX, 19. Svid. in Τελμίσια, (nam confunditur plerumque Teumeſſus et Telmiſſus) vbi ex

Cyclicis fabulam acceptam ait. Ovid. Met. VII, 762 sq. vbi vid. alios. De Teumesso vid. Fragmenta Antimachi apud Schellenberg p. 52.

s. 7. §. 2. De *Procride* vid. inf. III, 15, 1. De *cane Procridis* vid. Anton. Lib. l. c. Hygin. Astron. II, 35. Eratosth. 33. et quos laudat Heins. ad Ovid. Met. VII, 754. §. 3. *Amphitruonis expeditio in Teleboas* fama fuit valde clara apud veteres poetas. v. Hesiod. Sc. Herc. pr. Idem v. 23. inter socios memorat Boeotos, Locros, Phocenses. Nec illa expeditio sine nauibus fieri potuit, quarum tamen nusquam sit mentio. An ergo, antiquiores Teleboas in continente habitasse illa adhuc aetate, acceperant narratum poetae? — *Panopeus* Phoci et Asteropeae f. vid. Pausan. II, 29. p. 178. idem qui cum Crisso fratre in vtero est altercatus: Lycophr. v. 939. de eius periurio ibid. v. 932. cf. Vauvilliers ad Sophocl. Electr. p. 28. §. 5. Parum subtiliter haec tradita esse a poetis, nec Cephalleniae nomen ad Taphum spectare, monitum iam est a doctissimo scriptore Strabon. X. p. 699. B. (456.) Add. eund. p. 704. B. (459.) p. 709. A. (461.) Ad praedam ex insulis abactam spectat locus Anaximandri ἐν τῇ Ἡρωολογίᾳ ap. Athen. XI. p. 498. c. „Ἀμφιτρύων δὲ τὴν λείαν δασάμενος τοῖς συμμάχοις, καὶ τὸν σκύπφον ἔχων, ὃν εἵλετο, αὐτῷ.„ (sibi seruasse scyphum innuit.) καὶ πάλιν· „τὸν δὲ σκύπφον Τηλεβόῃ δίδωσι Ποσειδῶν παιδὶ τῷ ἑαυτοῦ, Τηλεβόης Πτερέλεῳ. (Est hoc nobile illud poculum, καρχήσιον, ap. Pherecydem, quod aut ipsum aut simile aliud Iupiter Alcmenae obtulerat: v. Athen. XI. p. 474. F. et alia apud Sturz. Fragm. Pherecydis p. 104. 106.) τοῦτον ἑλὼν ἀπέπλεεν.„ (Teleboes hic, qui Taphius Apollodoro est II, 4, 5. §. 4.) Ad locum de poculo bene laudatur Plauti Amphitr. I, 1, 104. 5, 263. in quo, vs. 49 sq., plura ad hanc expeditionem spectant.

ſ. 8. *Amphitruonis reditus* titulo, litteris Cadmeis ſcripto, tripodis in templo Apollinis Iſmenii, nobilitatus apud Herodot. V, 59. Ἀμφιτρύων μ' ἀνέθηκεν (vt bene Wolf. emendauit) ἰὼν ἀπὸ Τηλεβοάων. De tituli antiquitate dubitari poſſe, iam alibi, et ab aliis, eſt monitum. *Iouis Amphitruonem mentiti* nota fabula. Loc. claſſ. eſt Il. τ, 98 ſq. cf. laudd. ad Hygin. f. 29. vbi et Hercules τριέσπερος, (de quo docta nota Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 21). In vna nocte acquieſcit Heſiod. Sc. Herc. 35 ſq. add. ſupra laud. Schol. Il. ξ, 323. et Od. λ, 265. vbi ex Pherecyde res narratur. Diodor. IV, 9. τριπλασίαν τὴν νύκτα ποιῆσαι. τὰ γενόμενα παρὰ Τηλεβοῶν, *quae geſta erant a Telebois*, victor de victis vix commemorauit; ſed res a ſe geſtas παρὰ Τηλεβόαις, ap. Teleboas. §. 5. De ſerpentibus eliſis v. Theocr. Id. 24. Pindar. Nem. 1, 53 ſq. Contra de Iunone lactante puerum noſter nihil meminit: vid. Diodor. IV, 9. Eratoſth. c. 44. Hygin. Poet. Aſtron. II, 43. Pauſan. IX, 25. p. 758.

Ceterum peruentum nunc eſt ad *Herculem:* de quo quanta fabularum eſt congeries! quanta varietas! Scilicet, primo variae fuere et religiones et narrationes ab vltima antiquitate repetitae; fuit Hercules in Coſmogoniis ad roboris notionem declarandam inuentus; idem mox adverſus Gigantes a diis arceſſitus, vt ſup. I, 6, 2. etiam ille ab Orphicis celebratus, ſi Athenagorae fides c. 15. cf. Suffrid. p. 37. 38. it. Damaſcius in Excerpt. in Wolf. Anecdot. Gr. p. 253 ſq. Inductus mox in Graeciam Hercules Tyrius, Aegyptius, Idaeus. Translatae tandem omnes hae, tam variae indolis, fabulae *in Herculem Thebanum:* fierique adeo potuit, quod apud Sextum eſt adv. Phyſ. p. 557. fuiſſe apud Thebanos ſtatuam cum titulo: Ἀλκαῖος Ἀμφιτρύωνος Ἡρακλεῖ χαριστήριον. cum nomen eius verum *Alcaeus* fuiſſe narretur. cf. inf. ſ. 12. Vt vero

in Thebanum omnia deriuarentur, cauſſa repetenda eſt a claritate ſtirpis Heraclidarum, a narrationibus per patres acceptis, a carminum antiquiorum, quibus celebratum nomen erat, numero; a fabulis Thebanis; a certaminum Olympicorum celebritate, quorum origo cum ad ipſum referri ſoleret, victorum laudes Herculis memoriam facile in ſocietatem admittebant; tandem hiſtoricorum, rhetorum et grammaticorum opera acceſſit. Pherecydis auctoritas memoratur antiquiſſima, tum Acuſilai: vid. inf. c. 5, 7. Verum et Hecataeus Herculis res attigerat: v. c. Steph. Byz. in Ψωφίς. et Hellanicus: cf. ad c. 5, 8, et 9. de Heſione. Carmina Ἡρακλείας nomine inſcripta fuere plura, in his nobiliſſimum *Panyaſin* auctorem habuit; aliud, ſed obſcurius, *Nymphios* Heracleotae aliquoties a Schol. Apollon. et ab Athenaeo p. 619. F. memoratum. Aliud *Piſandri Camirenſis*, de quo cf. ad Virgil. Aen. II. Exc. 1. et *Cinaethon* ἐν τῇ Ἡρακλείᾳ laudatur in Schol. Apollon. I, 1357. Ex antiquioribus illis poetis ſi Heſiodum exceperis, ne vnum quidem habemus ſuperſtitem: itaque pro fontibus nunc nobis ſunt riuuli; quos paſſim adſcriptos videas, v. c. ad Hygin. f. 30. ad Silium Ital. lib. III, pr. ad Plaut. Perſ. I, 1, 3. Vide inprimis chorum in Eurip. Herc. fur. 358 ſq. Magna eſt operum veterum, inprimis anaglyphorum, ad Herculem ſpectantium copia, quae poſt Bergerum plenius et doctius collecta haberi velim; eminet in iis Anaglyphum Farneſium, nunc in Villa Albani ſeruatum, tectorium verius quam marmor, a Sponio, Gorio ad Donium, et diligentius a Corſinio nuncque ab Abb. Caietano Marino *Deſcrizioni antiche delle Ville Albani* p. 150 ſq. editum, quod Herculem in Olympo inter Satyros cum Hebe recumbentem, et nectar bibentem, peracta in terris expiatione, cum ſacris Herculi inſtitutis primum ab Admeta,

Iunonis Argivae ſacerdote, Euryſthei filia, exhibere creditur, res autem Herculis titulo complectitur, quem vtinam minus lacunoſum et corruptum haberemus. Adſcriptum eſt nomen Ευρωπη, quod nomen eſſe ſuſpicor carminis ad quod anaglyphum forte fuit adornatum; vt Tabula Iliaca efficta ex carmine, cuius nomen adſcriptam Ιλιας μικρα. Certe ludicra eſt Herculis adumbratio inter Satyros potantes: vnde de Satyrico dramate aliquando cogitabam; in quod etiam inciderat Viſcont. Pio-Clement. Tom. II. p. 54. Apud Pauſan. IX. 5. p. 721. l. 2. memoratur ὁ τὰ ἔπη τὰ εἰς Εὐρώπην ποιήσας. Mneſimachus ἐν τῇ Εὐρώπῃ apud Schol. Apollonii II, 1017. geographica perſequutus eſſe videtur. In iis, qui veteres fabulas conquiſiuerant, fuit Herodorus, cuius XVII. libri τοῦ καθ' Ἡρακλείαν λόγου memorantur v. c. ap. Athen. IX, f. Hunc noſter ſequitur v. c. 6, 3. f. in aliis primo loco Pherecydem.

§. 9. *De inſtitutione Herculis* quam diuerſa tradita! v. Theocr. 24, 102-133. vbi v. Wart. Add. Schol. ad Id. 13, 9. — παλαίειν δὲ ὑπὸ τοῦ Αὐτολύκου. notum nomen Autolyci. Mercurii f. furtis clari, iam ex Odyſſ. τ, 396. v. ſup. ad I, 9, 16. §. 8. Egerat de eo Heſiodus in Eoeis, vnde verſus eſt in Etymol. in ἀίδηλα. et ap. Schol. in Lycophr. vſ. 344. Celebratus ille Euripidis dramate Satyrico, Autolyco. Apud Theocr. l. c. 114. eſt Harpalycus Panopeus. Iam et Autolycus in Parnaſſo habitauit, vt ex Homero notum et Pauſan. VIII, 4. p. 605. Licet adeo ſuſpicari pro ignoto prorſus Harpalyco reponendum Αὐτολύκῳ Φανοτῆι, etſi de eius arte luctandi memoria alia extet nulla. *Eurytus* pro eodem rege Oechaliae, Ioles patre, habetur; ſaltem is, qui arcu excelluit, Οἰχαλιεὺς fuit, Odyſſ. θ, 224. Pro Euryto alii Teutarum Scythen habent: in his Herodorus et Callimachus apud Schol. Theocr. 13, 56. add. Schol. Lycophr. 50. (vbi et Rhada-

manthus ab aliis pro magiſtro habitus) et 458. Pro Lino Chiron ab aliis memoratur, vt Eratoſth. c. 40. bene emendatus a Koppiers. Obſſ. p. 127, 8. Linum Orphei fratrem ſupra ediderat Apollod. I, 3, 2. Debuit tamen is qui Herculem erudiit, eſſe ſerior alter, vt bene Thebani contendebant apud Pauſan. IX, 29. f. p. 767. — §. 2. Verba *καὶ Θηβαῖος γενόμενος* haud dubie ſpuria ſunt, et ab interpretamento profecta. *ἐπιπλήξαντα γὰρ αὐτόν.* non eſſe poteſt modo, obiurgantem, ſed, *verberantem.* Alias Rhadamanthi lex non haberet locum. Iudicium hoc caedis in Herculem conſtitutum, laudatamque Rhadamanthi legem, qua caedem ad iniuriam vltro illatam vlciſcendam factam reo non imputari poſſe ſancitum eſt, neſcio an alibi inuenias: frequens tamen iudiciorum caedis factae memoria eſt in antiquioribus fabulis; id quod ipſa tempora ferebant. Tragici autem cauſſas *Φονικὰς* in ſcenam produxere, vt in Cephalo, Daedalo, Oreſte. In Heracliis ita quoque Hercules. §. 3. *εἰς τὰ βουφόρβια.* Apud Diodor. IV, 10. in gymnaſio educatur; ita variarunt ii, qui haec ornare volebant. §. 4. Speciem corporis heroum tradere coepere Sophiſtae in heroum laudibus, genere eloquentiae epidictico: in Hercule iam praeiuerant Hieronymus philoſophus (haud dubie Rhodius, Peripateticus) et Dicaearchus: e quibus translata vid. ap. Clement. Alex. p. 26. Noſter tamen Herodorum etiam in hoc capite ſequutus eſt, ſi modo vera tradit Tzetzes Chil. II, 36. v. 210. *ὅν περ ὁ Ποντικός Φησιν Ἡρόδωρος συγγράφων — ἔχειν τεσσάρων μὲν πηχῶν μῆκος καὶ ποδιαῖον.* cf. ibid. 364-6. Habuit ille hoc ex Schol. Lycophr. 662. *τεσσάρων δὲ πηχέων ἦν ὁ Ἡρακλῆς καὶ ποδὸς ἑνὸς, καθάπερ ὁ Ποντικὸς Ἡρόδωρος* (non *Ἡρόδοτος*) *ἱστορεῖ* primoque loco Schol. Pindari Iſthm. 4, 87. vbi *Ἡρόδωρος ἐν Οἰδίποδι* laudatur. Ita ne inter Tragicos Herodorus fuit? Immo

ſcriptor fuit pedeſtris, qui Herculis rebus forte alias fabulas Thebanas attexuerat. De quatuor cubitis ingenioſa eſt Böttigeri ſuſpicio ductum hoc eſſe a ſcena; nam tragicam eam fuiſſe menſuram colligit exemplo figurae quatuor cubitorum in pompa Dionyſiaca Philadelphi ductae Alexandriae apud Athen. V, 7. p. 198. A. — §. 5. ὀκτωκαιδεκαέτης. Hoc anno vtebatur Apollodorus in Chronographicis pro cardine chronologiae: computabat enim inde LXXXIII. annos vsque ad Troiam captam v. inf. in Fragm. Chronicor, e Clemente Alex. Strom. I. p. 381.

ſ. 10. Nota, iam ab antiquis facta, confuſio *Theſtii* et *Theſpii*, *Theſtiadum* et *Theſpiadum*, vid. ad Hygin. f. 162. ad Antonin. Lib. p. 86. Weſſel. ad Diodor. IV, 29. Poſſunt diſtingui et internoſci *Theſtius*, Pleuronis rex in Curetibus, cuius fabulae ad Aetoliam pertinent; de eo ſup. I, 7, 7. et 10. eius filii interfuere venationi apri Calydonii. I, 8, 2. §. 4. filiae erant Leda et Althaea cf. obſſ. ad I, 7, 10. Alius eſt Theſpiarum conditor, quem Theſpium, non Theſtium, appellatum fuiſſe credas, Athenienſis, Erechthei filius, L. filiarum pater: de hoc agi puto II, 7, 6. et II, 7, 8. cf. Pauſan. IX, 26. 27. Idem h. l. intelligendus, et Theſpiades, quarum ſigna a Cleomene (Plin. XXVI, 4, 10) e marmore, ab Euthycrate aere expreſſa erant (Plin. XXXIV, 19, 7), eſſe debuere. Fabulam Θεστίου Ephorus quoque attigerat lib. I. vt ex Theone Soph. Progymn. c. 2. p. 16. colligo. Ceterum minus libidinoſum Herculem dedit Apollodorus, quam alii, qui modo ſeptem noctibus (vt Herodorus apud Athenaeum p. 556. F.) modo vna nocte (vt Ephorus l. c. ἅμα.) L. puellas puellari flore priuatas narrant. Liberos ex Theſpiadibus ſuſceptos infra c. 7, 8. recenſet. §. 2 Vulgo *leonis Nemeaei exuuiae* illae fuiſſe narrantur; in quo praeiuit Piſander Rhodius vid. Eratoſth. c. 12.

ſ. 11. De *Ergino* vid. Diodor. IV, 10. qui omnino Apollodorum hic inſpexiſſe videtur. Pauſan. IX, 37. qui et oraculum de liberis ſuſcipiendis ei datum appoſuit, (quod illuſtrat Ruhnken. Ep. crit. p. 221.) et, non caeſum ſed bello ſuperſtitem fuiſſe narrat, cf. c. 25. p. 758. med. porro Schol. Theocr. 16, 105. apud quem τὰ τεθρυλλημένα ἐπὶ 'Οργίλῳ τῷ 'Ορχομενίῳ ſunt ἐπὶ 'Εργίνῳ. item Burmanni Catal. Argonaut. Ergini filii fuere Trophonius et Agamedes, vates. Beneficium Herculis in Thebanos a tributo liberatos memorat Eurip. Herc. fur. 50. 220. 560. §. 5. λαβὼν ὅπλα παρ' 'Αθηνᾶς, ſcil. a perpetua comite, cuius miniſterio in Heracliis omnia geſta; praeiuerat tamen ipſe Homerus pluribus locis, vt Il. ϑ. 364 ſq. υ, 146. Ceterum in hoc bello cum Minyis, Cephiſſo obſtructo, Orchomeniorum fines vndis merſerat Hercules: Pauſan. VIII, 38. Diodor. IV, 18. f. et ib. not. Eadem in primis verſibus Anaglyphi Farneſii expoſita: Ηρακλης εννεα γενομενος (excidit forte δέκα. Corſin. em. ἐν ἥβᾳ) Μινυαν (τῶν Μινυᾶν inf.) Ορχομενον ειλε ταν πολιν, Εργινον φονευσας τον βασιλεα, και ταν λιμναν επι του πεδιου εσχησεν αυγοις αποφραξας. . . (corr. ἐςχέας, ἐναύλους ἀποφράξας Μέλανος vel Κηφισοῦ). §. 6. Megara, Creontis filia ex Henioche: cui cum marito ſupplex factus erat Amphitruo in Sc. Herc. 83. Eurydice eſt ap. Sophol. Antig. 1194. Filiorum e Megara idem recenſus inf. c. 7, 8. p. 163. ſed Deione addito, vbi cf. Gal. Contra vero alii tres vel duo commemorant: tres Euripid. Herc. fur. 474. duo Hygin. f. 32. et 31. vbi vid. not. p. 90. Diuerſitas quoque et corruptela nominum occurrit. Omnino videndus Schol. Pindari Iſthm. 4, 104, vnde patet noſtrum conſentire fere cum Dinia Argiuo (Δεινίᾳ, quod pro Αἰνείᾳ iam legere iuſſit Valkenar. ad Theocr. p. 304). Add. Schol. Lycophr. 662. et 48. Schol. Od. λ, 268. et

Euftath. §. 7. Pyrrha fuit, quam et Mofchus memorat IV, 52, e qua Protefilaus ab Iphiclo fufceptus: alii tamen Protefilai matrem Aftyochen edunt, ap. Euftath. p. 323. f. Diomedeam alii ap. Hygin. f. 103. De *Rhadamantho*, nunc inter nos iuftitia claro, (cf. fup. f. 9. §. 2. inf. III, 1, 2 f.) fabulae olim fuere plures, quam nunc vulgo notae funt: antiquiorem aliquem, quem Minos aemulatus eft, tradiderat Ephorus ap. Strabon. X. p. 730. B. Alia Cinaethon tradiderat apud Paufan. VIII, 53. p. 707. Ab adulatorum fraudibus intactum praedicat Pindar. P. 2, 133. Fuit et tragoedia Euripidis Rhadamanthus. Amatus videtur fuiffe a Ioue, vnde ξανθὸς Ῥαδάμανθυς in Od. δ, 564. idem in inferis habere Alcmenam coniugem, vid. Antonin. Lib. 32. extr. et Herod. Attic. Infcript. Regillae fub fin. at fecundum alios, in quibus eft fides Plutarchi in Lyfandro Tom. I, 449. D. E. poft Amphitruonis ftatim mortem eam duxiffe traditur, quos nofter §. 8. fequitur. E Creta fugiens, fratre occifo, vt Schol. Lycophr. 50. (vnde Eudoc. p. 210), feu ex infulis, vt inf. III, 1, 2. in Boeotiam peruenerat. Apud Homerum Od. η, 323. 4. ad inuifendum Tityum in Euboeam a Phaeacibus deductus effe narratur; cf. fup. Obff. ad I, 4, 1. §. 4. Amauerat Atymnium, vt inf. III, 1, 2. intelligitur, pro quo Licymnium edit Philoftr. Ep. 46. at Talum amafium ex Ibyco Athen. XIII. p. 602. §. 9. Quae hic fequuntur de armis Herculis a diis datis alieno loco pofita funt: forte incuria ipfius fcriptoris, qui excerpta ex antiquiore libro non bene digefferat; nifi e margine illata funt. Saltem locum fuum habuiffent fup. poft II, 4, 9. §. 1. vel §. 4. Obferua h. l. promifcue memorari arma Herculis, arcum, enfem, thoracem, peplum, clauam: cum fedulo ab aliis diftinguatur in cultu Herculis claua cum exuuiis leonis, ab arcu et pharetra. Quam

varie hac de re a veteribus traditum ſit, nota nunc res eſt poſt Winckelmanni monita: nam in Strabone XV. p. 688. C. (p. 1009. B.) Piſander Camirenſis, ſecundum alios apud Athenaeum XII. p. 512. F. Steſichorus vel Xanthus lyricus primi clauam et λεοντῆν et arcum Herculi tribuerunt. Non huius loci eſt, nec refert, haec copioſius perſequi. Conuenit antiquiorem habitum eſſe in Odyſſea λ, 606. vbi arcum cum pharetra habet ex balteo ſuſpenſa; et in Gigantomachia arcu et ſagittis vſus inductus erat, ſup. Apollod. I, 6, 1. §. 7. 2. §. 1. 5. Signum Herculis antiquiſſimum Thaſiorum Olympiae conſecratum erat, cum claua in dextra, et arcu in laeua ap. Pauſan. V, 25. p. 445. habitum illud ſignum Herculis Tyrii. Variarunt arma et habitum poetae et ſculptores pro rerum et conſilii varietate: enſe cinctus adſtabat Hercules Atlanti in arca Cypſeli Pauſan. V, 18. p. 423. herois habitu, armatus clipeo, thorace, ocreis, etiam arcu et pharetra, de curru cum Cygno pugnare memoratur in Hercul. 123 ſqq. etſi locum e variis carminibus contextis prodiiſſe ſatis patet. Apud poetas ſequiores, promiſcue modo hoc modo alio habitu Herculem exhiberi, lectio poetarum docet. Apud Sophocl. Trachin. 519 ſq. arcus, haſta, claua iunctim memorantur. Variant aut cumulantur arma pariter in gemmis et aliis operibus artis; etſi claua et ſpolium leonis in communi more habita ſunt. Veſte indutus fuit etiam ea, qua a Deianira miſſa contabuit. Ceterum diuerſos noſtrum auctores ſequi, patet etiam ex hoc, quod ſup. pag. ſ. 11, 5. ὅπλα παρ' Ἀθηνᾶς accepiſſe memorabatur.

ſ. 12. *Furor Herculis.* egregie narratus a Moſcho IV, 13 ſq. Fuit Neſtoris de eo narratio in carmine Cyprio. cf. Diodor. IV, 12. hic ab aliis ſerius poſt reditum ex inferis memoratus vid. Hygin. f. 32. Schol. Lycophr. 38.

Alterum hoc Tragici ſequuntur, Euripides in Hercule furente; et Seneca. Fuit quoque Epicharmi Ἡρακλῆς παράφορος. Euripidem expreſſit Philoſtrat. Imag. II, 23. Eſt haec Herculis inſania etiam inter medicos celebrata; nam ἐπιληπτικὸν Herculem fuiſſe crediderunt, vnde etiam Ἱερὰ νόσος dicta; v. Ariſtot. Problemat. ſect. 30, 1. Facta natorum ab eo caeſorum mentio Pindaro. vid. Fragm. p. 152. CLXVI. Aliis bis inſaniiſſe narratur Hercules; iterum poſt Iphiti mortem inf. 6, 2. Cum Apollodoro conſentanea narrat Nicolaus Damaſc. in Excerpt. p. 441. 2. Omnino in Herculis rebus plures ſunt repetitiones eiusdem facti ad tempora diuerſa referri ſoliti, vt caedis factae, luſtrationis, ποινῆς; quod nemo miretur, ſi tot poetarum ſtudia in iisdem fabulis collocata meminerit. Nunc luſtratur Hercules a Theſtio; de quo paullo ante ſ. 10. Infra c. 6, 2. a Neleo repudiatus, luſtratur a Deiphobo. Ita etiam bis terue exulat; exilium autem non tam poena erat caedis factae, quam potius vltionis a propinquis metuendae effugium, hoc tamen loco ſibi ipſe exilium irrogaſſe dictus videtur. §. 2. τὸ δὲ πρότερον Ἀλκείδης προσηγορεύετο. Ita nomen eſt patronymicum, proprie deſignans υἱὸν vel υἱωνὸν τοῦ Ἀλκέως. Sunt autem patronymica plura, quibus alioqui poetae tantum vtuntur, pro propriis indita; vix tamen in heroica aetate. Ἡρακλείδης ap. Aelian. V. H. II, 32. legitur, haud dubie vitioſe. Pauſanias, qui etiam ita ſcripſiſſe memoratur ap. Euſtathium, Gloſſographus ille, non periegeta Graeciae, in codicem pariter corruptum inciderat. At alii ipſum Herculem antea *Alcaeum* appellatum, nomine aui, acceperant: idque analogiae magis conuenit; ſic Diodor. IV, 10. Euſtath. p. 989. l. 42. Schol. Pindari O. 6, 115. Sext. Empir. p. 557. vbi cf. Fabric. Eſt etiam nomen antiquum *Alcaei* in Anaglypho Farneſio: in ara cum tripode impoſito;

Ἀμφιτρύων ὑπὲρ Ἀλκαίου τρίποδ' Ἀπόλλωνι ἀνέθηκε. . . . quae ibi ſubiiciuntur verba, lacunoſa ſunt; quae Viſconti Muſ. Pio-Clem. IV. p. 78. ingenioſe explet *δαφνηφορήσαντος ἀπέφηνεν* pro *φονεύσαντος*, ex Pauſan. IX, 9. apparet tamen, Herculem eum in poſterum appellatum eſſe, ex ſeqq. *τὸ γὰρ κατ' ἀρχὰς οὐχ Ἡρακλῆ, ἀλλ' Ἀλκαῖον αὐτὸν καλεῖσθαι.* *Palaemonis* nomen in oraculo eſt ap. Schol. Lycophr. 662. Sunt tamen verba corrupta: *ὁ δὲ χρησμὸς οὕτω πως ἔχει „οὐκ ἔτι Παλαίμων κληθήσεαι, αὐτὰρ Ἀπόλλων Ἡρακλέα δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει. ἐξ Ἥρας γὰρ ἐν ἀνθρώποις κλέος ἄφθιτον ἥξεις.„* Totum hoc oraculum eſſe ſerius effictum, per ſe patet; primus vero verſus nequidem oraculi eſt, ſed editoris Potteri. In codd. erant tantum verba: *οὐκ ἔτι Παλαίμων κληθήσῃ. Ἡρακλέα δέ σε* etc. *Παλαίμων* probabile fit natum eſſe ex corruptela vocri *Ἀλκαῖον.* Si quis talis verſus fuit, ille dudum interierat. Alter verſus propius accedit ad morem oraculi: *Ἡρακλῆ δέ σε Φοῖβο: ἐπώνυμον ἐξονομάζει.* In capite verſus legitur varie: *Ἡρακλέην δέ, Ἡρακλῆν δέ, Ἡρακλέα δέ, Ἡρακλῆ δέ,* et al. Si nullus alius verſus praeceſſerat, debuit eſſe: *Ἡρακλῆά σε.* Tertius autem verſus grammaticum acumen ſapit, nam etymum vocis declarat. Cum autem nec in hoc omnes conſentirent, duo verſus habemus pro vno; nam alii verſum ſic prodiderunt, vt ad *κλέος ἐξ Ἥρας* referant, quia famam nominis ex Iunonis odiis adeptus erat: interpretationem tamen et hi variis modis inſtituunt: quos v. ap. Etymol. in *Ἡρακλῆς.* add. Diodor. l. c. qui ad ipſa Herculis incunabula nomen datum refert. Alii quod a Iunone appellatus, Porphyrionis Gigantis vim depulerat (de quo Apollodor. I, 6, 2. §. 1.) ſic in Etymol. l. c. Ptolem. Hephaeſt. At alii etymon ita conſtituerant, vt ab *ἦρα, τὰ ἐπίηρα, grata* et *iucunda,* referrent: „*ἦρα* (h. e. bene-

facta) γὰρ ἀνθρώποισι φέρων κλέος ἄφθιτον ἕξεις.„ qui hoc amplexi ſunt, aut ἦρα ſcripſerant, aut aſperum ſonum haud curaſſe videntur. Sic verſus ſcriptus legitur apud Aelian. V. H. II, 32. Euſtath. p. 989, 42. Etymol. in Ἡρακλῆς. Svidam in Ἡρακλῆς ξενίζεται. Nomen Νεῖλος eſt apud nugiuendulum Hephaeſt. Ptolem. p. 310. et apud Etymol. in Ἡρακλῆς: vbi plures nugae grammaticorum propinantur.

Cap. 5.

ſ. 1. Caput hoc ante oculos habuit Anonymus ab Allatio editus (in Excerpt. Var. Ro. 1641. 8.) et Tzetza in Chiliad. II, 36. conf. Diodor. IV, 12 ſq. qui res Herculis rhetorice ornauit ad pragmaticae hiſtoriae morem, ſequutus, vt ſuſpicor, Matridem, cuius Encomium Herculis olim lectum eſt: Athen. X. pr. p. 412. B. niſi Dionyſius Mileſius, quem in ceteris auctorem habuit Diodorus, huic praeiuerat. Aliud Herculis Encomium fuit Caucali, rhetoris Chii, qui Theopompi hiſtorici frater fuit: ap. Athenaeum l. c. §. 2. ἐκ Τυφῶνος γεγεννημένον. apud Heſiod. Θ. 326. ex Ortho, Typhonis f. et Echidna. Auctor Laudum Herculis, quem Nemeſianum eſſe ſuſpicatur Wernsdorf. in Poet. min. T. I. *Chimaerea cretum de gente* facit leonem v. 76. At eum e Luna delapſum narrauerant alii; Schol. Apollon. I, 498. Tatian. adv. Gent. 45. p. 99. vbi vid. Not. Worthii. Gesner ad Claudian. XXIV, 288. Vt alia ex Herculis rebus geſtis translata ſunt in Theſeum, ſic et taurus ab eo domitus Marathonius; pro Molorcho excepit eum Hecale, (Plutarch. in Theſ. p. 6.) quae argumentum ſuppeditauit carmini Callimachi. Ad hiſtoriam autem, quam appellant, naturalem ſpectat hoc, quod Graeciam aetate antiquiore frequentarunt leones, quippe terram tum paludoſam et ſilueſtrem; ſerius non niſi in Macedoniae et Thraciae montibus viſebantur:

Xenoph. de venat. II, 1. nunc nec in his locis. §. 2. *Molorchus:* hoſpitio Herculis clarus: cf. Tibull. IV, 1, 13. et ib. Broukh. eum ab Hercule necatum clauamque ereptam alii narrarant, vt diſco ex Ampelio c. 2. p. 13. Videtur hoſpes pro fauſto profectionis ſucceſſu vota facere voluiſſe victima Ioui caeſa: quod Hercules fieri noluit, ſed iuſſit ſeruare victimam, nec mactare ante diem XXX. tum fauſto reditu Herculis accepto Ioui Seruatori ſacrum voluit eum facere, ſin non redierit, inferias ei facere; an victima eadem caeſa, dubito; nam aliena eſt victima ab inferiarum ritu. §. 4. Ceterum tenendus ex h. l. *modus enecandi leonem.* cf. Diodor. l. c. Diuerſa ratio ap. Theocr. v. 267. vbi a tergo ſtringitur Herculis brachiis, idque cautius. §. 6. *Euryſthei metus lymphaticus.* Apud Diodor. l. c. IV, 12. poſt aprum Erymanthium memoratur. Seqq. exſcripſit fere Tz. Chil. II, 36. v. 236 ſq. Viſitur res in tabula expreſſa inter Pictur. Herculan. Tom. III. t. 47. etſi ſpecies Herculis ibi eſt non oſtentantis aprum, ſed ei, qui in dolio defoſſo ſtat, minantis claua. Statu magis conſentaneo exhibetur in numis Perinthiorum et Pergamenorum: quos videbis memoratos ab Eckhelio et Raſchio; in his autem *vas exiguum* appoſitum eſt, magis ad denotandum et innuendum Euryſthei metum, quam ad declarandum; eſt quoque Paſta ex antiqua gemma expreſſa, et ipſa antiqua, in Muſeo Stoſchiano, nunc R. Boruſſ. de qua v. Winkelm. *Cabinet de Stoſch.* p. 274. in quo ſpecies Euryſthei ſimilis eſt Diogeni Cynico in Anaglypho ap. Winkelm. Mon. ined. t. 274. Nec tamen *dolium*, πίθος, tali forma ac ſpecie, cum conſilio ſe occultandi conuenit, nec cum verbis πίθον χαλκοῦν ὑπὸ γῆς, quae οἴκημα, cubiculum, cellam, ſub terra declarant, eamque munitam et tutam, quippe ex aere, χαλκοῦν. Scilicet petitum hoc eſt ex antiquo poeta, qui Homeri

exemplo κέραμον χαλκοῦν dixerat nam et ille Martem ait ab Aloidis habitum vinctum χαλκέῳ ἐν κεράμῳ. Apparet vocem antiquam fuiſſe κέραμον de aedicula qua quis incluſus ſeruabatur. Qui πίθον ſubſtituerunt, ante oculos habuiſſe videntur dolia figulina, veterum more valde capacia et in terram defoſſa. §. 7. Κοπρέα. *Copreus* is, de quo Il. ο, 639. vbi v. Schol. Eundem in Heraclidis Euripidis inducit ad repetendos Herculis liberos ab Euryſtheo Athenas miſſum. Notabile autem in noſtro, quod *Pelopis* filium eum edit, τοῦ Ἠλείου. Perſei filium Ἕλειον vidimus ſup. II, 4, 5. §. 2. in quo variabatur ſ. 7. §. 3. Nunc in codd. eſt Ἠλίου. Palmerius emendabat Αἰλίου τοῦ Πέλοπος, nomen mihi prorſus ignotum. Male vero putauit, patrem Pelopis h. l. memorari; immo vero eſt Pelops Elidis rex, Clienſis ſeu Eleus. Alius Copreus, Haliarti Boeotiae rex, memoratur in Schol. Il. ψ, 346. qui acceptum a Neptuno Arionem equum Herculi dono dedit. Ἴφιτον κτείνας. *Iphitus* hic quis fuerit, non ſatis liquet. Videtur res in Elide geſta. Euryti f. eſſe non poteſt, de quo inf. c. 6, 2. Iphitus Nauboli f. qui inter Argonautas fuit, I, 9, 16. §. 8. erat Phocenſis. Alter, Hippaſi f. cum ex Peloponneſo veniſſe dicatur Hygino, poſſit intelligi, ſi plura de homine conſtarent. Nobilis Iphitus eſt Eleus, qui ludos Olympios inſtituit, ſed is multo ſerius vixit.

ſ. 2. De *Hydra* magna fabularum diuerſitas: vid. ad Hygin. f. 30. re varie a poetis tractata. Ipſa ſpecies valde diuerſa, etiam in operibus priſcae artis. Antiquioribus monſtrum eſt corpore belluino, capitibus anguineis: vnde Lucret. V, 27. *Lernaeaque peſtis Hydra venenatis vallata colubris* h. *colubrorum capitibus*. Capitum quoque numerus varie traditus, nouem ab Alcaeo ap. Schol. Heſiod. p. 257. l. quem noſter ſequitur; alii centum et ſic porro.

v. ad Hygin. p. 83. 10. *μυριόκρανον κύνα Λέρνας* appellauit Euripides Herc. fur. 419. *canem* communi monſtrorum appellatione, de qua egit Ruhnk. Epiſt. crit. p. 60. Sed iam ante Alcaeum Piſander Camirenſis capita plura Hydrae affinxerat, vt ex Pauſan. II, 37. p. 399. 400. diſcere licet. §. 4. Male vero hoc narratum, et percuti et reſcindi capita potuiſſe, ſi quidem *ἄτρωτος* erat. Scilicet duae poetarum rationes permixtae: antiquior, vt Hydra ferro vulnerari nequiret, altera ſerior, vt capita renaſcerentur. §. 5. *Iolaus:* vid. ſup. II, 4, 11. p. 113. perpetuus Herculis comes vid. Pindar. I, 1, 21. N. 3, 21. cf. ad Hygin. p. 85. ed. v. Stav. nomen eius in *τῶν ἄλλων* latere apud Eratoſth. c. 11. bene vidit Gale, cf. Koppiers obſſ. p. 108. §. 6. *εἰς Ἐλεοῦντα.* nulla huius loci memoria praeterquam apud Stephan. Byz. in Ἐλαιοῦς. quae ad Helleſpontum eſt: *ἔστι καὶ Ἄργους Ἐλαιοῦς· τῇ χολῇ.* Sic et Diodor. l. c. IV, 11. ex vulgari opinione, qua veneni vis modo in ſanguine modo in felle latere credebatur. Narratur autem apud Nicand. Ther. p. 48. ed. Gorr. et ipſe Iolaus ab hydra ictus per panaces eſſe ſanatus.

ſ. 3. Dianae conſecrata erat Cerua a Taygete Nympha, Pindar. Ol. 3, 53. (vnde emend. Tz. Chil. II, 268.) vbi et *χρυσόκερως. χρυσοκάρανον δόρκαν* dixit Eurip. Herc. fur. 375. *Cornutam* ceruam, inſolitae naturae, multi veterum memorant: v. Schol. ad e. l. Weſſel. ad Diodor. p. 258, 72. et ad hanc venationem refer fragm. Euripidis in Temenidis XVIII. Quod aereos pedes noſter non memorat, miror ſane. — *διὸ καὶ* ſc. quia ſacra deae erat, nolebat, etiam hac de cauſſa, occidere, ſed viuam capere. — §. 2. *συνεδίωξεν ὅλον ἐνιαυτόν.* vsque ad Hyperboreos delatus: vid. Pindar. l. c. vſ. 46. 24. Callim. in Dian. 102. Vt ſibi conſtet narratio neceſſe eſt putare, ceruam inde

repetiisse consueta loca in Arcadia, siquidem in ea Hercules illam viribus fractam consequutus est. *Artemisius* mons est apud Oenoen, vicum Argolidis. Pausan. II, 25. Οἰνόη et Οἰνώη scripta, vnde *Oenoatis* Diana, vt Eurip. Herc. fur. 379. Οἴνη apud Steph. Byz. h. v. inde profugit Cerua in Arcadiam versus Ladonem fl. aquarum pulcritudine clarum.

§. 4. De *apro Erymanthio* et de caesis ab Hercule Centauris cf. Diodor. IV, 12. Apud nostrum acta est res intra Arcadiae fines: ad quos fuere qui Centaurorum fata reuocarent; cum tamen vera eorum patria esset Thessalia: quod vel ex Iliade constat: ex iisdem terris aliquando expulsi ferocissimi homines inprimis a Lapithis, in alia loca confugerunt. Videntur ex iis nonnulli Arcadiam insedisse. Inde loca Thessaliae et Arcadiae a poetis passim confusa sunt: Vt h. l. Pholoën alii in Thessalia quaesiuere, alii Homolen in Arcadia. Similem Centaurorum cum Lapithis pugnam in Pirithoi nuptiis narrauerant alii, cf. Schol. Il. α, 263. Virgil. Ge. II, 455 sq. e quibus Ovidius sua petiit Met. XII, 210 sq. Melisandri epos hac de pugna extitisse Aelian. XI, 2. nescio vnde tradit. Etiam prostratos ab Hercule Centauros in Thessalia memorant alii; sic Euripides Herc. fur. 364 sq. vbi Peneum, Therapnas et Homolen recitat. *τὴν Ψωφίδα.* male *Φωκίδα* Anonym. et Tz. Chil. II. p. 27. Apud Stephan. h. v. Ἑκαταῖος γενεαλογιῶν δευτέρῳ· Κάπρος ἦν ἐν τῷ ὄρει καὶ Ψωφιδίους κακὰ πόλλ' ἔοργεν. Ergo Hecataeus res Herculis attigerat. §. 2. *Pholi* parentes Silenus et Nympha Melia; at Nais in Fragm. Pindari apud Pausan. III, 25. pr. (Fragm. Pindari p. 118. LXIII.) „Μαλεάγονος Ναΐδος ἀκοίτας Σιληνός.„ De Nymphis *Meliis* cf. sup. ad II, 1, 1. §. 3. — §. 3. *τὸν κοινὸν τῶν Κενταύρων πίθον.* erat is a Dionyso datus, vt seruaretur in

Herculis aduentum: ita apud Diodor. IV, 12. cf. Theocr. 7, 149. 150. et ibi Schol. Comparatis his intelligitur quoque fabulam variis modis fuisse tractatam. Exceptus a Pholo Hercules, Centauro adstante et verna operculum vasis relinente, exhibitus est in numo Pii Alexandrino apud Zoega num Aegypt. p. 176. Ad hanc rem, nisi potius ad Pirithoi nuptias, spectauit fragm. Pindari ap. Athen. XI. p. 476. (in Fragm. Pindar. p. 111. LX.) Attigerat quoque hoc Pholi hospitium Stesichorus in Geryonide, quantum ex fragm. apud Athen. XI. p. 449. B. iudicare licet: Σκύπφειον δὲ λαβὼν δέπας ἔμμετρον ὡς τριλάγηνον, πῖεν ἐπισχόμενος· τό ῥα οἱ παρέθηκε Φόλος φὴρ ἐγκεράσας, vt illum locum legendum esse iam alibi monitum est. Apud Theocrit. VII, 149. 150. Chiron in Pholi antro craterem Herculi apponit. §. 5. Esse hanc Maleam Laconicae, dubitare non licet, si Pausan. III, 25. et Diodor. l. c. IV, 70. extr. inspexeris. Spectauerat puto, ad hanc Centaurorum stragem Sophoclis fabula Ἡρακλῆς ἐν Ταινάρῳ. nisi de descensu ad inferos in ea actum. Etiam apud Schol. Il. α, 263. e Pirithoi nuptiis εἰς Μάλεον ὄρος Πελοποννήσου (Μαλέαν est in Schol. Ven.) fugisse Centauri dicuntur. At apud ipsum poetam Il. β, 744. a Pirithoo e Pelio pulsi Centauri versus Aethicum fines fugiunt. Vixit apud Maleam quoque nutritus Silenus, vt ex Pindari carmine docet Pausan. III, 25. vbi ille ὁ Μαλεάγονος dictus, qui, vt paullo ante vidimus, Pholi pater erat. §. 7. Promiserat igitur Iupiter, se Prometheum liberaturum, et, quantum intelligitur, immortalitatem ei daturum esse, (erat tamen ille immortalis, vtpote e Titanum genere) si daret immortalem, qui pro ipso vellet mortalis fieri; accidit vt Chiron dolore cruciatus hoc ipsum in votis haberet; (qua propter ab Aristotele Eudemior. III, 1. pro exemplo talis doloris impatientiae me-

moratur Chiron) itaque ille ad inferos defcendit, vt apud Lucian. D. Mort. 26. ad quem p. 434. T. I. Opp. Heinfterh. hunc locum caftigauit: κἀκεῖ — ἀντιδοὺς τῷ Διὶ Προμηθέα τὸν ἀντ' αὐτοῦ γενησόμενον ἀθάνατον, οὕτως ἀπέθανε. Ita vero mutata funt plura. Ex antiqua lectione poffis commode refingere: ἀντιδόντος δὲ Διὶ Προμηθέα Ἡρακλέος τὸν α. video quoque Galeum in Προμηθέα confentire. Ovid. Met. II, 650 fq. filiam Chironis Ocyrhoen patri fatum vaticinantem inducit. §. 7. Diffipantur fuga ab Hercule Centauri: plerique εἰς ὄρος Μαλέαν. Sequitur *Pholoe*, Arcadiae mons, in quem confugit Eurytion; In eundem mox Hercules redit ad Pholum: vt dubites an ibi Centauri fibi latebras quaerere potuerint. Porro in eundem Eurytionem Hercules f. 5. paullo poft apud Dexamenum in vrbe Achaiae Oleno incidit. Nec tamen ftatim cum Galeo εἰς Ὤλενον reponere aufim; vix enim permutari potuere ifta duo nomina; narratum forte fuerat, id quod omifit nofter monere, ex Pholoe mox fub Herculis aduentum iterum fugatum Eurytionem Olenum perueniffe. Inter Centauros fugientes fuit Oreus, in numo quoque obuius, a quo vrbs Euboeae Oreus eft appellata, ap. Neumann num. anecdot. Tom. II. p. 236. Erat pugna cum Oreo expreffa in Solio Amyclaei: Paufan. III, 18. p. 256. Inepta narratiuncula de miratione Centauri Pholi, qui, cum Centauros fagittis Herculis hydrae veneno infectis confixos repente exanimatos vidiffet, miratus, fagittam ex vulnere caefi alicuius tractam contemplando, excidere fibi manu haud animaduertit fagittam in pedem delapfam, etiam ap. Hygin. P. A. II, 38. fed de Chirone, de Pholo autem vt h. l. apud Lutat. ad Stat. Achill. II, 41. et Serv. ad Aen. VIII, 294. legitur. Mortem Chironis ex fagitta temere pedi illapfa repetunt alii, inpr. Eratofth. c. 40. inde Eudoc. p. 432. quae res

h. l. ad Pholum refertur. §. 9. Quod Mycenas pertulit aprum Hercules, ap. Apollonium quoque habetur I, 125 sq. Idem quoque narrauerat, teſtante Schol. ad e. l. Herodorus, e quo forte Apollodorus et reliqua duxerat. Hercules aprum humeris geſtans in numis ſupra II, 5, 1, §. 6. eſt memoratus. Omnino Herculis labores tantum non omnes in numis expreſſi occurrunt inprimis Perinthiorum, Alexandrinorum, Pii et al.

f. 5. V. *Augeae ſtabulum purgatum.* Varie tractata narratio; vid. Pauſan. V, 1. Diodor. IV, 13. ornatiſſime a Theocrito Id. 25. vbi ſtatim poſt enectum Nemeaeum leonem geſta res ponitur v, 164. Vt regum opes illo tempore agris armentisque conſpiciebantur, Augeas erat ditiſſimus. Ludi equeſtres ab eodem habiti, ad quos currus miſit Neleus. vid. Il. λ, 697 ſq. et Schol. ad 671. e Pherecyde. *Phorbantis* f. ſc. cum Actore, ex Hyrmine ſorore Alectoris, filii Epei. Nelei filiam edit Schol. Apollon. ad I, 172. vbi alios ait eam Nyctei filiam pronuntiare, alios Epochi. cf. Euſtath. p. 303, l. 6. Pauſan. V, 1. f. Augeae filia erat Agamede venefica Il. λ, 739. §. 3. Similis opera ab Hercule locata fuiſſe narratur in alueo amnis ad Pheneum Arcadiae in aliam partem deducendo, cuius veſtigia vidit Pauſan. VIII, 14. Rem ad tempora Stymphalidum deletarum retulit Catull. in Manlio (LXVIII, 115 ſq.). §. 5. De *Phylei* patrocinio Herculis et fuga in inſulam Dulichium v. Il. β, 628. et Scholion, in quo a Callimacho fabula narrata eſſe fertur. Eſt quoque verſus inter Fragm. Callimachi 198. p. 514. Idem Scholion plenius forte, exſcripſit Eudoc. p. 421. et Euſtath. p. 305. add. Strabon. X. p. 704. B. Pauſan. l. c. p. 377. iidem de Augeae fraude. Add. Schol. Il. λ, 697. quod Scholion ad v. 689. retrahendum. De Phylei reditu inf. II, 7, 2. videbimus, vbi et de Augeae caede. §. 6. *Dexa-*

menus, ex Callimacho in Del. 102. et ex crisi ad Hesych. in Ὠλικάδης notus: Oleni, quae Achaiae erat, rex, Oecei f. Eius filiae Actoris filiis nupserant; Pausan. V, 3. p. 380. inter eas nonnulli Deianiram nominarunt, propter quam Eurytion fuit occisus. vid. Hygin. f. 33. et not. ad f. 31. extr. p. 91. quae nostro *Mnesimache* est; Hippolyten Diodor. IV, 33. nominat; cf. ibi Wessel. Fuit olim tragoedia *Dexamenus* Iophontis, Sophoclis f. alia Cleophontis ap. Svidam, nisi error est in nomine. De *Eurytione* v. paullo ante f. 4. §. 7. vbi ille ab Hercule fugatus in Pholoen montem Arcadiae se receperat. Sequitur autem noster Bacchylidem v. Schol. Odyss. φ, 295. Aliter ipse Homer. e. l. et Pherecydes: qui eum in Pirithoi domo ex temulentia proterue iniurium a Lapithis mutilatis membris eiectum memorant. Fuit et Hermesianactis elegia εἰς Εὐρυτίωνα: quam ab Hygino f. 33. enarratam esse suspicor: Pausan. VII, 18.

f. 6. VI. *Stymphalides aues*, palustres puta. Auctor Anaglyphi Farnes. eos στρουθοὺς, appellat. ἀνδροφάγοι sunt apud Pausan. VIII, 22. qui loc. est class. Forma auium exstat in anaglyphis; in his est Mus. Pio Clem. T. IV. t. 40. sed male a recenti artifice refictum. Exhibitus quoque labor in numis Perinthiorum Nicaeensium et Alexandrinorum. Pausanias earum formas ex Arabia repetit; viderat forte in vestibus Babyloniis monstra similia. Ornarunt fabulam poetae variis modis: erant σιδηρόπτεροι, et pennas pro sagittis emittebant; quod tamen noster scriptor non attigit. ἐν Στυμφάλῳ, *in ipsa vrbe:* vt e Pausan. l. c. intelligitur. Sed plures fuere narrationes veterum praeter eas, quas Schol. Apollonii ad II, 1055. memorat, eaeque forte confusae, vt multo minus, primaria quae fuerit, assequare. χάλκεα κρόταλα: Anonymo Ἡφαιστότευκτα add. Schol. Apollon. l. c. II, 1057. (quem

exſcripſit Eudoc. p. 213.) vbi ipſe poeta πλαταγὴν χαλκείην dixit, et ſic Pherecydes, Diodorus l. c. et Etymol. M. At apud Strabon. et Pauſan. τύμπανα ſunt. Secundum alios in quibus Apollonius eſt, occiduntur aues ab Hercule; quod autem fugantur, a Piſandro Camirenſi nouatum eſſe, ex Pauſania diſcas l. c. Traduxere mox alii Stymphalides ad Argonautica, easque, ab Hercule in fugam coniectas, in inſula Aretiade in Ponto Euxino conſediſſe narrarunt; ſic Apollon. l. c. add. Etymol. M. in λισσὴ et in Στυμφαλίδες. cf. Intpp. Hygini p. 84. Sequutus erat hoc idem Euripides in Phrixo, vt intelligas ex Schol. Apollonii. §. 3. Eodem tempore paludes ad Pheneum exſiccaſſe Herculem, memoratum eſt a Catullo quod paullo ante obſeruatum ad ſ. 5. §. 3.

ſ. 7. VII. *Taurus Cretenſis.* Haec, vt cetera, repetit Tz. Chil. II, 293 ſq. Occurrit quoque typus in nummis Selinuntiorum. Etiam hunc ex Luna decidiſſe putarant alii. v. (Nemeſian.) Laud. Herc. v. 120. *taurus medio nam ſidere lunae progenitus Dictaea Iouis poſſederat arua.* vbi v. Wernsdorf. Non Iouem in taurum mutatum tradiderat Acuſilaus, ſed taurum a Ioue miſſum transfretaſſe Europam. §. 2. De hoc Minois tauro v. inf. III, 1, 3. cauſſam, cur Cretae immiſſus eſſet, alii reddiderant hanc, quod, cum mari potens eſſet Minos, nullo tamen praecipuo honore haberet Neptunum: Pauſan. I, 27. p. 66.

ſ. 8. VIII. *Diomedis equi.* Attigerat hanc narrationem Hellanicus, quem laudat Steph. in Ἄβδηρα. Mater *Cyrene* diuerſa a Penei f. ab Apolline amata, nec aliunde nota. Duo Diomedes agnoſcere videtur auctor Anaglyphi Farneſiani, l. 77. το ενθενδε (ita leg.) επι Θρακαν στρατευσαμενος Διομηδην εφονευσε και Θρακας εκυριευσεν. Αινον τε λαβων (Apollod. mox §. 13.) Σαρπαδονα τον αρχοντα απεσφαξε. και Θασον ἑλων (Apollod. ibid.) . . . . (f. Σθενελῳ) και Αλ-

καιω παρεδωκε. Τορωνην τε ειλε, Πολυγονον και Τηλεγονον απεκτεινε. (ibid. §. 14.) *πολιν τε Αβδηρα επι Θρακης Ηρακλης ωκισε του Θρονικου υιου επωνυμον Αβδηρου.* (h. l. §. 4.) interpofitis inde aliis l. 102. ab Amazonibus redux *τουτῳ δ' (επι) Θρακην στρατευσαμενος Διομηδην εφονευσε. Καστωρ δε και Πολυδευκης Ηρακλει συμπλουντες Αμυκον ενικησαν μαχῃ των Βεβρυκων βασιλεα.* pergit inde de expeditione in Indiam memorare. — §. 2. *τοὺς ἐπὶ ταῖς φάτναις,* quod ex more fcribendum putes, habet Anonym. vt *ὑπάρχοντας* aliunde infertum videri poffit; intelligendi ferui ftabularii. §. 3. *Abderus* Ἑρμοῦ παῖς. reuocaui hoc ex libris; legebatur Ἡρίμου, quod inuitis codd. male receperat Aegius ex Steph. in Ἄβδηρα, vbi Ἀβδηρίτου ex h. l. emendandum effe Ἀβδήρου, monitum iam a viris doctis; apud Tzetzam l. c. v. 304. eft Ἡρίνου. In Anaglypho Farnefio, vt paullo ante vidimus, eft *Thronici* filius; *Thronium* Locrorum vrbs eft, adeoque conuenit patris nomen, cum Abderum Locrum fuiffe prodat ipfe Apollodorus. *ἐπισπασάμεναι.* ne malis *διασπασάμεναι*, cogites equos puerum, qui adftabat, arreptum ad fe attraxiffe, vt manderent. Sic Hercules *ἡμίβρωτον φέρει ἀποσπάσας ἀπὸ τῶν ἵππων* apud Philoftr. Imagg. II, 25. Latonam Tityus, vim illaturus, *ἐπισπᾶται* fup. I, 4, 1. §. 5. — §. 4. *κτίσας πόλιν Ἄβδηρον.* Stephan. Byz. in Ἄβδηρα: Ἔφορος *καὶ τὴν πόλιν Ἄβδηρόν φησιν.* Communior forma *τὰ Ἄβδηρα*, vt in epitome Strabon. VII. f. vbi etiam ab Abdero amafio nomen repetitur. Anonym. cum Tzetza: *τὴν Ἄβδηραν*, vt Latini *Abderam* dicunt. *Αὔδηρον* in libb. ex more fcribitur, vt in aliis voc. Factum inde in Med. et Vat. *ἄνδηρος.* Apud Diodor. IV, 15. Euryftheus equos confecrat Iunoni. Alii Herculem *Argos* eas perduxiffe tradiderant apud Gell. III, 9. fed hoc intell. dictum, pro in Argolidem, adeoque Mycenas ad Euryftheum.

ſ. 9. *Amazones* victae et *Hippolyte* cingulo ſpoliata. vid. Diodor. IV, 16. qui pugnam Amazonum copioſius expoſuit cf ibi Weſſel. et Intpp. ad Hygin. f. 30. p. 86. 87. In Anaglypho Farneſ. poſt Abdera condita l. 87. expeditioni in Amazonas praefiguntur haec: Boreae filios, Calain et Zeten, interfecit Hercules (verba videbis inf. ad III, 15. ſ. 2.) τῳ δε επι Σκυθιαν διαβας Αρα. . . μαχᾳ ενικασε, (Ignotum nomen vix recte expleri poteſt ſine alia auctoritate. Seneca Herc. fur. 533. *Intrauit Scythiae multiuagas domus. Et gentes patriis ſedibus hoſpitas*) τᾳ δε θυγατρι αυτου συνγενομενος Εχιδνᾳ (Echidnae cum Hercule congreſſus ex anaglypho muſei Albani per Abb. Raſſeum innotuit; add. numum Perinthi apud Eckhel. Doctr. Num. T. I. P. II. p. 41.) υιους Αγαθυρσον εθετο και Σκυθαν (Herod. IV, 9.) τῳ δ' επ' Αμαζονας ηλθε, και επι τον Θερμαδοντα ποταμον ενικασε. . . . (ſ. Μινωας) φονευσας υιους. και φονευσας Ιππολυταν, και επ αυτας πολιν Ηρακλης ελων, Αμαζονας εξεβαλε, και Ελληνας εν αυται κατῳκισε. de quibus quidem aliunde nil conſtat. In eod. monumento interiectis quae paullo ante ad ſ. 8. appoſueram, vbi pergebat de India memorare marmor: Ηρακλης επι τον Ινδου ηλθε ποταμον και πολιν Ηρ(ακλειαν) ταν εν Σιβαις ωκισε. mox l. 115. Hippolyten modo ab Hercule occiſam Theſeus duxiſſe dicitur; Αμαζονες δ' ες ταν Αττικαν (εσεβα) λον. Θησευς δε και Πιριθοος αυτας ενικασαν μαχᾳ, και λαβων Θησευς αυταν Ιππολυταν εξ αυ(τας) Ιππολυτον ποιειται. ſed lapſu ſculptoris id factum arbitror, cum Antiopen incidere vellet; etſi ſecundum alios v. c. Pauſan. I, 41. Hippolyten copias in Atticam duxiſſe bene meminerim. Amazonum nomen et fabula, obſcurae originis, nec forte niſi a populari fama profecta, poetis Cyclicis multa carminum ornamenta praebuit in Argonauticis, tum in rebus Herculis; adoptauerunt porro eas fabulas

poetae, qui bellum Troianum post Homerum exposuere, apud quos clarum nomen Penthesileae est: etiam in Bacchi fabulis Amazones in argumenti partem venere: v. c. Pausan. VII, 2. p. 525. Magnum inprimis earum nomen in Thesei rebus; nam hunc Herculis comitem profectum praemium virtutis Antiopen tulisse, mox Amazones Atticam ingressas expulisse fabulati erant sequiores poetae; antiquiores scriptores, Pherecydes, Hellanicus, item Herodorus, quantum ex Plutarcho in Thes. p. 12. A. B. assequi licet, de Theseo nihil horum meminerant, vnde nec noster scriptor ea attigit. Fuere quoque τὰ 'Αμαζονικὰ (ἔπη) Onatae esse credita apud Schol. Theocriti 13, 46. et Possidis Magnetis 'Αμαζονίς. apud Athenaeum VII, p. 296. D. vbi de Argonautis cum Tyrrhenis pugnantibus ex ea memoratur. In his igitur historiarum fidem aut vestigia nemo quaesiuerit. Obscurae originis fabulam esse dixi: in Asia eam ortum habuisse ex eo suspicor, quod Priamus in iuuenilibus annis aduersus eas pugnauerat inter Phryges Il. γ, 184. 9. et Bellerophon eas ex Lycia profectus debellauerat, sup. II, 3, 2. sed quae praeterea afferuntur, a Petito collecta aut recentiorum somnia, moram facere non debent. vid. inpr. Strabo lib. XI, p. 769 sq. (504.) stolide pro veris historiis omnia venditat Diodor. II, 44 sqq. cum Iustin. II, c. 4. Ceterum hic Apollodori locus est inter classicos de Amazonibus. Laeuas mammas reliquerunt intactas ad alendos lacte infantes. Hic ergo diserte mamma dextra excisa esse dicitur: qua de re dubitare fecere signa vetera Amazonum. Notandum vero, quod §. 2. sequitur, balteum Martis pro insigni regiae dignitatis inter Amazones fuisse. *Admeta*, Eurysthei filia: de qua sacerdote Iunonis Samiae v. Athen. XV, 4. p. 672. fugerat illa Argis: praecessit itaque id, quod non minus de ea traditur, Iu-

nonis Argiuae sacerdotem eam fuisse: Syncell. in Chronogr. p. 172. ed. Par. Ἀδαμάντα (Ἀδμήτα) θυγάτηρ Εὐρυσθέως ἐν Ἄργει ἱεράτευσεν ἔτη λή. subiungit, eas, quae inde ab ea sacerdotes fuere, Φαλίδας dictas; qua de re aliunde non constat. Φαεινίδας coni. Valef. ad Polyb. (XII, 2.) Tom. III. pag. 162. Ern. vbi earum recensum repetit. In Anaglypho Farnesio verba: Ηρας Αργειας ιερεια Αδματα Ευρυσθεως και Αδματας τας Αμφιδαμαντος ετη νη (de lectione v. Marini *Iscriz. Alb.* p. 157. Visconti *Mus. Pio-Clement.* Tom. IV. p. VIII. cf. Barthelemy *app. au Voyage en Italie* p. 369 sq.) adscripta sunt in basi arae, cui adstant hinc femina, inde dea alata, vinum in pateram per colum seu infundibulum (ἠθμὸν, cuius vfus ex Inscriptione Sigea notus est), libantes: vt adeo Eurysthei filia prima hic habeatur, quae Herculi tanquam heroi ἐνήγιζε. De honorum diuinorum Herculi habitorum origine vid. inf. c. 7, 7. extr. Ceterum Schol. Lycophr. 1327. locum Apollodori ante oculos habuit. §. 3. συμμάχους, in his, vt supra monitum, Thefeum, cf. Meziriac. p. 318. et Telamonem. vid. Pindar. N. 3. 65. vbi cf. Schol. et Lycophr. 1327. *Paron* insulam a Cretensibus primo fuisse occupatam, vetere fama constitisse videtur, qua res ad Minoem ac Rhadamanthum referebatur; Apud Diodor. V, 79. Alcaeo, qui e ducibus erat, ea tradita fertur ab hoc altero: (cf. *Nov. Comment. Soc. Gött.* T. I. P. II. p. 74. Comment. de Castoris Epochis) At apud nostrum Alcaeus Androgei est filius, Minois nepos, et tenent Paron quatuor alii Minois filii, ab Hercule mox occisi. Alcaeus cum Sthenelo Thafum ab Hercule accipit in sqq. f. 9. p. 13. §. 6. Amycus Bebrycum rex bello aggressus erat Lycum Mariandynorum regem; cui auxilium ferens Hercules, Lyci hospitio exceptus, Bebrycas fugauit. Gesta haec ante

Argonautarum aduentum. Loc. cl. Apollon. II, 777 ſqq. et Schol. ad 782. Attigit haec, ſed diuerſas narrationes ſequutus, Auctor Anaglyphi Farneſiani hunc in modum l. 102. τῳ δ' (pro *μετὰ τοῦτο δὲ*) *επι Θραικαν στρατευσαμενος Διομηδην εφονευσε* (ſeu diuerſum, vt diximus, ab eo, quem equorum immanitas infamem reddidit ſeu errore ſculptoris repetitum). *Καστορα δε και Πολυδευκη Ηρακλει συνπλουντας Αμυκον δε νικας εκ. . . αι μειλητον Βεβρυκων βασιλεα* (f. *Κάστωρ δὲ καὶ Πολυδεύκης Ἡρακλεῖ συμπλοῦντες Ἄμυκον ἐνίκασαν τὸν ἀμείλικτον Βεβρύκων βασιλέα*). *Mygdonem* Amyci fratrem Hercules interfecit, ipſe Amycus ad Argonautarum aduentum eſt ſeruatus. vid. ſup. I, 9, 20. Pro eo autem ipſos Mygdonas alii narrauerant, vt et ap. Apollon. l. c. 789. lectio vetus erat; vid. Schol. Ceterum diuerſus ab hoc Mygdone habendus alius Mygdon, qui in copiis Phrygum erat aduerſus Amazones ductis, cum Priamus in prima aetate conſtitutus ipſe bello intereſſet Il. γ, 186. vbi in Schol. ille vel Dymantis f. Hecubae frater, vel Acmonis f. editur. Eius filius Coroebus; ap. Virgil. II, 341. 2. vbi v. Excurſ. X. Scilicet ſaepe poetae regis nomen cum ignotum eſſet, a populi nomine petierunt, ideoque Mygdon editur is, qui Mygdonum res erat. — *Heraclea* haec Pontica, in Bithynia, nobiliſſima vrbs, ad magnas olim opes euecta, ſuis quoque fabulis et hiſtoriis inclaruit; de his vid. fragm. Memnonis apud Photium; fabulae autem confuſae cum aliarum vrbium eodem nomine inſignitarum fabulis: fuit inter eas in primis Herculis iter ad Amazones varie ornatum et tractatum teſte Schol. Apollon. II, 780. Tzetzae ſtuporem, ex h. l. natum, vide notatum in Miſc. Obſſ. Vol. V. Tom. III. p. 51, 52. Cum *Heraclea* vrbs eſſet in illo agro condita (late autem ille patuit, ſiquidem Mygdonibus, Bebrycibus et Paphlagonibus ademtus

esse narratur ap. Apollon. v. 788 sq.) mirum videri potest, quod h. l. est ὁ δὲ πᾶσαν ἐκείνην ἐκάλεσεν Ἡράκλειαν. Scilicet non nunc vrbis, serius in hoc solo conditae, nomen memoratur, sed *ager* dictus est *Herculeus*, ἡ χώρα Ἡράκλεια, ante vrbem condendam.

§. 7. καταπλεύσαντος δέ. Alii narrationem sic adornarunt, vt pedestre faceret iter per Asiam Hercules: vid. Apollon. l. c. 780. et ibi Schol. §. 8. Ἱππολύτην κτείνας. alii aliter, vt diximus. vid. ad Hygin. f. 30. p. 86. 87. Wessel. ad Diodor. p. 262, 16. inpr. Apollon. II, 968 sq. et ib. Schol. ad v. 780. Notat dissensum laudato Apollodoro et Apollonio Schol. Lycophr. 1327. et versus veteris poetae addit: Τελχμὼν ἀκόρητος αὔτῆς ἡμετέροις ἐν χώροισι φόως πρώτιστος ἔθηκε, κτείνας ἀνδρολέτειραν ἀμώμητον Μελανίππην, αὐτοκασιγνήτην χρυσοζώνοιο ἀνάσσης. pro cuius corpore redimendo soror narratur cingulum Herculi misisse. Coma prehensam de equo deiicit reginam Hercules ap. Quintum XI, 244. vt in Anaglyphis res expressa. §. 9. Experiri, verane sint, quae de animo eius ad iniqua et superba perpetranda prono narrabantur. Vulgarior narratio est, Apollinem et Neptunum θητεῦσαι Laomedonti; sic ipse Homer. Il. Φ, 442; et quidem per annum; (quod etiam Agatharchides habet p. 50) idque in poenam impietatis, quod Iouem vincire voluerant v. Schol. ad A, 400. qui ad Apollodorum prouocat. Schol. Lycophr. 34. Idem ad v. 393. versus Hesiodi ἐκ τῆς Ἡρωϊκῆς γενεαλογίας affert hos: ἤματι τῷ, ὅτε τεῖχος ἐΰδμήτοιο πόληος ὑψηλὸν ποίησε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων. §. 11. ποινὴν τῆς Γανυμήδους ἁρπαγῆς. *pretium* hoc Troi datum erat. vid. Hymn. in Ven. 211 sq. Ex iis equabus Aeneae equi fati: Il. ε, 265. τῆς γάρ τοι γενεῆς, ἧς Τρωΐ περ εὐρυόπα Ζεὺς δῶχ' υἷος ποινὴν Γανυμήδεος. Pro equis alii in Cyclicis vitem auream substituerant, v. Eustath. et Schol. Or. Eurip. 1399.

Dictys IV, 13. cf. Jortin *Tracts* Tom. II. p. 385. Ceterum de *Hesione* fabula variis modis tractata occurrit; aliter in Heracliis, aliter in Tragicis. Inserta quoque res Argonauticis. Ita apud Valer. I. l. Argo ad Troadem appulsa egressi Telamon et Hercules in Hesionen rupi reuinctam incidunt, lib. II, 451 sq. Apollodoro cum Hellanico conuenit, e quo sua petiit Schol. Il. *υ*, 145. vid. Diodor. IV, 42. Hygin. f. 89. et ib. not. Schol. Lycophr. 34. quem aut similes sequutus est Isaac. Porphyrog. in Posthomer. ap. Allat. Excerpt. Var. p. 274. ex eod. et Schol. Il. l. c. Eudoc. p. 344. vbi in verbis *ὡς κεχηνὸς ἐποίει τὸ κῆτος* leg. *ἐπῄει*, *accedebat*, stans scilicet Hercules ex alto belluae os insiluit, triduoque ibi exacto visceribus ferro recisis saluus euasit. Seruauit rei memoriam murus ap. Ilium: de quo Il. *υ*, 145 sq. *ἀπειλήσας*. minas exsequitur inf. c. 6, 4.

§. 13. *Aenus* haec Thraciae vrbs est ad Hebri ostia, ad quam, Troia excisa, Aeneas appulisse narratur; vid. ad Virgil. Exc. I. ad lib. III. cf. in Apollod. fragm. Geograph. *Αἶνος*, vnde constat a Poltye eam olim Poltymbriam dictam. In Anaglypho haec narrantur post Diomedem caesum vid. sup. ad s. 8, pr. *Αἶνον δὲ λαβὼν, Σαρπαδόνα τὸν ἄρχοντα ἀπέσφαξε, καὶ Θάσον ἑλὼν Σθενέλῳ καὶ Ἀλκαίῳ παρέδωκε, Τορώναν τε εἷλε, Πολύγονον καὶ Τηλέγονον ἀπέκτεινε.* *Protei sedes* in Pallene Thessaliae passim memorantur; vnde concessit aliquando in Pharum insulam in Aegypti littore: Lycophr. 115. De eius filiis ex Torone nympha vid. Schol. ad v. 124. quem exscripsit Eudoc. p. 348. Servius ad Virgil. Ge. IV, 387. Fuit quoque drama Aeschyli Satyricum *Πρωτεύς*. inpr. vid. Conon. 32. Pro Polygono Tmolus est in Schol. Lycophr. et in Tzetza Chiliad. II, 321.

s. 10. *Geryonis armenta* ex Erythia abacta. Praeter laudatos supra, et ad Hygin. f. 30. p. 87. egerat de his

Stesichorus in Geryonide, e qua supersunt fragmenta. De iisdem Herodorus lib. X. egerat, vt ex Constant. Porphyrog. de Them. II, 23. colligo. Nec Pherecydes ea praeterierat; vt patet ex Macrob. Sat. V, 21. extr. Adumbratus erat mythus ex antiquiore de Alcyoneo Gigante qui Solis armenta ex Erythia abegerat, sup. I, 6, 1. §. 4. Ἐρυθίας Dorv. male. Erythiam h. l. Apollodorus pro eadem insula cum Gadibus habet, Pherecydem sequutus, vti ex Strab. III. p. 221. B. patet. Nam alii sagaciores Erythiam insulam inter Gades et continentem sitam fuisse viderunt, quae nunc littori adhaesit. v. Strabon. l. c. et p. 257. c. At illud mirum est, quod *prope ad Oceanum* insula sita esse dicitur: Ἐρύθεια δὲ ἦν Ὠκεανοῦ πλησίον κειμένη νῆσος. Illa tamen erat in Oceano sita; et sequitur τὸν Ὠκεανὸν διεπέρασε, καὶ παραγενόμενος εἰς Ἐρύθειαν. Num hoc profectum esse dicemus ex antiquiorum hominum persuasione, de Oceano amne continentem ambiente, vt ad Oceanum amnem sitam dicerent insulam, tanquam vrbem ad flumen? Apud Eustath. ad Dionys. Perieg. 64. τὰ Γάδειρα δὲ νῆσος πλησίον τοῦ Ὠκεανοῦ. alioqui redigeres verba ad hunc ordinem: Ὠκεανοῦ νῆσος κειμένη πλησίον haud procul a continente. Apollodori tamen nullum aliud in eo loco vestigium. Possit aliquis suspicari verba Herodoti IV, 8. fraudem fecisse, vbi Γηρυονέα δὲ οἰκέειν — Ἐρύθειαν νῆσον, τὴν πρὸς Γηδείροισι τοῖσι ἔξω Ἡρακλήων στηλέων ἐπὶ τῷ Ὠκεανῷ. quasi ἐπὶ sit *prope*, in ipso Oceani aditu. Vertitur nunc, magis scite vtique, *in Oceano*. Cum tam parum clarae ac certae notiones veterum essent super Oceano, non mirum est, eos parum accurate verba hac in re adhibuisse. Apud Hesiodum Hesperidum horti et Gorgonum sedes πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο sitae. Θ. 215. 274. quod tamen non ita accipiendum est, vt nos de America diceremus vltra oceanum sita, vt is in-

teriectus ſit, ſed vſus loquendi tulit, vt eſſet ſimpliciter: in alto, *in Oceano.* Ita apud Homer. Il. β, 126. inſulae Echinades ſitae ſunt πέρην ἁλὸς Ἤλιδος ἄντα, h. e. πέραν, κατὰ, ἁλός, in mari, maris parte interiecta. cf. Il. ω, 752. Freto quidem anguſto disiunctam Erythiam iam Heſiodus cognouiſſe videri poteſt Θ. 292. vbi Hercules *abigit* boues διαβὰς πόρον Ὠκεανοῖο. ſed non *fretum* hoc declarat, verum poetica forma eſt pro διαβὰς Ὠκεανόν. Aliud exemplum inſcitae et obſcurae orationis eſt in ipſo Periegeta, qui ait ſe incipere velle ἀφ' ἑσπέρου Ὠκεανοῖο, ſtare ibi Herculis columnas περὶ (πρὸς) τέρμασιν, παρ' ἐσχατόωντα Γάδειρα. Euſtathius ad τέρμασι, ſupplet τῆς γῆς. Habuit is in manibus locum Stephani Byz. in Γάδειρα, ſed pleniorem, quam nunc ille habetur: legitur enim nunc: πόλις καὶ νῆσος ἐν Ὠκεανῷ. Sane hic loquendi modus, ἐν Ὠκεανῷ ſitas eſſe inſulas, eſt maxime ſollennis. At idem Periegeta v. 454. Gades ait eſſe inſulam ἐπὶ τέρμασιν Ὠκεανοῖο, quod Euſtath. interpretatur τοῖς πρὸς τῇ ἑσπερίᾳ δηλονότι θαλάσσῃ. nec magis docte Schol. Heſiodi p. 257. ὄνομα νήσου περὶ τὸν Ὠκεανόν. Ferrem ſi non de inſula, ſed de vrbe ageretur, ea poteſt eſſe ἐπ' Ὠκεανῷ. vt πρὸς Ὠκεανῷ Tarteſſus apud Heſych. in γχλῇ. Verum vana eſſet opera, nouis commentis fabulas de Oceano onerare velle. §. 2. *Geryon*, Chryſaoris (ſup. II, 4, 2. f.) et Callirrhoes f. Eſt haec inter Oceanides v. c. Hymn. in Cerer. 419. De vtroque cf. Heſiod. Θ. 978 ſq. 287 ſq. §. 3. *Eurytion* iam apud Heſiod. Θ. 293. Martis et Erythiae filius; vt ex Hellanico Schol. ad e. l. prodit. Erythiam filiam Geryonis agnoſcunt quoque Pauſan. et Steph. Byz. h. v. Ὄρθρος, Anonym. Ὄρθος, vt alibi corrumpi ſolet, vid. ad Hygin. p. 87. ad Sil. Ital. XIII, 845. etiam Ὦρος, vt apud Palaeph. Natus is ex Typhone et Echidna; (vid. Heſiod.

Θ. 304-309.) eoque Chimaerae frater, (ſup. II, 3, 1.) et Cerberi apud Schol. Apollon. IV, 1399. nec aliter Heſiod. Θ. 310 ſq. cf. Schol. Pindari Iſthm. I, 15. Quintus VI, 253 ſq. — §. 4. In Diodoro IV, 17 ſq. iter ad Geryonem admodum diuerſum eſt: Creta ſoluit Hercules in Libyen, victoque Antaeo in Aegyptum progreſſus, Buſiride proſtrato, in Libyae aridis Hecatompylon vrbem condit, inde Gades peruenit. Reditus autem multa habet admixta rhetorica figmenta, non poetica. Contra ſi ea reputes, quae ab Herodoto IV, 8. commemorantur, videntur alii fuiſſe, qui in reditu ab Erythia Herculem Hyperboreos adiiſſe atque in Scythiam perueniſſe narrarent. ἄγρια πολλὰ, deficit ἔθνη, φῦλα, μέρη. Λιβύην ἐπέβαινε· καὶ παρελθὼν Ταρ-τησσὸν, ἔστησε — δύο στήλας parum accurate dicta haec ad geographicas rationes; ita mari e Graecia profectus Libyam adiiſſe eſſet putandus, hinc redux in Europam facto traiectu, Tarteſſum acceſſit, vnde iterum progreſſus columnas ſtatuit ad Calpen et Abylam. Non quidem veteres vbique ſatis ſubtiliter haec perſequi ſolent. vid. inpr. Strabon. III. p. 258 ſq. Suſpicor tamen h. l. παρελ-θὼν Ταρτησσὸν male ex margine eſſe ſuppleta. In Ano-nymo eſt: ἐπειδὰν πρὸς τὰ τῆς γῆς ἀφίκετο τέρματα. — §. 5. De *ſole ab Hercule telis petito* accipienda verba Cle-mentis Alex. p. 31, 9. Pott. (p. 10.) καὶ τὸν Ἠλεῖον Αὐγέαν Πανύασις ἱστορεῖ ſc. ὑπὸ τοῦ Ἡρακλέους τοξευθῆναι, vbi Potter. coni. τὰς ἡλίου αὐγάς. Sed, puto, ſimpliciter τὸν ἥλιον αὐτὸν fuit. Auctorem itaque huius fabulae Pa-nyaſin credere licet. Vulgatius fuit alterum *de ſcypho* ſeu cymbio, quo Hercules tanquam nauigio fretum traiecit, quod inter continentem et inſulam Erythiam erat. Non modo perſequutus erat haec Steſichorus in Geryonide, (v. Diſſ. de Fragm. Steſich.) verum etiam eadem Panyaſis libro I. Ἡρακλείας; qui tamen a Nereo phialam Solis

Herculi oblatam tradiderat, at Pifander lib. II. Ἡρακλείας, ab Oceano. Seruarunt nobis haec Grammatici, dum difputationem inanem fuper poculorum generibus inftituunt apud Athen. XI. p. 469. Sed nofter haud dubie Pherecydem fequutus erat, quem hanc fabulam expofuiffe non modo conftat ex Macrob. V, 21 f. verum ipfe locus exhibitus eft ap. Athen. l. c. p. 470. Φερεκύδης δὲ ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἱστοριῶν, προειπὼν περὶ τοῦ Ὠκεανοῦ, ἐπιφέρει· ὁ δ' Ἡρακλῆς ἕλκεται ἐπ' αὐτὸν τὸ τόξον ὡς βαλὼν, καὶ ὁ Ἥλιος παύσασθαι κελεύει, ὁ δὲ δείσας παύεται. Ἥλιος δὲ ἀντὶ τούτου δίδωσιν αὐτῷ τὸ δέπας τὸ χρύσεον, ὃ αὐτὸν ἐφόρει σὺν ταῖς ἵπποις, ἐπὴν δύνῃ, διὰ τοῦ ὠκεανοῦ τὴν νύκτα πρὸς ἕω, ἵνα (fic leg. pro ἦνιν) ἀνίσχει ὁ Ἥλιος. ἔπειτα πορεύεται ὁ Ἡρακλῆς ἐν τῷ δέπαϊ τούτῳ ἐς τὴν Ἐρύθειαν. (καὶ quod tollendum) ὅτε δὲ ἦν ἐν τῷ πελάγει, Ὠκεανὸς, πειρώμενος αὐτοῦ, κυμαίνει τὸ δέπας, φαντάζόμενος· ὁ δὲ τοξεύειν αὐτὸν μέλλει· καὶ αὐτὸν δείσας Ὠκεανὸς, παύσασθαι κελεύει. Fuit fcilicet antiquior aliqua fabulandi ratio; qua fol occidens, vt ad orientem circumactus rediret, nauigio vehi per oceanum ferebatur, et pro hoc datum cymbium, feu poculum: vid. fragm. Stefichori, cum verfibus Antimachi et Aefchyli ex Heliadibus, apud Athen. l. c. add. fragm. Athenaei in Cafaubon. Animadverff. p. 781. 1. 41. cum Euftath. ad Od. ι. p. 1632, 21. Panyafin et Pherecydem auctores laudat Macrob. V, 21, 2. Cui commento etfi ipfa folis in oceano occidentis, ac nauigii, quum a littore profpexeris, fpecies locum facere potuit, fufpicor tamen ductum phantafma hoc poeticum ab Aegyptiis, qui, vt ex Plutarcho de Is. et Ofir. et ex monumentis conftat, Solem et Lunam cymba vehi finxerant; petiere ab iis eadem Gnoftici. Cum femel Herculem hoc fcypho inftruxiffent poetae, fuere qui in Siciliam quoque ex Italia traieciffe ita Herculem narrarent, Paufan. III, 16. p. 248.

et ibi Kuhn. cum Weſſeling. ad Diodor. IV, 22. p. 268. et in itinere ad Heſperides in Hyperboreis iterum eum hoc cymbio vectum videbimus c. 5, 11. §. 11. Contra alii Soli pro cymbio lebetem ex aere ſubſtituerunt, vt Alexander Epheſius, cum Euphorione, apud Euſtath. ad Perieg. 558. (vnde Eudoc. p. 214.) et Theoclytus (forte idem cum Theolyto Methymnaeo ap. Athen. VII. p. 296. A. et Schol. Apollon. I, 623.) ἐν δευτέρῳ ὥρων ap. Athen. l. c. p. 470. qui auctorem Titanomachiae primum ita tradidiſſe docet. In ollam aeream indocte mutauit lebetem Serv. Aen. VII, 662, ingenioſius ſubſtituerat Soli lectum aureum a Vulcano factum Mimnermus apud Athenaeum p. 470. qui ita exornauit, vt illum εὐνῇ ὑπόπτερος (ita leg.) ab occidente per mare veheret ad Aethiopiam (orientalem, Indiam) vbi currus cum equis inſtructus ſtetit, quem mane conſcendit. Attigit haec, ſed alio modo, Bentlej. in Diſſ. ſuper Phalar. p. 114. (Lennep. ed. p. 62.) cum Thericlea et Heraclea pocula illuſtraret. De monte hoc Erythiae Abante aliunde non conſtat, vti nec de aliis, quae in ſeqq. expoſuit Apollodorus. §. 6. Eurytionis et Orthri caedem ipſe Heſiod. Θ. v. 293. memorat. §. 7. De *Menoetio* quae fabulae fuerint non conſtat. Non poteſt eſſe idem, qui ſup. I, 2, 3. Iapeti f. Atlantis frater; nam is fulmine a Iove percuſſus in Tartarum fuit detruſus. Sufficit, ſimili fabulandi modo, quo Solis fuere armenta, etiam Orco ſua armenta eſſe aſſignata; inf. ſ. 12. §. 7. cf. Ariſtoph. Nub. 240. Strabo VII. p. 452. C. translata armenta ex Erythia in Trinaciam in Odyſſea; v. ſup. I, 9, 25. §. 3. in inferis idem Menoetius, Orci boues paſcens, cum Hercule luctatur. Fabuloſus quoque amnis *Anthemus* ('Ανθεμόεις, οῦς) ad Erythiam pertinet; laudatus, forte ex hoc ipſo loco, a Schol. Lycophr. 651. §. 9. Haec *Herculis profectio per Ligurum fines* valde celebrata eſt

veterum fabulis de pugna cum Liguribus, qui boues abegerant, et de *Campo lapideo* inter Maſſiliam et Rhodanum, nato ex lapidibus, quos Iupiter ei pro telis ſuppeditauit. Locus ea de re ex Aeſchyli Prometheo ſoluto deſcriptus eſt a Strabone IV. p. 277. C. (183.) et Dionyſ. Hal. I, 41. cf. Hygin. P. A. II, 6. et ibi not. p. 437. Euſtath. ad Perieg. 76. quem exſcripſit Eudoc. p. 214. vtroque loco Ῥηγίνη legitur pro Ῥοδανός. Plura ad Λιγύην et Λιγυεῖς v. Excurſ. I. ad Virgil. Aen. VII. Duces erant Ligurum Ἀλεβίων καὶ Δέρκυνος. Apud Tz. Chil. II, 341. ex h. l. Δέρκιννον καὶ Ἀλεβίωνα. Schol. Lycophr. 648. Ἀλεξίωνος. Forte fuit Ἀλβίων, ab Alpibus, qui olim τὰ Ἄλπια, Ἄλβια. Etiam apud Melam II, 5. l. 33. *contra Albiona et Bergion;* latet forte in hoc *Dercinos;* pro eo Λίγυν nominat Schol. Lycophr. l. c. Tyrrheniam antiquiore ſenſu hic puta dictam, quo per omnem inferiorem Italiam late extendebatur nomen. Ceterum Herculis Italiam peragrantis fama ſuperfuit multis in locis, ſeu fabulis ſeu monumentis, aliisque veſtigiis, etiam vrbibus, vt Herculano, eam referentibus: v. Dionyſ. Hal. I, 34 ſq. 39 ſq. et Diodor. IV, 21 ſq. §. 10. *Rhegium* Italiae extremae vrbs, ſecundum noſtrum ſcriptorem dicta a boue, qui ἀποῤῥήγνυσι, ſ. ἀποῤῥήγνυται, *prorumpit agmine, diuulſus a ceteris diſcurrit*, quod ſup. II, 4, 6. §. 4. erat ἐκθορεῖν. apud Dionyſ. Hal. ἀποσκιρτᾷν τῆς ἀγέλης. Vulgaris interpretatio etymologiae huius eſt paullulum diuerſa; dictum Rhegium *a rupto* tremoribus terrae ſolo et immiſſo freto inter Siciliam et Italiam, vid. Strabon. ex Aeſchylo lib. VI. p. 396. Ipſa res tradita erat ab Hellanico, e quo repetiit Dionyſ. Halic. I, 35. quem vide. Conuenit fabula cum veritate in hoc, quod nomen Italiae primo ad inferiorem oram pertinuit. De Scylla ab Hercule occiſa noſter nil memorauit; at v. Schol. Od. μ, 85.

Apud Diodor. IV, 22. Rhegii nulla mentio; ſed Hercules armenta ante ſe transmittit, tum ille cornu bouis apprehenſo fretum et ipſe natando traiicit. Scypho Solis transmiſiſſe nonnullos Herculem in Siciliam ſupra vidimus ad ſ. 10. §. 5. Erant autem Elymorum ſedes circa montem Erycem, quem Eryx inſederat: cf. ad Virgil. Aen. V. Exc. I. et III. et de Eryce ad V. 391. add. Diodor. IV, 13. vbi plures de itinere per Siciliam fabulae. Pauſan. IV, 36. p. 372. Schol. Lycophr. 866. Ἡφαίστῳ quaeras, vnde hic in iſtis locis? ſcilicet de Aetna et Vulcani officina cogitandum eſt. §. 12. *ἐπὶ τοὺς μυχοὺς τοῦ πόντου.* erunt intima ſinus Adriatici, vt adeo obierit Hercules oram omnem huius ſinus; ſic apud Diodor. IV, 23. 25. ſed ibi Adriae oram cum circumiiſſet, per Epirum in Peloponneſum transſiit, apud noſtrum haud facile iter expedias; nam, nulla Illyrici traiecti mentione facta, ſtatim ſub Thracicos montes armenta oeſtro perculſa diſcurſitant; ita vt aut excidiſſe nonnulla, aut ſtudio breuitatis culpam obſcuritatis ſuſtinere videatur Apollodorus; etſi vel maxime priſcos auctores Thracicos fines latiſſime protuliſſe dicas. Apud Tzetzam Chil. II, 350. qui h. l. expreſſit, Hercules traiecto Ionio mari ſeu ſinu Adriatico Epirum adit: *περαιωθεὶς Ἰόνιον τὸν Ἀδριακοῦ κόλπον διὰ τῆς Θρᾴκης δυσχερῶς ἄγει πρὸς Εὐρυσθέα.* Ex Epiro tamen in Thraciam multo minus viae compendium fecit, ſi inde Argos pergere volebat. Omnino Epiri mentionem facit Apollodorus nullam, quam tamen in hoc terreſtri itinere Herculis alii faciunt. Quid? quod Hercules narratus fuit, a Nicandro ſaltem et Athanada, apud Antonin. Lib. c. 4. perdomuiſſe tum Epirum et Ambraciam, victis Celtis (an Sellis), Theſprotis et omnibus Epirotis; Hecataeus autem ipſam Erythiam, et Geryonen in Ambraciam et Amphilochos transtulerat apud Arrian.

de Exped. Alex. lib. II, 16. vbi de Tyrio Hercule agitur; tam mature Graeci ipſi in ſuis fabulis ſeu argutari ſeu ineptire coepere. Amplexus eſt idem commentum Scylax in Periplo p. 10. vbi Atintanes memorauerat: *ἐν τῇ Καστίδι χώρᾳ εἶναι λέγεται πεδίον ὄνομα Ἐρύθεια. Ἐνταῦθα ὁ Γηρυόνης λέγεται οἰκεῖν καὶ τὰς βοῦς βουκολεῖν.* Ad e. l. excitata eſt vetus illa inſcriptio Hypatae Aenianum vrbe inuenta, apud auctorem de Mirab. Narrat. c. 145. appoſita, docte et ſubtiliter tentata a Buherio, vt tamen parum ſatisfaciat. Attigit quoque haec Weſſeling. ad Herodot. p. 283, 13. Etiam armenta, tunc conſecrata ab Hercule Ioui Dodonaeo, ſecundum Proxenum, aut a paſtore abacta, nouum ibi genus praeſtantiſſimorum boum, qui *Λαρινοὶ* dicti, ex ſe reliquerant. v. Svidas in *Λαρινοὶ βόες*. vnde Fragmentum Apollodori adſcriptum videbis inf. inter Fragm. e lib. II. Etymologiarum.

ſ. 11. XI. *Heſperidum poma* ab Hercule apportata. Varie a poetis tractata etiam haec fabula, variis ex commentis, in his quoque nauigantium narrationibus, et ex geographica locorum ignoratione conflata. Potuere enim ſubeſſe auditiones de conuallibus inter deſertas ſolitudines fertilibus et amoenis, hortorum nomine impertitis. Cum ad extremum Africae occidentem haec loca, quae noſter cum Pherecyde in Hyperboreis poſuit, haberentur, confuſa eſt notio occidentis Solis, et Oceani, et Atlantis. Memoratur quoque ex Pherecyde apud Eratoſth. c. 3. Iunonem poma in donis nuptialibus accepta *καταφυτεῦσαι εἰς τὸν τῶν θεῶν κῆπον ὃς ἦν παρὰ τῷ Ἄτλαντι.* hinc illuſtrare licet *fontem ambroſium* apud Atlantem ex Olympi finibus manantem apud Eurip. Hippol. 748. Ad caput hoc cf. Schol. Apollon. IV, 1396. vnde patet ex Pherecyde id maxime eſſe expreſſum: eundem ſit probabile etiam in ceteris Herculis rebus ducem praecipuum fuiſſe,

ἐνὶ μηνὶ καὶ ἔτεσιν ὀκτὼ, vnde mira haec temporis designandi ratio petita sit, ignoro. Eadem habet Schol. Il. ϑ, 368. qui partem loci exscripsit, nec aliter legerat Tzetza Chil. II, 354. l. c. Ceterum obseruandum illud, ab initio X. tantum ab Eurystheo imperatos fuisse labores; inest hactenus, seu casu seu consilio, laborum numero ratio aliqua ad annum veterem decem mensium, factum mox mensium duodecim. §. 2. *ἐν Ὑπερβορέοις.* non in Libya Hesperidum horti nunc narrantur; vt apud Apollon. et alios; sed in Hyperboreis. Hoc ex ipso Pherecyde habere videtur, saltem is eandem itineris descriptionem exhibuit. Vossius quidem ad Melam I, 8. p. 591. aduersus hunc locum disputat, tanquam spurium; at enim vir doctus parum meminisse videtur, geographicas rationes esse diuersas a mythicis. Dispescit noster auctor iter Herculis hunc in modum: ex Peloponneso procedit is per Thraciam et Illyricum in Italiam, ad Eridanum, vbi a Nereo monstratur iter in Libyam, ex hac in Aegyptum, inde in Arabiam; ex hac mare exterius, hoc est orientale ingressus, circumacto oriente, ad veterum fidem, ad Caucasum peruenit, inde ab Hyperboreos, vbi Atlas poma aurea ex Hesperidum horto apportat. Indoctae hae veterum rationes geographicae, etsi vana et inanis est opera reuocandi eas ad certam opinionis formulam susceptam, memoratu tamen dignae sunt, vt alia eorum commenta et narrata melius ita perspiciamus. *ἐπὶ τοῦ Ἄτλαντος.* esset *in monte Atlante.* Atqui de monte non agitur. Atlas est notus ille ex Titanibus, vt constat mox §. 13. quem Apollodorus in Hyperboreis collocauit. An dicere voluit: fuisse poma *in eius potestate?* fauere videri possunt verba Eratosth. c. 3. vbi narrat Pherecydes Iunonem miratam poma aurea *εἰπεῖν* (*iussisse*) *καταφυτεῦσαι εἰς τὸν τῶν ϑεῶν κῆπον, ὃς ἦν παρὰ τῷ Ἄτλαντι.* Vbi tamen

eſt: *apud Atlantem montem*, nec poma ab Atlante poſſeſſa fuiſſe, infra tradita docent. Quid plura? delendum eſt ineptum gloſſema ex ſeqq. huc illatum. ἐν Ὑπερβορέοις. Memorabile vtique hoc quod in Hyperboreis Heſperidum horti collocantur. Vulgo ii in Libya, a ſerioribus quidem in Cyrenaica, ab aliis in extremo Africae occidente, ſub Atlante, fuiſſe perhibentur; antiquiores vero in ipſo oceano, vt paſſim obſeruatum, inſulam iis aſſignant; ἐν τῷ ὠκεανῷ ſic Pherecydes apud Schol. Apollon. l. c. nec aliter ipſe Heſiod. Θ. 215, πέρην κλυτοῦ Ὠκεανοῖο. cf. ſup. ad ſ. 10. §. 1. Atlas autem ſtat πρόπαρ Ἑσπερίδων λιγυφώνων ibid. 518. Scilicet fuit ab initio in Heſperidum hortis et malis aureis ingenioſus aliquis luſus et reſpectus ſolis occidentis, cum eius regia et armenta et horti in oceano occidentali eſſent conſtituti, quibus praepoſita erat cuſtodia Nympharum. Iam Hyperboreorum ſedem in ſeptentrione eſſe, traditum erat; porrigitur autem ille non minus verſus occidentem, debuitque ideo Hyperboreorum regio haberi contigua et finitima ſoli occidenti; itaque, ignorato Europae occidentis ſitu, ab Hyperboreis iter haud longum ad Hiſpaniae et Africae oram occidentalem. Fuiſſe videntur, qui Herculem Hyperboreos adiiſſe narrarent etiam in profectione ad Geryonem, et qui ad Scythas eum perueniſſe, vt ſup. ad ſ. 10. §. 4. ex Herodoto notatum, traderent. Hyperboreos in vicinia, ſeu in via ad Libyam, collocarant poetae etiam in Perſei fabulis, vt diſcere licet vel ex Pindaro P. 10, 47 ſq. 70. Aliam profectionem Herculis ad Hyperboreos ſup. ad ſ. 3. e Pindaro Ol. 3, 55 ſq. vidimus, cum ceruam perſequeretur; in iſta, non in hac, ille populum albam reportauit, et ad Alpheum plantauit vid. Pindar. Ol. 3, 23 ſq. Pauſan. IV, 14. Aliter Schol. Theocr. 2, 121. Omnino Hyperboreorum notionem eſſe admodum vagam, pro progreſſu

notionum ſeptentrionis et Europae inter Graecos iam alio loco declaratum eſt; innuente eo nomen primum loca proxima vltra Thraciam et Epirum; quippe ignotas has ipſas terras aliquando Graecis fuiſſe docent narrationes in Odyſſea de Corcyra et alia. Quo latius autem notitia locorum proceſſit, eo magis ad ſeptentrionem receſſere Hyperboreorum ſedes. Nuptiae autem illae Iouis et Iunonis argumentum fuiſſe videntur frequentatum a poetis pluribus, vt iam ſup. ad I, 3, 1. monitum. Ab iisdem nouus fabularum ordo, a veteri per Vranidas ac Titanas deducto diuerſus, initium habebat; itaque Piſander opus ſuum Ἡρωϊκῶν θεογαμιῶν exorſus inde eſſe narratur apud Macrob. Sat. V, 2. (de quo vid. ad Virgil. Aen. II. Excurſ. I. Spectaſſe autem videtur res primo ad fabulas Cretenſes; nam in Creta et locus oſtendebatur, et ſacro anniuerſario nuptiae recolebantur: Diodor. V, 72. Feſtum diem eodem nomine agebant Athenienſes. v. Intpp. Heſych. in Ἱερὸς γάμος. Alii inde abductam virginem Iunonem appuliſſe ad Hermionen Argolidis, vbi et in monte Coccygio a Ioue in cuculum mutato ea fuit vitiata; alii ad Euboeam, et ibi in monte Oche in Iouis amplexus veniſſe fabulabantur, aut, vt alii haec nouauerant, in Cithaeronem transiiſſe: Euſeb. Praep. Ev. III. p. 84. e Plutarcho. *Draco* Typhonis et Echidnae progenies; nec aliter Heſiodum tradere, Apollonii Schol. obſeruat l. c. Ἡσίοδος δὲ ἐκ Τυφῶνος φησίν. Si tamen Theogoniam conſulas, non ex Typhone, ſed ex Phorcyne et Ceto natus traditur v. 333 ſq. Piſander Terrae filium ediderat. Idem inter ſidera relatus: vid. Eratoſth. l. c. Nomen ei fuit *Ladon*: vid. Apollon. ibid. v. 1396. Ante δράκων excidiſſe hoc ipſum nomen Λάδων ſuſpicabatur Mitſcherlich. noſter. Voces, quas emiſit, φωναὶ, de ſibilis accipiendae videntur. Cum Heſperides

λιγύφωνοι dicantur apud Hesiod. Θ. 272. 518. et ὑμνῳδοὶ apud Sophocl. Herc. fur. 394. vbi vid. Barnes. ἀοιδοὶ apud Eurip. Hippol. 743. vbi vid. Valken. etsi satis est Apollon. IV, 1399. inspicere, suspicabar permutata sede haec verba ad Hesperides referenda esse; verum et Pherecydes φωνὰς παντοίας serpentis meminit apud Schol. Apollon. l. c. Nocte satae sunt apud Hesiod. Θ. 215. *Hesperides*; at Atlantis filiae apud Diodor. IV, 27. Si Iouis et Themidis filias eas edit Schol. Eurip. Hippol. 742. confundit ille Nymphas ad Eridanum, quae mox sequuntur. Simili errore apud Schol. Apollon. IV, 1399. Phorci et Cetus filiae fuisse dicuntur. Cum Gorgonibus confunduntur ex praua interpunctione vss. Θ. Hesiod. 275. 276. De numero earum v. ad Hygin. praef. p. 2. et ad Fulgent. de Contin. Virgil. p. 755. §. 3. *Echedorus* Macedoniae fl. in sinum Thermaicum se exonerans. Ἐχείδωρος Herodoto, qui de eo videndus lib. VII, 127. *Cycnus* hic Martis et Cyrenes f. diuersus adeo ab altero, Martis et Pelopiae f. infra c. 7. f. 7. §. 5. qui et ipse ab Hercule occiditur. Si quaeras, vter is sit, cuius pugna cum Hercule ab Hesiodo in Sc. Herc. narratur, alter hic ex Pelopia genitus ille esse habendus est: nam ad Itonum is fuit occisus: Hesiodus autem templum Apollinis Pagasaei memorat, non longe ab eo loco situm, v. 70. cf. vs. 380. 1. 472 sq. ad quem spectant quoque versus Eurip. Herc. fur. 386 sq. vbi Anaurus Thessaliae fluuius et Amphanaea vrbs memorantur. Ad Troezenem tamen pugnam factam Schol. Il. ψ, 346. tradit. In Scuto Herc. 59. 346. Mars est παραστάτης Cycni; nunc autem ipse congreditur cum Hercule. Est praeter hos alius Cycnus, Neptuni f. ab Achille occisus. Confundi passim varios hos Cycnos iam obseruatum est v. c. ad Hygin. 31. p. 89. cf. Schol. Pindar. O. 2, 147. Hoc, an altero, per Thessaliam itinere Ter-

merum; occidit Hercules capite obiecto ferientem obuios, ipſe eum ſimili modo aggreſſus: Plutarch. Theſ. p. 5. C. Nympharum hoc indicium, §. 4. quod ex Pherecyde petitum, (in Schol. Apollon. l. c. vnde repetiit Eudocia p. 216) ſimilitudinem habet cum altero in fabula Perſei ſup. II, 4, 2. §. 6. vt etiam hoc ad vetuſtiorem fabulandi morem referendum ſit. *Nereus* in Heraclia partes habuit, quas Proteus in Odyſſea: exemplo forte alicuius ſcriptoris Graeci, eundem vaticinantem in Troicis adhibuit Horat. I, Carm. 15, vt Glaucum in Argonauticis Apollon. I, 1310. de quo loc. claſſ. apud Athenaeum VII. p. 296. 7. Nimis breuiter narratum mox §. 6. *μαθὼν δὲ, Λιβύην διεξῄει*, ſiquidem ab Eridano profectus eſt. Schol. Apollonii: *ἀφικόμενος δὲ ἐς Ταρτησσὸν, πορεύεται εἰς Λιβύην.* Ad Aegyptum iter Herculis direxerunt alii, qui Graeca cum Aegyptiis miſcuere. v. Diodor. I, 21. Sed Antaei regia Iraſſa (Pindar. P. 9, 185.) ad Tritonidem fuit paludem, in Cyrenaica, vt ex Schol. et Herodoto intelligitur. De lucta cf. Pindar. I, 4, 87 ſq. et Schol. alios ad Hygin. f. 31. pr. Ex aliis fabulae ornamentis, quae olim fuere, eſt apud Schol. Lycophr. 662. quod Hercules ex Antaei vxore, Iphinoe, Palaemonem ſuſcepit. Antaei ſtaturam ex Herodoro memorat Tz. Chil. II, 366. cf. Philoſtrati Icon. II, 21. ad quem v. Obſeruata in Opuſc. acad. Vol. V. p. 130. Pro vltimo Herculis labore Antaeus memoratur apud Euſeb. n. 770.

§. 7. *Buſiris*, diuerſus hic ab eo, qui ſup. II, 1, 5. §. 3. inter Aegypti filios erat. Spectauit forte ad hunc, quod apud Theonem eſt Progymn. c. 6. p. 87. Heſiodum vndecim aetatibus facere antiquiorem Buſirin Hercule. Similiter apud Iſocratem hiſtoriae, plus quam CC. annis ante Perſeum vixiſſe Buſiridem, tradidiſſe feruntur. Neptuno et Anippe, Nili filia, ortus narratur apud Plutarch.

Parall. (T. II. p. 317. B.) ex Agathone Samio. Alia narrantur de Busiride ap. Diodor. et al. Etiam Panyasis ea attigerat, vt colligo ex loco Athen. IV. p. 172. D. de Aegyptiorum ἀνθρωποθυσίαις. Fuit Euripidis Busiris. Rhetoribus eum pro argumento declamationum fuisse nota res est vel Isocratis exemplo. Etiam in hac fabula noster Pherecydem sequutus est: v. Schol. Apollon. IV, 1396. — §. 9. Ceterum exornarunt hanc ἀνθρωποθυσίαν Graeci et nomen infame reddiderunt Busiridis. vid. inpr. Herodot. II, 45. §. 10. *Thermydrae*, in ipsa Rhodo fuere, seu potius *Thermydra*. Steph. Byz. h. v. Θέρμυδρα, λιμὴν τῆς μιᾶς τῶν ἐν Ῥόδῳ πόλιων. Apud Tz. Chil. II, 385. est Θερμύδρῳ λιμένι. In Pal. Vat. est Θερμυδραῖς. Diuersa est altera similis narratio de Thiodamantis boue apud Dryopes in Thessalia, quam vid. inf. II, 7, 7. pr. Ceterum veteris ritus diris et execrationibus in sacris vtendi inepte per hanc narrationem ratio reddi solita: petenda vtique illa ab aliis caussis, forte quod in sacris expiatoriis τὸ ἄγος in victimam diris et malis ominibus transferri solebat. cf. sup. Obss. ad I, 5, 1. §. 3. p. 26. βοηθεῖν ἑαυτῷ. vocem alteram delendam puto male illatam; saltem boui, non sibi succurrere debebat. §. 11. Apud Diodor. IV, 27. Busiride occiso Hercules aduerso Nili flumine in Aethiopiam subuectus *Emathionem* regem necat. Aurorae filius is est etiam inf. III, 12, 4. et Hesiod. Θ. 984. vbi Schol. etiam ad Pherecydem prouocat. Scholiastes tamen Apollonii, Pherecydea memorans, (ex eo repetit Eudoc. p. 216) eius non meminit; sed cum Memphim, Busiride occiso, reliquisset Hercules, *Thebas* (Aegypti) *proficiscitur* καὶ διὰ τῶν ὀρῶν εἰς τὴν ἔξω Λιβύην, ἧς ἐν τοῖς ἐρήμοις πολλὰ τῶν θηρίων τοξεύων ἀναιρεῖ. καθήρας δὲ τὴν Λιβύην, κατέβη ἐπὶ τὴν θάλασσαν τὴν ἔξω κειμένην. quae hic *exterior Lybie est*, hoc est: Aethiopia et orientale Africae littus, posset

in Apollodoro quoque intelligi: *διὰ τῆς Λιβύης πορευθεὶς ἐπὶ τὴν ἔξω θάλασσαν*, quod mare orientale esset; fieret enim hinc nauigatio circa Asiae oram orientalem; errore veterum iam supra aliquoties notato, cum nullam haberent notionem Asiae in tam vasta terrarum spatia versus orientem patentis. Ab oriente sic euecta naue, versus septentrionem perueniri creditum, inde, si ad occidentem deflecteres, ad Caucasum. Apud eundem Schol. ex Pherecyde res ita traditur: Hercules *λαβὼν χρυσοῦν δέπας παρὰ Ἡλίου* (e quo loco aut inserta in nostro sunt illa *οὗ τὸ δέπας καταλαμβάνει*, aut supplenda sunt *παρὰ τοῦ Ἡλίου λαμβάνει* *vbi a Sole nauigii loco cymbium accipit*: v. sup. ad s. 10. §. 5.) *διαβαίνει ἐν αὐτῷ εἰς Πέργην* (*ignotam vrbem*, f. *εἰς περαίαν* sc. *γῆν*, *ἤπειρον*.) *διά τε τῆς ἔξω τῆς γῆς θαλάσσης καὶ διὰ τοῦ ὠκεανοῦ πλέων. ἐπελθὼν δὲ παρὰ Προμηθέα* etc. hic manifestum fit, creditum fuisse Caucasum per Asiam continuatum esse versus orientale mare. Tanta caligo obscurabat notiones veteris Graeciae geographicas in oriente et septentrione Asiae! Hinc et factum, vt Prometheus modo Caucaso diceretur affixus, modo ad extremum Oceanum: vt in Aeschyli Prometheo, vbi haec bene declarauit Schütze p. 9 sq. Superesset modo Aeschyli Prometheus solutus, in quo, vt ex fragmentis apparet, plura geographica fabulose exposita fuere! si saltem locum haberemus integrum in Prometheo vincto, v. 797 sq.! In Apollodoro tamen hae quoque rationes conturbantur interposita intempestiue *Arabia;* ex Aegypto enim Hercules in Arabiam, inde in Libyam, et ex hac *εἰς τὴν ἔξω θάλασσαν* procedit. Dicas *τὴν ἔξω θάλασσαν* esse h. l. ab occidente Libyae, et inde Herculem iterum rediisse forte per Hyperboreos. Dubitaui quoque an non *Ἀραβίαν* corruptum sit, et fuisse scriptum *Αἰθιοπίαν*, in ea enim Tithoni filius bene collocari potuit. Nec enim

Arabiam pro Aegypti orientali ad Nilum parte acceptam esse puto in mythis, vt serius eam Arabiam dictam esse constat. In Tabula Farnesia Hercules (l. 108.) ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν ἦλθε ποταμὸν καὶ πόλιν Ἡράκλειαν τὰν ἐν Σίβαις ᾤκισεν. §. 12. Quod *aquila* haec Echidna et Typhone prognata est, Pherecydi debetur apud Schol. Apollonii II, 1252. Loci in sqq. illustratio ex Athenaeo XV, 4. p. 672. extr. petenda, vt iam Gale monuit, vbi de more Carum et Samiorum στεφάνοις ἐκ λύγου, λυγίνοις, *coronis e vimine salicis*, agni casti, (ἄγνος λύγος) caput reuincientium cum actum esset, adiicitur, etsi verbis satis obscuris, Apollinem consultum respondisse: ποινὴν Samios persoluere debere, quam olim Prometheo vinculis suis liberato Iupiter imposuit, vt vinculo se constringeret sponte et innoxio: in verbis ὅθεν οὔτ' ἐκείνου τὸν δεδηλωμένον στέφανον τῷ Προμηθεῖ περιγενέσθαι si legas ἀπ' ἐκείνου (sc. τοῦ χρόνου) totus locus sanatus erit. Videtur igitur in fabulis, forte apud Aeschylum in Prometheo soluto, hoc fuisse, Prometheum vinculis solutum, vt aliqua ex parte satisfaceret, vincula ex viminibus salicum gestasse; vnde mos Samiorum coronis vimineis ductus esse creditus. Apud eund. Athenaeum p. 674 D. ipse Aeschylus laudatur ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ diserte memorans, ὅτι ἐπί τε τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν στέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ, ἀντίποινα τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ: idem Aeschylus in Sphinge: τῷ δὲ ξένῳ γε στέφανος, ἀρχαῖον στέφος, δεσμῶν ἄριστος, ἐκ Προμηθέως λύγου, vt lego illum locum. In hunc sensum si accipitur noster locus, legendum cum Galeo: ἑλόμενον sc. Prometheum. Ita tamen difficultas restat, quod δεσμὸς τῆς ἐλαίας memoratur, non λύγου. Suspicari ita licet aut voc. τῆς ἐλαίας esse corruptum ex λύγου, aut τὸν τῆς ἐλαίας ex sup. II, 1, 3. §. 4. esse huc illatum, et δεσμὸν ἑλόμενος esse de Hercule pro ἀφελόμενος, *demto*

vinculo, quo Prometheus Caucaſo erat alligatus. Sin vera ſunt illa τὸν τῆς ἐλαίας, dicendum eſt, ipſum Herculem, qui liberarat Ioue inuito Prometheum, poenae loco et ipſum vinculum ſibi impoſuiſſe *ſed ex olea;* vt diuerſa hactenus fabula haec ſit ab illa altera. καὶ παρέσχε: haec iam illuſtrata ſup. II, 5, 4. §. 6. vt Chiron immortali natura praeditus mori poſſet, ſiſtendus erat mortalis, qui immortalitatem eius occuparet, tanquam vicarius. §. 14. Lacuna h. l. ex Schol. Apollonii l. c. IV, 1396. ſuppleri poteſt; is haec habet: Ἡρακλῆς δὲ ἀκούσας ἔρχεται πρὸς Ἄτλαντα, καὶ κελεύει αὐτὸν ἐνεγκεῖν τὰ μῆλα παρὰ τῶν Ἑσπερίδων, τρία λαβόντα, διηγησάμενος τὸν ἆθλον. (*cum eum docuiſſet hunc ſibi laborem eſſe impoſitum, vt poma afferret.* In Eudoc. p. 217. legitur διηνυσάμενον, pro διανυσάμενον, *vt Atlas laborem pro ſe conficeret.*) δοὺς δὲ (f. θεὶς δὲ) Ἄτλας ἐπὶ τῶν ὤμων Ἡρακλεῖ τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐλθὼν πρὸς τὰς Ἑσπερίδας, δεξάμενος παρ' αὐτῶν τὰ μῆλα, ἐλθών τε πρὸς τὸν Ἡρακλέα, τά μεν μῆλα αὐτός φησιν ἀποίσειν Εὐρυσθεῖ, τὸν δὲ οὐρανὸν ἐκέλευσεν ἐκεῖνον ἔχειν ἀντ' αὐτοῦ. ὁ δὲ Ἡρακλῆς ὑποσχόμενος. (ſc. ἔχειν, ἀνέχειν τὸν οὐρανὸν ἀντ' αὐτοῦ) δόλῳ ἀντεπέθηκεν αὐτὸν τῷ Ἄτλαντι, κατὰ τὴν τοῦ Προμηθέως ὑποθήκην· κελεύει γὰρ, ὥσπερ ἐκεῖνος ὑπέθετο, τὸν Ἄτλαντα δέξασθαι τὸν οὐρανὸν, ἕως οὗ σπεῖραν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ποιήσεται. ita locus emendandus partim e MS. Reg. Par. partim aliunde.

ſ. 12. XII. *Cerberum* adducit ab inferis Hercules. Hoc vtique totum commentum debetur ingeniis poetarum, qui etiam in inferis locis Herculis virtutem exploratam dare vellent. Perperam ideo ab hiſtoricis aut a geographicis rationibus hoc petiere alii. Eſt autem Cerberus ab antiquioribus in aditu regiae Plutonis conſtitutus, non in oſtiis Orci. Etiam in hoc labore exſequendo Mi-

nervam ducem habuit Hercules: Il. ϑ, 366 ſq. vbi Schol, Apollodorum ante oculos habuit, et in compendium verba redegit. Antequam ad inferos deſcenderet, initiandum ſe tradidit Eleuſiniis. Sic Eurip. Herc. fur. 6, 3. Fuit ergo iam tum, cum haec fabula insereretur Heracliis, opinio aliqua, initia Eleuſinia iis, qui ad Manes deſcenderent, aliquo modo prodeſſe, et initiatos in inferis verſantes fructum aliquem ex his teletis capere. §. , *παντοίων εἶχεν ὄφεων κεφαλάς.* puta ſerpentes pro villis et iuba fuiſſe. *Eumolpus* hic e binis vel trinis vter fuerit, dubitatur: ſaltem ſerior eſſe debuit. v. inf. ad III, 15, 4. Schol. Sophocl. Oed. Col. 1108. Diodorus Muſaeum nominat: IV, 25. *ξένοις* accipiendum de iis qui Athenienſes non eſſent, Hellenes tamen; nam Hercules vtique Hellenica ſtirpe oriundus erat; quod mox *τότε* interponitur, fit reſpectu ſequiorum temporum, quibus peregrini admiſſi. Herodot. VIII, 65. vbi quotannis myſteria Eleuſinia celebrari ab Athenienſibus profeſſus, ſubiicit: *καὶ αὐτέων τε ὁ βουλόμενος, καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, μυεῖται.* mos tamen ferebat, vt, qui recipiebatur, antea inter ciues adſcriberetur: itaque Hercules, qui Athenienſis haud erat, ab Athenienſi aliquo Pylio adoptatus et ciuitatis iure donatus eſt. Ita et Dioſcures narrat Plutarch. Theſ. p. 16. A. initiatos, cum arrogati eſſent ab Aphidno, eoque in ciuitatem adſcriptos, *Ἀφίδνου πεποιημένου παῖδας, ὡς Πύλιος Ἡρακλέα.* Alia exempla vid. apud Meurſ. et V. doctiſſ. de Sainte Croix *ſur les Myſteres* p. 164. cf. Epigramma Hierophantidis ap. Schow Charta papyr. p. 78. 80. Porro Eleuſinia minora haec fuere, quibus Hercules initiatus eſt, illo ipſo tempore primo inſtituta. cf. Schol. Ariſtoph. Plut. 1014. et ibi nota Hemſterh. At Diodorus eum, minoribus iam antea *πρὸς τὸν καθαρμὸν τοῦ Κενταύρων φόνου* initiatum, nunc ſub deſcenſum ad inferos

maiora Eleufinia adiiffe narrat. vid. Weffel. ad Diodor. IV, 14. vnde apparet, non fatis expedite haec narrata effe nec a Diodoro nec a noftro. In feqq. §. 4. nonnulla funt, quae alibi vix occurrunt. *Gorgonem* poeta, quisquis haec commenta excogitauit, ex Od. λ. 604. 633. petiit. Omnino is Necyiam videtur adornaffe ad imitationem Homeri. Occurfum Meleagri memorat quoque Schol. Il. Φ, 194. vbi ille fororem Deianiram commendat Herculi. §. 5. Fabula *de Thefeo et Pirithoo*, quantum affequi licet, ex Heracliis originem duxit, multo tamen magis ea in Thefeide tractari debuit; vnde tanta narrationis varietas. cf. ad Virgil. Aen. VI, 617 fq. Obferuandum et illud, in vtroque carmine *Necyiam* comprehenfam fuiffe, qua res inferae exponerentur; adde aliam in rebus Bacchi, aliam, vt e Paufan. X, 28. p. 868. difcitur, in Minyade, aliam ἐν Νόστοις. Adeo poetarum ingenia in rebus inferis defcribendis defudarunt! Condonabimus itaque Virgilio quoque, fi placet, in Aen. VI. non in omnibus fatis fibi conftanti, vt in temporis ab Aenea in iter confumti rationibus. Quod ad fabulam de Thefeo et Pirithoo attinet, apud Homer. Od. λ, 630. illi adhuc erant in inferis; vnde et fua duxit Virgil. l. c. *fedet aeternumque fedebit infelix Thefeus.* Sedebant vtique vincti; quod et Horatius fequutus eft, III. Carm. 4. extr. aucta mox res in miraculum, vt federent adhaerentes miro modo adglutinati faxo: cf. Schol. Hoc ad Panyafin auctorem refertur ap. Paufan. X, 29 extr. idque fequitur Apollodorus. Pirithous hinc dictus ἄπυγος. Eudocia p. 47. nefcio vnde. Similia apud Apoftol. III, 81. in ἀπόγλουτος, et in λίσποι apud Svid. et Hefych. vbi v. Intpp. add. Ouwens doctiff. vir. Noct. Hag. p. 21. 355. Alii Thefeum rediiffe narrarunt, fic Eurip. Herc. fur. 621. Pirithoo relicto, quod et nofter fcriptor fequutus eft. cf. Schol. Apollon. l. c.

Alia vid. apud Meurſ. Theſ. 27. Meziriac, ad Ovid. Epp. p. 145 ſq. Intpp. Hygin. f. 79. n. 14. vbi vterque rediiſſe dictus, vt et apud Diodor. IV, 26. Erat olim carmen de Theſei et Pirithoi deſcenſu ad inferos, quod Heſiodo tribuebatur, teſte Pauſan. IX, 31. p. 772. A. De *Aſcalapho* cf. ſup. I, 5, 3. §. 3. Ovid. Met. V, 599 ſq. — §. 7. βουλόμενος δὲ, exſangues vmbrae ſanguine poto iterum vires recipiunt; voluit ergo Hercules vmbras alloqui aut futura ex iis cognoſcere, vt Vlyſſes in Odyſſea. Ceterum Orci regia h. l. inſtructa eſt ad morem heroum aula et ſtabulis, quibus armenta haberentur. Mox §. 8. πύλαι τοῦ Ἀχέροντος memorantur, quaſi hic non fluuius, ſed locus ac tractus inferorum eſſet. §. 9. Secundum Pauſan. II, 31. in medio foro Troezenis erat templum Dianae Soſpitae (Ἀρτέμιδος Σωτείρας) ἐν τούτῳ δέ εἰσι τῷ ναῷ βωμοὶ θεῶν τῶν λεγομένων ὑπὸ γῆς ἄρχειν· καὶ Φασὶν ἐξ ᾅδου Σεμέλην τε ὑπὸ Διονύσου κομισθῆναι ταύτῃ, καὶ ὡς Ἡρακλῆς ἀνάγαγοι τὸν κύνα τοῦ ᾅδου. Contra Hermionenſes, qui ſunt et ipſi in Argolide, apud ſe in area ad Chthoniae templum prodiiſſe Herculem cum Cerbero ferebant: v. Pauſan. II, 35. extr. cf. ſup. ad I, 5, 1. pr. Obſſ. p. 25. Hermione et ἄλσος Χθονίας eſt apud Eurip. Herc. fur. 615. Ceterum tum e Cerberi ſpuma natum aconitum narratur apud Antig. Caryſt. 139.

Cap. 6.

§. 1. Quae abhinc ſuperioribus X. ac XII. laboribus adiiciuntur, pleraque a poetis inuenta eſſe puto, qui poſt primores et antiquiores poetas in hoc argumento elaborarunt. Praereptis ſcilicet communioribus et vulgaribus fabulis ad magis reconditas, etiam ad veteres hiſtorias, deueniendum fuit. §. 1. *Megaram a ſe dimiſſam Hercules elocat Iolao.* De *Megara* ſup. II, 4, 11. §. 6. Me-

garae dulces querelas de Herculis abſentia vid. apud Moſchum IV. Conſentit cum Apollodoro Diodor. IV, 31. Megaram ab Herculae inſaniente cum liberis (ſup. II, 4, 12. §. 1.) interfectam tradiderant alii. Tragici, ſaltem Euripides in Herc. fur. interpoſuere poſt Herculis reditum fabulam de Lyco Thebanorum tyranno Megarae cum filiis caedem parante: quem Hercules vltus a Iunone in furorem coniectus liberos cum matre interficit. Eadem fere ex Aſclepiade Schol. Od. λ, 268. Conf. Hygin. 31. 32. (ex Euripide) 241. vbi v. not. Scilicet varie haec tractata eſſe, iam a Steſichoro et Panyaſi, diſcimus ex Pauſan. IX, 11. cf. Hemſterh. Lucian. T. I. p. 237. *Iolaus*, Iphiclis f. (ſup. II, 4, 11. §. 7.) perpetuus Herculis comes et *σύμπλους*. vt Eurip. Heracl. 215 ſq. cf. ſup. II, 5, 2. §. 3. *Eurytus* Oechaliae rex. *Oechalia* alia Euboeae, Theſſaliae alia, alia Meſſeniae. cf. laudd. ad Hygin. f. 35. Nunc Euboeae vrbem eſſe intelligendam, apparet vel ex ſ. 2. add. inf. II, 7, 7. §. 7. Sic et ap. Sophocl. Trachin. et al. De *Euryti* ſeu prudentia ſeu aſtutia vid. inpr. Sophocl. Trachin. 205 ſq. vbi eadem, quae hic, narrantur, add. Schol. ad e. l. et ad v. 358. vbi idem affert diuerſa ex Pherecyde et Menecrate. At idem ad vſ. 268. Apollodorum perperam memorat. Noſter ſequitur Herodorum, vt ex Schol. Euripidis Hippol. 550. (545) colligo. De *Iphito* cf. Diodor. IV, 31. Schol. Il. ε, 392. Intpp. Hygin. f. 31. De reliquis Euryti filiis locus claſſ. Schol. Sophocl. Trachin. 270. Deioni ſeu Deioneo, qui vnus ex iis eſt, Theſeus collocauit in matrimonium Perigunen: Plutarch. Theſ. p. 4. D.

ſ. 2. §. 1. *βοῶν. ἵππους* Diodor. l. c. ſubſtituit, cum Tzetza l. c. 417. qui tamen hunc locum exſcripſit. Scilicet ita Homerus tradiderat, cuius locus claſſ. eſt Od. φ, 22 ſq. vbi Schol. ex Pherecyde alia ſupplet; item Sophocl.

Trachin. 273. Schol. Il. ε, 392. Diodor. IV, 31. et cum his collecta ab Euſtathio ad Il. λ, p. 879, 12. Quod furens h. l. facit Hercules, alii ante furorem flagitioſe commiſſum narrant. §. 2. *μανεὶς*, iterum Iunonis ira. Tzetza v. 422. §. 3. *Neleus.* vid. ſup. I, 9, 9. a Neleo reiicitur Hercules. cf. Schol. Il. λ, 689. mox poenam exigit c. 7, 3. cf. Aelian. V. H. IV, 5. Recuſauit quoque Hippocoon luſtrare eum: Pauſan. III, 15. p. 244. §. 4. *Deiphobum*, Hippolyti f. etiam Diodor. memorat l. c. Arcadum regem appellat Schol. Il. ε, 392. (quem exſcripſit Eudoc. p. 305. 6.) h. l. tamen Amyclis ille habitauit. §. 6. De abducto *tripode Delphico* et *pugna Herculis cum Apolline* cf. ad Hygin. f. 32. In aereo opere Delphis apud Pauſan. X, 13. p. 830. Latona, Diana et Minerva interueniebant pugnae. Extat quoque gemma vetus cum Hercule tripodem auferente in Gorii Muſeo Etruſco T. I. extr. et innotuit vetus ara Dresdenſis; adde Marmor Paciandi Monum. Pelopon. T. I. p. 114. et p. XXXIV. §. 7. *δόντι ποινὴν τοῦ φόνου*, ſc. ne caedem factam vlciſcerentur neceſſarii, paciſcendum erat de pretio: quod nunc eſt argentum pro vendito Hercule, (*ἡ τιμὴ τοῦ πραθέντος.* haeret in interpretatione Perizon. ad Aelian. V. H. IV, 4.). Pretium trium talentorum eſt ap. Schol. Od. φ, 23. vnde apparet, ex Pherecyde fere haec eſſe hauſta. cf. Diodor. IV, 31. Ceterum etiam hic vidimus ſortem de remedio morbi a deo petitam.

ſ. 3. *Hercules Omphalae ſeruit.* Sophocl. Trachin. 252 ſq. Factum hoc eſſe ſub tempus expeditionis Argonauticae, ſupra vidimus I, 9, 19. extr. iterum inf. ſ. 3. extr. At in tab. Farneſ. in primis adoleſcentiae annis Hercules Omphalae traditur. Mercurius eum vendit. vid. Schol. ad Od. φ, 22. l. c. Hygin. f. 32. et ibi Intpp. cf. Muſaeus v. 150. 1. Apud Diodor. l. c. IV, 31. eſt vnus ex amicis,

a quo venit Hercules. §. 2. Haec seruitus, *δουλεία*, eo facta est, vt Herculi noui labores ab Omphale imponerentur in Asia exantlandi. Erat illa Iardani filia, Tmoli coniux et regni haeres. De *Cercopibus* v. Diodor. IV, 31. et quos laudat Wessel. Fuit inter carmina Homero tributa vnum, *οἱ Κερκωπες*. Harpocration in Κέρκωψ. *ἐν τοῖς εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένοις Κέρκωψι δηλοῦται, ὡς ἐξαπατητῆρές τε ἦσαν, καὶ ψεῦσται οἱ Κέρκωπες.* Additur ex Xenagora, eos in simias (*πιθήκους*) mutatos Pithecusis insulis nomen fecisse. Videntur iidem in dramatibus Satyricis inducti eodem loco habiti ac Satyri. Fuere quoque dramata Satyrica, Omphales nomine inscripta, Achaei, Ionis, Cratini. Plutarch. de adulat. p. 60. C. *καὶ γὰρ Ἡρακλῆς Κέρκωψί τε, καὶ Σειληνοῖς ὁ Διόνυσος ἐτέρψατο.* Cercopes Herculem dormientem aggressos eodem modo quo Pygmaeos fecisse narrant; saltem sic Eunap. Vit. Sophist. p. 37, 26. nescio vnde. §. 3. *Syleus:* de hoc cf. eund. Diodor. l. c. Fuit Fabula Euripidis hoc nomine, quae si superstes esset, non fugeret nos, quid pro *ἐν Αὐλίδι* substituendum sit. Apud Cononem c. 17. Syleus in Thessalia est, et fabula alio modo tractata. Ceterum in Lydia etiam *Lytiersen* sustulit, (Schol. Theocr. 10, 41. vbi vid. Casaub. Lect. Theocr. c. 12. Tradiderat de eo Sosibius in Daphnide) et *Polyphemi vrbem* deleuit: *και ενεπυρισε πολιν Πολυφαμου*, Marm. Farnes. l. 10. 11. Plura de Hercule narrata nunc obscura sunt, vt ibid. quod Tirynthem redux templum Enyalio condidit. Verba tabulae haec sunt de profectione ad Omphalen et inde ad Troiam, vbi de Hercule iam adulto et Erginum Minyarum regem vlto egerat: *και εις Λυδιαν ε(στρατε)υσατο ποτ Ομφαλ(αν ταν Ιαρδα)νου και Μαιονας . . . ιους* (f. *ὑποχειρίους*) *εποιησεν και ενεπυρισε πολιν Πολυφαμου . . . στασας* (f. *και ενθεν μεταστασας*, vitio sculptoris pro *μεταστὰς*,

digreſſus. At Corſin. και Κιον πολιν Πολυφαμου ωκησε: immo ὤκισε μεταστασας *in alium locum traducens:* deeſt ſic τοὺς οἰκήτορας aut ſimile quid). Quae ſequuntur, ſunt nimis mutilata: Λαομεδοντα εβοαθοησε τ... α... πολιορκομεν... Κητεως και απε... (f. απατηθεις) Ηρακλης υπο Λαομεδοντος εις Αργος απελθων (κτι)σαμενος δ εν Τιρυνθι τεμενος Ενυχλιου, μετα Τελαμωνος τε και Πηλεως (και Ο)ικλεος επι Τροιαν στρατευσαμενος ειλεν ταν πολιν, Λαομεδοντα και τους υιους αποκτεινὰς πλαν Πριαμου.... (Τελαμ)ων τε Ησιοναν ελαβε ταν Πριαμου αδελφαν. (εξ ας) Τευκρον π(αιδα) εθετο. Egerant ſequentia de Eurypylo caeſo, de Theſſalo ex Chalciope nato, tum de Iphito (Apollod. ſup. II, 6, 1. §. 2.) poſt alia deleta, de Augea, tum de Neleo, και Μεσσαναν (αφικομενος) τους υιους απεσφαξε πλαν Νεστορος. Σπαρταν τε λαβων δορυαλωτον Ιπποκοωντα και τους παιδας φονευσας, Τυνδαρεω συν Καστορι και Πολυδευκει φευγοντι, (f. φευγοντα) καταγαγε και εδωκε Λακεδαιμονα. τουτο δε, (ἐπὶ τοῦτο δὲ, vel τούτῳ δὲ) πάλιν εις Πισαν ελθων Διος Ολυμπια αγωνισατο και αγωνα τα Ολυμπια πρωτος αγωνιστης. Quae ſequuntur, v. inf. ad II, 7, 6. §. 1. Ex h. l. §. 5. apparet, quanta cum licentia poetae in epicis his narrationibus temporum rationes confuderint, vt argumenti ſui copias amplificarent. Hoc idem fecere auctores Theſeidis; ita in idem tempus cumulata omnia et Theſeus dictus interfuiſſe venationi Calydoniae ſuis I, 8, 2. §. 4. et Argonauticis I, 9. 16. §. 8.

ſ. 4. *Troia expugnata ab Hercule.* cf. Hygin. f. 89. et ibi Intpp. Vltus ille hoc modo perfidiam Laomedontis, de qua ſup. II, 4, 9. extr. πεντηκοντόροις ὀκτωκαίδεκα. *ſex nauibus* apud Homer. Il. ε, 641. obſeruante hoc ipſum Diodoro IV, 32. et 49. extr. item qui Apollodorum ante oculos habuiſſe videtur, Schol. Lycophr. 34. (et ex hoc Eudoc. p. 344) tandem Tzetza Chil. II, 443. qui et ipſe

hunc locum ante oculos habuit. Forte error natus ex ſiglis numerorum. ἀνδρῶν ἀρίστων. in his *Telamon* et *Peleus*, vt apud Pindar. et al. item Farneſ. tab. I. 19. etiam *Oicles*, quem Diodor. IV, 32. quoque memorat, pater Amphiarai, et Mantii f. Pauſan. VI, 17. p. 494. qui et eius monumentum in Arcadum finibus memorans expeditionis ad Troiam meminit VIII, 36. p. 673 extr. Fuit et fabula Sophoclis *Oicles*. §. 2. ὑπὸ τῶν μετὰ Ἡ. ἐπολιορκεῖτο iungenda. §. 3. τῆς δὲ πολιορκίας ἐνεστώσης. *cum non remiſſe fieret oppugnatio, ſed ſumma cum vi*, dictum eſſe debet pro τῶν δὲ πολιορκίᾳ ἐνεστώτων. De *Telamone* loc. claſſ. Pindar. Ol. 8. 41. 59. Nem. 3, 61. Iſthm. 6. 39 ſqq. Καλλινίκου. Schol. Lycophr. 469. eadem narrat, ex Hellanico; ſed idem Ἀλεξίκακον habet: vid. Fragm. Hellanici p. 147. Καλλίνικος Hercules Olympiae ap. Archilochum dictus fuit: v. Schol. Pindar. Ol. 9, 1. Ceterum hoc memorabile eſt, poetas, cumulando in Herculem tot praeclare facta ab eo perpetrata, non dubitaſſe admiſcere quoque alia, quae ipſi tam parum eſſent honorifica, vti h. l. inuidentia in Telamonem ſodalem primas virtutis praeripientem. §. 5. ἀριστεῖον. haec ſunt τὰ πρῶτα καλλιστεῖα illa apud Sophocl. Ai. 434. vbi cf. Schol. et v. 1317. add. Schol. Il. Θ, 284. §. 6. De *Priamo* antea *Podarce* dicto narratio ex etymologia (ἀπὸ τοῦ πρίασθαι emere) ducta videtur: captum illum vendi pro ſeruo neceſſe viſum; ſoror fratrem emit et emancipat; emtionis pretium fuit flammeum.

Cap. 7.

§. 1. *Hercules Con inſulam adnauigat: quam Meropes* tenebat: v. Pindar. Iſthm. 6. 46. N. 4, 42. Schol. Iliad. Ξ, 590. cf. Spanh. ad Callim. in Del. 160. et alios in not. ad Hygin. p. 459. et Antonin. Lib. c. 15. pr. Alia narratio

in Quaeſt. Gr. Plutarcho tributis ſup. f. p. 304. Ea quae de Iunonis fraude et punitione ſequuntur, nota ſunt ex Il. ξ, 250 ſq. ο, 18 ſq. — *Εὐρυπύλοιο πόλιν* appellat Con Homer. Il. β, 677. at ibi ille Herculis et Chalciopes filius editur in Schol. et ab Euſtath. §. 2. Scholia ad Il. ξ, 255. conueniunt cum noſtro; filium Theſſalum ex Chalciope inf. c. 7, extr. videbimus. cf. Pindar. N. 4, 42. et Schol. ad e. l. — *Chalcodon* videtur eſſe idem qui Chalcon apud Theocr. 7, 6. cuius mater Clytia, Meropis f. in Schol. Diuerſus eſt Chalcodon, Abantis f. in Euboea natus, victus ab Amphitruone et caeſus in pugna cum Euboeenſibus: Pauſan. IX, 17. p. 743. 747. cf. Euſtath. ad Il. β, 542. p. 281. extr. §. 3. Herculem cum diis debellaſſe Gigantes ſup. vidimus I, 6, 1. 2. Traduxerant itaque conditores Heracleae et hoc ad Herculem Thebanum. Pugnam cum Alcyoneo Gigante diſerte exponit Pindar. N. 4, 42 ſq. et Herculem cum Gigantibus pugnantem memorat N. 1, 100. cf. Diodor. IV, 15. partem eorum, quae in Italiam confugerat, ad Phlegram Campaniae deleuit: Strab. IV. p. 430. extr. (281.)

ſ. 2. *Expeditio Herculis aduerſus Augeam.* cf. ſup. c. 5, 5. Diodor. IV, 33. Schol. br. et Ven. A. ad Il. λ, 699. Duce Augeae filia expeditio facta ex oraculo: de quo vid. mox ad §. 5. — §. 2. *Eurytus* et *Cteatus*, Actoris et Moliones filii: Homero memorati Il. β, 621. λ, 749. ψ, 638 ſq. Cum iisdem Amarynceus in ſocietatem belli venerat: Pauſan. V. 1. Ad narrationem, quae ſequitur, cf. Pindar. Ol. 10, 30 ſq. et ibi Schol. et Schol. Il. λ, 708. cum Pauſan. V, 2. Pugnauerant illi iam antea, Augeae et Elidenſibus auxilia ferentes, aduerſus Pylios et Neſtorem: Il. λ, 708. 749. *συμφυεῖς.* ita vnum tantum vterque corpus conſtituiſſent. Dubitatum de corporis ſpecie: quam alii accepere ſic, vt eſſent illi *διφυεῖς*, vnde *ζήτησις*

apud Schol. A. ad Il. λ, 750. (ad quem loc. nunc vid. Obff.) Tradunt itaque eos διφυεῖς Schol. Il. λ, 708. cum Euftath. p. 842. οὗτοι παρηλλαγμένην φύσιν τῶν λοιπῶν ἔσχον ἀνθρώπων· διφυεῖς γὰρ ἦσαν, ἔχοντες ἑκάτερος δύο κεφαλὰς, τέσσαρας δὲ χεῖρας, πόδας τοὺς ἴσους, ἓν δὲ σῶμα. διὰ τοῦτο τοὺς πολεμικοὺς καὶ γυμνικοὺς ἐνίκων ἀγῶνας. additur: narrationem effe ex Pherecyde petitam, cuius vid. Fragmenta Sturz. p. 191 fq. Idem p. 1321. Ibycum ait ἀμφοτέρους γεγαῶτας ἐν ὠέῳ ἀργυρέῳ. (pro ὑπερώῳ) Eadem p. 1686, 45. (cf. ad III, 10, 7. §. 2. quae ex Athenaeo transfcripta funt II. p. 57. 58.) Μολιόνης. mater *Molione*, a qua et ipfi Μολιονίδαι, Μολίονε ap. Homer. Il. λ, 751. c. Euftath. (vt apud Pindarum Φιλλυρίδης a Philyra matre Chiron; nec aliter *deus Semelëius*, *Danaëius heros*) a patre autem Ἀκτορίωνε et Actoridae. Μολίνης male Pal. D. V. Reg. 3. *Actor* autem h. l. frater Augeae. At Phorbantis Lapithae et Hyrmines f. ille eft apud Paufan. V, 1. extr. diuerfus vtique ab Actore Deionis f. de quo v. fup. ad I, 7, 3. extr. Filiorum monumentum Cleonis viderat Paufan. II, 15. p. 144. Duxerant illi duas Dexameni filias; et fufceperant ex iis Amphimachum et Thalpium, qui ap. Homerum copias ad Troiam duxere, V, 3. p. 380. §. 4. Recedit vtique Hercules et copias abducit domum re infeliciter gefta; vnde mox *Ifthmiade abhinc tertia* redit; ita enim videtur accipiendum, vt vna et altera Ifthmias interceſſerit; agebantur autem Ifthmia tertio quoque anno, vt adeo hoc quatuor vel quinque annorum interuallum effe debuerit. Nec fi tertiam omnino Ifthmiadem tunc actam putes, vetat id ipfa temporum ratio: fi quidem in Palaemonis honorem, feptem annos ante Nemea ab Argiuis ducibus inftituta, celebrata fuere Ifthmia, inftaurata autem a Thefeo, poftquam Sinin occiderat. Victum Herculem ab Actoris filiis alteris Olympiis tradiderant

apud Zenob. V, 49. At receſſiſſe eum Olenum ad Dexamenum (de quo ſup. II, 5, 5.) narratum a Diodor. IV, 32. ad Τεῖχος, caſtellum in Dymaeorum regione, ad Araxum, Polyb. IV, 59, 4. *συνθύτας*, intell. *θεωρούς*, miſſos ad ſacra facienda, qua ipſa voce vtitur hac in re Pauſan. II, 15. p. 114. *ἐνεδρεύσας*: de his inſidiis v. Pindar. l. c. Pauſan. l. c. Schol. Il. λ, 708. e Pherecyde. Ad ſeqq. §. 5. conf. ſup. II, 5, 5. add. Schol. Il. λ, 697. e Callimacho. Diodor. l. c. Pauſan. V, 3. pr. Eudocia p. 82. quae exſcripſit Schol. Homer. *Phyleus* exulatum ierat Dulichium, vnde nunc reductus regno Elidis potitur. Nouum eſt quod in Mirab. Narrat. 59. legitur, Elidem captam eſſe ductu filiae Augeae. Debuit haec eſſe Epicaſte; vid. inf. ad II, 1, 8. §. 11.

§. 6. *Olympia ab Hercule inſtituta*: celebratiſſima res, et variis modis ornata, de qua multa cumulare nihil attinet. v. Pauſan. V, 7 ſq. Strabon. VIII. p. 543 ſq. Grammaticos ad Pindari Olymp. Scaligerum et alios chronographos. Corſin. in Diſſ. agoniſt. Tam varie autem de Olympiorum origine tradi nemo mirabitur, ſi reputet, tot carminibus in victores Olympios fabulas has eſſe tractatas et variatas; vt Heracleas taceam; tum temporum rerumque primos auctores ludos diuerſis aetatibus actos in epocharum numerum retuliſſe. *Pelopis* aram conſecrauit, tanquam herois, a quo ipſe oriundus erat; cum ara, lucus erat et ſepulcrum: v. Pauſan. V, 13. Pindar. O. 1, 148. 10, 30. *Deorum XII. aras dedicauit*, *δώδεκ᾽ Ἀνάκτων θεῶν*, Ol. 10, 59. et quidem aras ſex; Ol. 5, 10. *βωμοὺς ἓξ διδύμους*. Scilicet, vt ibi Schol. ex Herodoro narrat, (nam in Pauſan. V, 14, vbi de Alti agit, de aris et ſacris in iis factis paullo aliter traditur, forte mutatione cum temporum progreſſu facta) vnaquaeque ara binis diis erat dedicata, prima Iovi et Neptuno, altera

Iunoni et Minervae, tertia Mercurio et Apollini, quarta Gratiis et Baccho, quinta Dianae et Alpheo, sexta Saturno et Rheae. Ex his probabile fit, in verbis: καὶ θεῶν δώδεκα βωμοὺς ἑξῆς ἐδείματο, vitium latere in ἑξῆς, et scriptum fuisse βωμοὺς ἕξ, et sic iam coniecisse video Arnaldum de diis paredris p. 170. nisi forte aliunde doceri poterit, aras illas *ex ordine* positas fuisse. In Tabula Farnesina (vt sup. ad II, 6, 3. §. 2. iam monitum) paullo serius, post Hippocoontem caesum Olympia instituuntur: l. 61. (μετα) τουτο δε παλιν εις Πισαν ελθων Διος Ολυμπιου αγωνισατο και αγωνα τα Ολυμπια πρωτος αγωνιστης (forte vitio sculptoris pro αγωνα ἱστατο και αγωνισατο τα Ο. π. α.) cf. Diodor. IV, 14. qui post taurum Cnossium domitum memorat Olympia; at idem ex alio auctore c. 53. post Argonautarum reditum instituta narrat. Cum Apollodoro conuenit Schol. Lycophr. v. 41. et quid multa? ipse Pindar. Ol. 10, 42. 51 sq. ante ceruam domitam idem Ol. 3, 33-46. Ad hoc certamen Olympicum refert Schol. Platon. p. 11. prouerbium πρὸς δύο οὐδ' Ἡρακλῆς. At hoc spectauit ad Molionidas.

§. 3. *Neleus, rex Pyli, cum filiis necatur.* Eadem fere, quae hic narrantur, occurrunt in Schol. Il. β, 336. ex Hesiodo ἐν Καταλόγοις, in quibus plures Herculis fabulas illum persequutum esse necesse est, e quibus exigua pars, pugna cum Cycno, Scutum Herculis inscripta, est seruata. Loc. class. est Il. λ, 689 sq. vbi tamen Neleus non necatur, sed ad pubertatem Nestoris superstes est. cf. Schol. et Eustath. add. ad Il. ε, 395. cf. si tanti est, ad Aelian. IV, 5. De *Periclymeno* et vno Nestore seruato (de cuius iuuenilibus facinoribus inprimis v. Il. λ, 682 sq.) cf. sup. I, 9, 9. ibidem vid. de *Gereniis*, ad §. 3. Schol. Homerica exscripsit Eudocia p. 162. καὶ Ἅδην ἔτρωσε. De *Orco* vulnerato Il. ε, 395. e Schol. vbi ἐν Πύλῳ de

vrbe Nelei accipiendum eſſe ex h. l. firmatur: add. Seneca Herc. fur. 560 ſq. — Πυλίοις βοηθοῦντα. Eodem tempore Iuno ſagitta ab Hercule vulnerata: ibid. Il. ε, 392. et Schol.; id quod Panyaſis ornatius narrauerat, vt ex Clemente Alex. colligo p. 31, 10. Ipſe quoque Mars ad Pylum ab Hercule percuſſus fuit: Scut. Herc. 359 ſqq.

§. 2. *Hippocoontidae victi et expugnata Sparta.* Haec eadem narrata ap. Pauſan. III, 15. p. 244. Diodor. IV, 33. Confunduntur paſſim res geſtae huius et ſuperioris belli. Hippocoontis filii recenſentur inf. III, 10, 5. ex iis Scaeus videbatur Herodoto V, 60. eſſe auctor tripodis, ob victoriam pugilatus in templo Apollinis Ismenii ad Thebas dedicati, litteris Cadmeis inſcripti. Licymnii filius Οἰωνός, *Oeonus*, dictus erat: quem male librarii mutarunt in Hyionum. vid. Pauſan. et Diodor. l. c. Plutarch. Qu. R. Tom. II. p. 285. cf. Euſtath. ad Il. β. p. 293. vbi male Ἱπποθόων, et Schol. Il. α, 52. add. β, 581. vid. Staver. ad Hygin. p. 943. Erat autem *Licymnius* Electryonis f. ex Midea, ſup. c. 2, 4, 6. §. 2. eius mortem inf. II, 8, 2. videbimus; duo alii eius filii Argius et Melas caeſi II, 7, 7. §. 8. memorantur. §. 4. *Cepheus*, Tegeae rex, Alei f. cf. inf. III, 9, 1. Pauſan. VIII, 4. p. 606. idem inter Argonautas ſup. I, 9, 16. Apollon. I, 161. cf. Burman. in Catal. Argonaut. Diuerſus ille ab altero Lycurgi f. qui ſupra in Calydonia venatione memoratur I, 8, 2. Tertius, Andromedae pater II, 4, 3. §. 2. — §. 5. Non ſine clade accepta primum Hercules receſſerat, vulneratus quoque; Pauſan. l. c. p. 244. quod idem ex Soſibio Clemens Alex. memorat Coh. p. 31. (10.) In pugna cum Augea Iphiclem caeſum tradiderant alii, quos ſequitur Pauſan. VIII, 14. p. 629. maturiorem obitum Iphiclis per ſomnium Alcmenae adumbrauit Moſchus IV, 110 ſq. De Hippocoonte et filiis caeſis cf. Pauſan. III, 1. p. 204 extr.

III, 15. Diodor. l. c. In Tz. Chil. II, 452. *καὶ Τυνδαρέῳ δίδωσι Λακώνων βασιλέα.* vbi aut *Τυνδάρεω* eſt legendum, aut *βασιλείαν*. Diodor. l. c. *κατήγαγεν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Τυνδάρεω τὸν πατέρα τῶν Διοςκούρων, καὶ τὴν βασιλείαν Τυνδαρέῳ ὡς δορύκτητον παρέθετο.* Tabula Farneſ. l. 56. (iam ſup. ad II, 6, 3. laudata) *τον Ιπποκοωντα και τους παιδας φονευσας, Τυνδαρεω συν Καστορι και Πολυδευκει φευγοντα καταγαγε και εδωκε Λακεδαιμονα.* vt iam emendatus locus a Weſſel. ad Diodor. p. 279, 9. Ad rem cf. inf. III, 10, 5. Schol. Eurip. Or. 457. Diodor. l. c.

ſ. 4. *Auge* ab Hercule compreſſa *Telephum* edit. Iterum haec memorat noſter inf. III, 9, 1. fere eadem habet Schol. Lycophr. 206. cf. Diodor. IV, 33. Pauſan. VIII, 48. p. 698. et aliter ex Hecataeo c. 4. p. 606. Hygin. f. 99. Etiam in ſcenam producta fabula. Ita fuit Euripidis *Auge* et *Telephus*. §. 3. De *Nauplio* vid. ſup. II, 1, 4. §. 13. et Obſſ. ad e. l. ei Auge data *ἐπὶ θανάτῳ* inf. III, 9, 1. Ibidem Teuthras, Myſorum rex. Eſt nimirum Teuthrania regio Myſiae ad Caycum fl. cf. Pauſan. VI, 4. p. 606. etiam vrbs apud Strabon. et Steph. Byz. h. v.

ſ. 5. Herculis *cum Acheloo pugna* ſuper *Deianira*. cf. Diodor. IV, 34. 35. Hygin. f. 31. 33. inprimis Sophocl. Trachin. pr. ad quem Grammaticus in argum. exſcripſit (variante tamen lectione edd. Ald. Iunt. cum Turn.) hoc caput: eum ſuo more expilauit Eudoc. p. 209. add. p. 254. *Deianira*, Oenei filia, vid. ſup. I, 8, 1. eam pactus erat Herculi vxorem frater Meleager in inferis: nam is adeunti occurrerat Herculi ſup. II, 5, 12. §. 4. v. Schol. Il. Φ, 194. Achelous cornu ſuum ab Hercule redimit dato pro eo cornu Amaltheae. At aliis cornu Amaltheae vnum idemque cum illo eſt: et datum pro *ἕδνῳ* Oeneo, ap. Strabon. X. p. 703. C. vbi et alia interpretatio fabulae affertur. Sed interpretandi ratio omnino varia eſt: v. Diodor. l. c.

Euſtath. ad Perieg. p. 80. 81. et ex eo Eudoc. p. 254. ea, quae ab Apollodoro apponitur, ex antiquiſſimis vna eſt, cum Pherecydem auctorem habeat. §. 2. Aemonii filia h. l. editur Amalthea; Oleni filia eſt Amalthea ſecundum Theonem ad Arat. 64. vbi Ὠλενίη αἴξ dicta. Aliis eſt inter Meliſſei filias: Zenob. l. c. v. ad Hygin. f. 182. add. P. Aſtron. II, 13. p. 448. et ex Didymo in Pindarum ap. Lactant. Inſt. I, 22, 19. (in Fragment. Pindari CLXXV. p. 155.) Solis filia editur ap. Eratoſth. c. 13. et Hygin. l. c. Doctiſſimum eſt, quod Schol. Il. φ, 194. habet, Amaltheam Oceani fuiſſe filiam, a qua Achelous pro munere Cornu accepit; erat autem et is Oceani filius. Variis modis tractata eſt haec fabula, primum in Iouis incunabulis, tum in fabulis Aetolicis Oenei et Meleagri, etiam in Heracliis, tandem in Aſtronomicis. Pugna autem illa ſimpliciſſime ducitur a poetarum ingeniis, qui vt herois virtutem miratione dignam redderent, cum Fluuio congreſſum eum narrarunt: Fluuius autem deus cornibus inſigniri ſolebat, quod notum eſt.

ſ. 6. Hercules ex *Aſtyoche Tlepolemum* ſuſcipit. Egit de matre et filio Mezir. ad Ovid. Epp. p. 43 ſq. ſoror Aſtyoches eſt Polymela, Il. π, 180. mater Eudori ex Mercurio. Ἔφυραν. plures fuiſſe vrbes hoc nomine nota res eſt. vid. Steph. Byz. h. v. et ibi Holſten. Schol. et Euſtath. ad Homer. et ſaepe. In Homero duplex occurrit Ephyra vid. inf. Fragm. Apollod. ex Strab. VII. p. 505. B. περὶ νεῶν. ea, de qua hic cogitandum, fuit Epiri ad fluuium Selleentem; vid. Il. β, 658. 9. Add. Strabon. VIII. p. 504. B. (328.) Verum nomen Φύλας, *Phylas*, etiam apud Homerum eſt Il. π, 181. Sed ex hoc alia difficultas ſubnaſcitur; nam ibi Phylas ad Myrmidones et Theſſaliam ſpectat; at Phyleus, Megetis pater, (Il. β, 627 ſq.) quem ſupra Dulichium fugiſſe vidimus (II, 5, 5.)

thoracem pro munere hospitii ἤγαγεν ἐξ Ἐφύρης ποταμοῦ ἀπὸ Σελλήεντος. Quod in errorem induxit Diodorum, aut quem ille ante oculos habuit, IV, 36. vt et nostrum Ephyrae regem Phyleum ederet. Diuersa hic esse nomina confusa, obseruauit quoque Reinef. Epp. 24. Phylantem idem Diodor. cap. sequ. et Pausan. IV, 34. p. 566. memorant; sed Dryopum regem; pro eo Laogoram noster habet mox II, 7, 7. §. 4. Dryopum rex Phylas est etiam in Tabula Farnes. l. 66. και Δρυοπας τε λησς (Victor. scheda ατο) παντας (αποσταντας Corsin.) ελαβε Φυλαντα τον . . . ασιλεα αποσφαξας . . εν . . τας θυγατερας . . αυτου . . δαμαης υιον εβετο κτησιππον ηρακλης μεν ουν τραδωνα (Vict. τραλωνα) ωκοδομησε πολιν και τιρυνθιους εν αυτη κατωκισε τονιοι δεπι θρακαν etc. quae sic lego: καὶ Δρύοπας τελέως πάντας ἔλαβε (f. ἐξέβαλε, nam eiectis iis, terram Maliensibus habitandam dedit: Diodor. IV, 37.) Φύλαντα τὸν Δρυόπων βασιλέα ἀποσφάξας. ἐκ δὲ τᾶς θυγατέρος αὐτοῦ Ἀστυδαμείας υἱὸν ἔθετο Κτήσιππον. Ἡρακλῆς μὲν οὖν Τραχῖνα ᾠκοδόμησε (sic Steph. Byz. h. v.) πόλιν, καὶ Τιρυνθίους ἐν αὐτῇ κατῴκισε. τούτῳ δε (pro τὸ ἔνθεν δὲ) ἐπὶ Θ. Sequuntur de Diomede Thrace supra ad II, 5, 8. §. 1. apposita. Post ἀποσφάξας volebam interponere καὶ Ἀμύντορος. sed locum nullum vacare docet inspectio tabulae; aliter igitur tradidit haec auctor quam vulgo fit; nam Ctesippus ex Astydamia Amyntoris nascitur: Apollod. inf. hoc c. 7. extr. Matrem tamen Astydamiam etiam Diodor. agnoscit l. c. Alia diuersitas est in filiae *Astyoches* nomine. Astydamiam Tlepolemi matrem memorauit Pindar. Ol. 7, 36. 43. 57. sed vid. Schol. e. l. et Munker. ad Hygin. f. 162. Contra Phylantis filia est Meda, ac verius Midea, apud Pausan. I, 5. X, 10. cf. Wessel. ad Diodor. p. 281. 60. De *Tlepolemo* cf. praeter Pindar. l. c. et Il. β, 657. inf. c. 8. 2. §. 2. Thespius est hic The-

ſpiarum rex, cuius L. filias Hercules grauidas reddiderat ſup. II, 4. 10. pr. et ex quibus L. ſuſcepti filii paullo poſt commemorabuntur ſ. 8. Miſſorum duce Iolao in Sardiniam Theſpiadarum mentionem facit diſertam Diodor. IV, 29. et Pauſan. X, 17. Mirab. Narrat. Ariſtot. c. 104. referri quoque ſolet res in extrema Herculis. Hic tamen loco parum commodo haec eſſe inculcata non neges. Nam ex Epiro nuntius mittitur Theſpias in Boeotiam ad Theſpium, vt pars nepotum ex filiabus remaneat, pars in Sardiniam mittatur. §. 3. παρὰ Οἰνεῖ. Longaeuus hic *Oeneus* et per plures aetates ſuperſtes fuit, vt ſup. dictum Obſſ. ad I, 8, 6. Εὔνομον. ita nomen pueri traditum fuit ab Herodoro τοῦ καθ' Ἡρακλέα λόγου libro XVII. teſte Athen. IX. extr. vbi ab aliis nomen aliter proditum; Cyathum eum vocat etiam Schol. Apollon. I, 1212. et Pauſan. II, 13. Archiam Hellanicus in Fragm. Sturzii p. 82. Apud Diodor. IV, 36. eſt Eurynomus: vbi vid. Weſſel. cf. ad h. l. Aeg. et Gal. at Schol. Lycophr. 50. et Tzetza Chil. II, 456. Ἔννομον habent.

§. 5. Neſſus Deianirae vim parans ab Hercule ſagitta transfixus. Sequentia ex noſtro deſcripta a Schol. Sophocl. Trachin. (e quo Eudoc. l. c.) vt et Zenob. I, 33. Fabulam vid. ap. Diodor. l. c. Hygin. f. 34. et Intpp. Primo loco legendus Sophocl. Trachin. 564 ſq. §. 6. *Neſſum* ad Euenum fl. confugiſſe, ſupra narratum erat II, 5, 4. §. 7. τῆς δὲ ἀνακραγούσης. Scilicet in medio flumine Neſſus improbis manibus contrectauit Deianiram: clamore ab ea ſublato antegreſſus Hercules conuertitur; eſcendentemque in littus obſeruans Neſſum ſagitta traiicit. cf. Sophocl. 574. 5. nec ideo tentandum διαπορθμεύσας. — §. 7. addit his Schol. Sophocl. Δηϊάνειραν εἶπε τηρεῖν λαβοῦσαν ἐν κόχλῳ, εἰ θέλοι φίλτρον πρὸς Ἡρακλέα ἔχειν. τόν τε ἰὸν ἀφῆκε κατὰ τῆς κόχλου, καὶ τὸ ῥυὲν ἐκ τοῦ τραυ-

ματος τῆς ἀκίδος αἷμα συμμίξας δέδωκεν· ἡ δὲ λαβοῦσα, ἐφύλαττε παρ' ἑαυτῇ. *Miſcuit* ergo Neſſus *ſanguinem cum veneno ſagittae.* Ita fere Sophocles ipſe v. 581. Apud Zenob. iubetur Deianira *ſolum ſanguinem ex vulnere,* τὸ ῥυὲν ἐκ τοῦ τραύματος τῆς ἀκίδος αἷμα ἐκμάξασθαι, h. ἀποτρίψαι. Scilicet vel ſic ſanguini admixtum erat virus hydrae Lernaeae. cf. Hygin. f. 34. Proxime ad haec, nec minus decenter, philtrum miſcuit Schol. Lycophr. 50. et Eudoc. ex illo: in his quoque ἀγγεῖον memoratur, quo exceptus eſt ſanguis, λέβητα χαλκοῦν Sophocles dixit, v. 265. Tandem admiſcuit, quod et Apollodorus facit, humorem genitalem Diodor. IV, 36. et oleum praeterea Euſeb. P. E. II, 2. p. 56. etſi is Diodori verba afferre ſe profitetur: cuius diſcrepantias non reperio a Weſſel. eſſe obſeruatas. Vires veneni copioſe exponit Deianira apud Sophocl. 686 ſq. qui locus dignus eſt, vt a chemicis accuratius excutiatur: latent enim notiones veterum obſcurae forte arſenici (pompholygis) et naphthae.

ſ. 7. *Thiodamantis bouem deuorat* Hercules. Etiam haec apud Schol. Sophocl. l. c. At apud Philoſtrat. Imag. II, 24. Pindarus eadem de hoſpitio Herculis apud Coronum tradidiſſe narratur: memoriae forte vitio. Bis hoc de Hercule narratum, ſemel ſup. II, 5, 11. §. 10. apud Lindios in Rhodo. De *voracitate,* ἀδδηφαγία *Herculis.* quam in tantis corporis viribus facile expectes, multa occurrunt, ducta puto pleraque ex ſatyricis dramatibus. vid. Athen. X. pr. (vbi et Pindari verſus occurrunt, quos vid. in Fragment. LIX. p. 110. olim p. 87, 93.) Inprimis celebratum eius certamen cum Lepreo, ibid. ex Matride. vid. Aelian. I, 24. Thiodamantis boues attigit quoque Apollon. I, 1214. et Callimach. in Dian. 161. Ei caeſo Hylam filium abduxit, de quo ſup. I, 9, 19 pr. quod latius exſequitur Apollon. I, 1212. et Schol. Hygin. f. 271. At Hyl-

lum filium secum eum duxisse narrat Schol. Apollon. l. c. ἔφερε καὶ Ὕλλον τὸν υἱὸν, vnde Eudoc. hausit p. 209. sed ibi: σὺν τῷ παιδὶ αὐτοῦ Ὕλλῳ, ὅνπερ ἐπ' ὤμων ἐβάσταζεν. Devertit Hercules ad Ceycem. Eo spectare versus Bacchylidis ap. Athen. V. p. 178. B. ἔστη δ' ἐπὶ λάϊνον οὐδόν. τοὶ δὲ θοίνας ἔντυνον, ὧδέ τ' ἔφασ'· αὐτόματοι δ' ἀγαθῶν δαῖτας εὐόχθους ἐπέρχονται δίκαιοι φῶτες, dudum censueram; nunc firmatum video emendatiore lectione in ed. Schweighäus. *Ceyx*, idem qui I, 7, 4. pr. Alcyones maritus. Mirum est, quod ap. Schol. Sophocl. Trachin. 40. τῷ Κήυκι. ὃς ἦν παῖς Ἀμφιτρύωνος ἀδελφοῦ. Si Hercules ex Aetolia, traiecto Eueno, Trachinem peruenit, convenit id, quod in Schol. Apollon. l. c. e Pherecydis lib. III. legitur: Dryopes, (λῃστρικὸν ἔθνος) quos in via adiit, in Thessalia tunc, finitimos Maliensibus, habitasse. Ad Spercheum eos loca tenuisse ex eiusdem Pherecydis lib. II. memorat Schol. Apollon. l. c. et Strabo l. mox cit. Quod si Plin. IV. s. 14. Dryopidem aliquando Thessaliam fuisse appellatam tradit, hoc a poetis factum puta, non a geographis. Ab Hercule mox victi, dispersi fuere per varias terras; Alios Hercules habitare iussit circa Trachinem, et Oetam, in finibus Phocidis: Schol. Apollon. l. c. Hinc notissimi ad Parnassum Dryopes, et Dryopis Phocidis pars, quae mox cessit Doriensibus, et Doris facta est, seu Dorica tetrapolis, apud Herodot. VIII, 31. Ad Oetam Dryopes occurrunt apud Steph. Byz. in Δρυόπη. Alii Euboeam, (ex iis Carystii, Thucyd. IV, 57.) alii Cyprum adiere, alii in Argolide Asinen, Hermionen, Eionen tenuere, ex Asine mox traducti in Asinen Messeniae: vid. Diodor. IV, 37. Pausan. IV, 34. p. 365. 6. add. Strabon. VIII. p. 573. A. Herodot. VIII, 73. Etymol. M. in Δρύοψ. Excurs. II. ad Virgil. Aen. IV. Etiam Epiri Dryopidem agnoscit Antonin. Lib. c. 4. pr. Recenset itaque cum Sel-

lis, Hellopibus et Moloſſis in Epiro Dryopes Plinius IV, pr. Ἀσινεῖς Δρύοπες ſaepe memorantur: v. Etymol. M. h. v. Callimachi fragm. 410 et 151. Erant autem Dryopes ex Pelasgica ſtirpe oriundi. §. 3. *Aegimii* nobile nomen inter Doricae ſtirpis auctores: nam poſteritas eius interfuit Heraclidarum καθόδῳ in Peloponneſum: inf. II, 8, 3. et ib. Obſſ. vnde Dorienſium inſtituta ap. Pindar. P. I, 124, ſunt τεθμοὶ Αἰγιμίου. cf. P. 5, 95. 6. et vtroque loco Schol. (conuenientius hoc cum poetae mente, quam quod Weſſel. ad Diodor. l. c. p. 282, 89. pactum de tertia regni parte eo aduocat). Fuit quoque carmen epicum ὁ Αἰγίμιος paſſim apud Schol. Apollon. III, 587. laudatum, a nonnullis ſub Heſiodi nomine; ab aliis tributum Cercopi Mileſio. v. ad Steph. Byz. Ἀβαντίς. ὡς Ἡσίοδος ἐν Αἰγιμίου δευτέρῳ περὶ Ἰοῦς. diſputantem de hoc carmine v. Groddeck in *Bibliothek der alten Litteratur* II. St. p. 84. quatuor verſus recitat Schol. Eurip. Phoen. 1123. vbi vid. Valken. p. 735. inprimis Valeſ. Emend. I, 32. p. 38. Ceterum ſeqq. in Diodor. IV, 37. quoque occurrunt. *Dores* tum in Heſtiaeotide Theſſaliae ſedes habebant: ibid. Nec multum deflectunt Schol. Pindari et Ariſtoph. qui Perrhaebiam pro ea memorant: vid. Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. p. 115. nec Pindar. P. I, 126. Πινδόθεν ὀρνύμενοι Dores. Auctores prorſus diuerſos habuit Strabo IX. p. 654. A. qui haec ad Dores Doricam tetrapolin inter Oetam et Parnaſſum inhabitantes refert regemque *Aepalium* appellat, a quo et Hyllus adoptatus ſit. Aegimium τῶν περὶ τὴν Οἴτην Δωριέων regem edit Stephan. Byz. in Δυμᾶν (ſeu potius Δυμᾶνες) ex Ephori lib. I. cf. Valeſ. l. c. Vitium itaque Strabonis Aepalio ſubeſſe, reſtituendumque Aegimium, iam multi v. c. Valeſ. Emend. I, 32. monuere. Ex hac certe Doride profecti ſunt Heraclidae, in Peloponneſum redituri: cf. Simſon. ad a. 2801. et Hemſterh.

N 2

l. c. p. 116. 117. *Lapithae* ad Olympum. *Coronus* Caenei f. qui et inter Argonautas fuit I, 9, 16. Ad hoſpitium, quo Herculem exceperat, referri ἀδδηφαγίας exemplum boue deuorato, vidimus paullo ante a Philoſtrato II. Imag 24. §. 4. *Laogoram*, Dryopum regem, interimit Hercules. Quod in loco ſacro epulatur, nefas hactenus eſſe potuit, quod non ſacrorum cauſſa epulae habebantur. §. 5. Iton eſt vrbs Theſſaliae, Phthiotidis, aliis Itonus, (vid. Steph. Byz. h. v.) a qua Minerva Itonia et Itonis, apud Callimach. Cer. 75. Ἰτωνιὰς, celebratum nomen. Non longe hinc aberat Apollinis τέμενος, in agro Pagaſaeo, in quo Cycnus Herculi occurrit apud Heſiod. Sc. Herc. 58. 70. Cycnus hic diuerſus eſt ab altero, quem ſup. II, 5, 11. §. 3. vidimus: vbi v. Obſſ. Trachinem pergebat Hercules a pugna cum Lapithis et cum Dryopibus. Pugna haec inter Cycnum et Herculem fragmento illo Heſiodeo celebrata eſt, quod Herculis Scutum inſcribitur. cf. Pindar. Ol. 10, 19. cum Schol. Fuit et Steſichori carmen Κύκνος. Nec praeteriit Diodor. IV, 37. Fugatum primo Herculem in hac pugna prodit Pindarus VI, 10, 19. Cycnus victus ſepultus fuit ad Anaurum fl. qui aboleuit tumulum aquis exundantibus: Scut. Herc. 417. §. 6. *Ormenium* Magneſiae vrbs erat, de qua v. Strab. IX. p. 669. 670. (438.) ab Ormeno condita, cuius filius Amyntor, e quo Phoenix natus, inf. III, 13, 8. §. 4. Apud Diodor. l. c. Ormenii rex, nam nomen non habet, abnuerat Herculi filiam dare, Aſtydamiam, quam noſter paullo poſt ipſe memorat II, 7, 8. §. 12. Ἀστυάνειραν τὴν Ἀρμενίου apud Euſeb. P. E. II, 2. p. 56. e Diodoro, corruptelae ſunt. §. 7. *Oechalia*, Euboeae vrbe ad Eretriam, expugnata, *Iole* potitur Hercules. Etiam ſequentia expreſſa e noſtro a Zenob. Schol. Sophocl. et ex hoc Eudoc. l. c. Fabulam vid. apud

Diodor. IV, 376. inpr. Sophocl. Trachin. add. Euripid. Hippol. 545 sq. et ibi Schol. Nam notiora, Ovid. Met. IX. et Senec. Herc. Oet. vix memorare necesse est. Fuit Οἰχαλίας ἅλωσις, epos Creophyli, a nonnullis Homero tributum: cf. Bentl. Epist. ad Millium p. 61. 62. *Arcades* habuit Hercules perpetuos comites: Pausan. V, 3. pr. vid. Diodor. IV, 36 extr. et 37. vbi et in agmine aduersus Phylantem Dryopum regem *Malienses* memorat. In Maliensibus autem erat ipsa Trachin. De nomine cf. sup. ad II, 5, 4. §. 4. κτείνας μετὰ τῶν παίδων Εὔρυτον. Atqui hunc Apollo transfixit sagitta secum certamine congressum Od. ϑ, 226. Filiorum nomina sunt apud Schol. Sophocl. Trachin. 270. ex Hesiodi verss. et Diodor. vbi vid. Wessel. p. 283. cf. Bentl. l. c. Argei ossa ad patrem attulit, eaque re primus auctor corporum cremandorum factus est Hercules: cum, filiis ad bellum abductis, iusiurandum interposuisset, se eos reducturum esse: narrationem vid. ad Il. α, 4. cf. Eustath. p. 43. Schol. br. et B. ad α, 52. cf. Wassenberg p. 152. §. 8. De *Licymnio* v. II, 4, 6. §. 2. et Obss. ad II, 7, 3. §. 2. — §. 9. ἐπ' ἀκρωτηρίῳ Διὸς Κηναίῳ. Obuersum illud Locrensibus et Maliensibus; Hymn. in Apollinem 219. vbi progressus deus τάχα δ' εἰς Ἰάωλκον ἵκανες, Κηναίου τ' ἐπέβης ναυσικλειτῆς Εὐβοίης, στῆς δ' ἐπὶ Ληλάντῳ πεδίῳ. *Iouis Cenaei* ara fuit in ipso promontorio Cenaeo. vid. Sophocl. Trachin. 341 sq. 766. 1010. cf. Diodor. IV, 38. §. 13. In *Oetam* Hercules se transferri iussit, tanquam montem Ioui sacrum. Vnde Iupiter Oetaeus v. c. Trachin. 203. 447. 1207. Ex oraculo tamen id facit apud Diodor. IV, 38. Locus, vbi crematus Hercules, nomen seruauit, Πυρά; de quo Hemsterh. ad Lucian. Tim. s. 6. §. 14. *Poeantem* noster memorat; e nostro Schol. Sophocl. Zenob. Schol. Lycophr. 50. Eudoc. At eius filium, Philocteten alii, vt Diodor. IV, 38. vid.

ad Hygin. f. 36. et h. l. Aegius. §. 15. Primum hoc apud antiquiores Graecos exemplum, et poſt Bacchum, antiquiſſimum, mortalis inter deos ita recepti, vt diuinis honoribus coleretur; Pelops, Ganymedes, et alii, alio modo in Olympum rapti dicti erant. Tanto frequentiores ſerius ſunt *αἱ ἀποθεώσεις*. Notabilis h. l. modus recepti Herculis eſt in Olympum, nube eum eleuante inter fulgura et tornitrua, quo exemplo Romulum coorta ſubito tempeſtate in caelum raptum ediderunt Romani; ſplendidiore apparatu Romulum *Martis equis* ſeu curru, vt Bacchum tigribus, in caelum euectum narrat Horatius Carm. III, 3, 15. vbi vid. doctam notam Mitſcherl. Alii in Olympum a deo aliquo adducti ſunt, tanquam conciliatore: ſic Alcmena a filio Hercule, Semele a Baccho filio. Sic quoque antiquiore inuento in Amyclaeo ſolio ars Herculem a Minerva in Olympum inductum effinxerat, vt Bacchum a Mercurio adhuc puerum Pauſan. III, 18. p. 255. extr. *καὶ διαλλαγεὶς Ἥρᾳ.* Vt ex Il. σ, 119. colligo, etiam in nouiſſimis Herculis partes aliquae Iunonis eſſe debuere, fata maturantis: *ἀλλά ἑ Μοῖρα δάμασσε καὶ ἀργαλέος χόλος Ἥρας.* Hebes coniugium egregie inuentum a vetere poeta; vt et filiorum nomina. Inde *Herculi vt deo ſacra facta:* quo primum tempore id factum ſit, diſceptatum inter veteres, inprimis chronographos: vid. Simſon. ad 2808. Diodor. IV, 39. et ibi Weſſel. add. Tabula Farneſ. ſup. Obſſ. ad II, 5, 9. §. 2. vbi de Admata. Receptus in Olympum Hercules, quod mireris, inter Satyros commeſſantes ſedet, ſcyphum tenens, adſtante Hebe. Dicemus ne hoc ex dramate Satyrico petitum? Etiam Bacchum Semelen in caelum ducentem comitantur Satyri et Sileni in Epigramm. Cyziceno I.

ſ. 8. *Progenies Herculis.* Hoc caput reſpicit, puto, Schol. Sophocl. Trach. 268. Eurytum conuiciatum eſſe,

ὅτι (Hercules) πολλαῖς πρώην ὡμίλησε γυναιξὶν, ὥς φησιν Ἀπολλόδωρος. Quid de his cumulatis nominibus cenſeam, dixi ſup. ad II, 1, 5. de Danaidibus. Lepidum eſt, memorabile tamen, in LXXII liberis ab Hercule procreatis vnam fuiſſe filiam. Apollon. Caryſt. c. 120. §. 8. Ex *Deianira* Oenei f. (ſup. II, 7, 5. §. 5.) *Hyllus. Cteſippus. Glenus. Onites.* De *Hyllo* nemo dubitat. Duo alios Hyllos dictos, ex Melite nympha, alterum ex Omphale, diſcernit van Staveren Miſc. Obſſ. Vol. X. T. 3. p. 383 ſq. *Cteſippos* memorari video plures; inf. alium ex Aſtydamia, Amyntoris filia; alium ex Phylantis filia (ſup. ad II, 7, 6. §. 1). A Cteſippo oriundus Deiphontes, (II, 8, 5. §. 3.) apud Pauſan. II, 19. pr. deducitur et III, 16. p. 248. alia ſtirps. Ὀνίτης inter liberos ex Megara male refertur ab Eudoc. p. 216. cum Schol. Luciani l. c. Γληνέα καὶ Ὀδίτην, omiſſo Cteſippo, memorat Diodor. l. c. Oniten ex Megara Schol. Lycophr. 38. add. ad Hygin. f. 162, 19. §. 9. Ex *Megara* filios ſupra II, 4, 12. §. 1. necatos ab Hercule inſaniente vidimus; nomina autem II, 4. ſ. 11. §. 5. vbi v. Notata. Deion ibi aberat. Eadem nomina corrupta ſunt ap. Hygin. f. 162. vbi vid. Not. Ex *Omphale* Agelaus. Diodoro IV, 31. Lamus eſt, vbi vid. Weſſel. et Ovidio ibi laudato; Laomedes apud Eudoc. p. 315. e Palaephato. At ex ſerua Iardanis Alcaeum ſuſceperat, a quo Lydorum reges genus ducere credi acceperat Herodotus I, 7. pro eo Cleolaum nominat Diodor. l. c. et ex eo Euſeb. P. E. II, 2. p. 55. D. §. 11. *Chalciope* Eurypyli, puta Coi. ſup. c. 7, 1. p. 149. Ea tamen Theſſali non mater ſed coniux eſt apud Hygin. f. 97. extr. ſed pro Apollodoro auctoritas Homeri eſt Il. β, 679. add. Schol. Il. ξ, 255. Schol. Pindar. N. 4, 42. Tabula Farneſ. l. 34. Ἐπικάστης, τῆς Αὐγέου, Θεσσαλός. nomen hoc filii vitio laborare puto; nec tamen alibi memoratum vidi, vt nec Epi-

caſtes nomen. Debuit haec Epicaſte ea eſſe, cuius ductu ab Hercule vrbem Elidem captam eſſe narrat auctor Mirabil. Narrat. 59. vbi Phenei (in Arcadia) ait ſpectari ſtatuas ex orichalco factas, *ἐπιγέγραπται δὲ αὐτοῖς· Ἡρακλῆς ὁ Ἀμφιτρύωνος Ἦλιν ἑλὼν ἀνέθηκεν.* additur: *αἱρεῖ δὲ τὴν πόλιν, ἡγουμένης κατὰ χρησμὸν γυναικὸς, ἧς τὸν πατέρα Αὐγείαν ἀπέκτεινεν.* *Parthenope.* Stymphali f. aliunde non nota; fuit is Elati f. Arcadis nepos: inf. III, 9, 1. Pauſan. VIII, 4. p. 605. §. 12. *Auge* v. ſup. ſ. 4. Mox *Ἀστυόχης τῆς Φύλαντος Τληπόλεμος.* de hoc ſup. vidimus ſ. 6. pr. cf. ad Hygin. f. 162, 12. Alia Phylantis filia Polymela, Eudori mater ex Mercurio Il. π, 179. alia, Thero, ex Apolline Chaeronem peperit: vid. verſus ex Eoeis apud Pauſan. IX, 40. p. 794. *Aſtydamia*, Amyntoris f. De Amyntore ſup. II, 7, 7. §. 6. De *Cteſippo* conſentit Diodor. IV, 37. cf. paullo ante ad §. 8. *Autonoe* *Πειρέως* filia; *Πειρεὺς* eſt, puto, *Περεὺς*, Elati f. inf. III, 9, 1. §. 2. Pauſan. VIII, 4. p. 605. qui tantum agnoſcit Perei filiam Neaeram Autolyco nuptam; at apud Apollod. l. c. Aleo. Ceterum mirum eſt, quod et Galeo ita viſum, noſtrum ſcriptorem, tam putide ſubtilem in Theſpiadis eorumque matribus enarrandis, multos alios Herculis filios omiſiſſe: Antiochum e Midea, Phylantis filia; Diodōr. IV, 37. Pauſan. X, 10. e quo nepotem Hippotam ipſe Apollodor. memorat inf. c. 8, 3. §. 2. Palaemon ex Iphinoe Antaei f. memoratur ap. Schol. Lycophr. 662.

Cap. 8.

ſ. 1. De *Heraclidis* quae hoc capite ſequuntur, inter praecipua, quae Apollodoro debentur, ſunt habenda, quandoquidem auctores, qui de his tradidere, periere fere omnes, et multa hic occurrunt, quae alibi tradita non ſuperſunt. Auctor praecipuus fuit Ephorus, ſtatim libro I.

vt colligere licet cum ex aliis locis tum ex Theonis Progymn. c. 2. p. 17. nam exordium ſcribendi ille a reditu Heraclidarum fecerat, omiſſis fabulis: Diodor. IV, pr. petierat hic ſua ex eodem libb. VI. ſqq. qui periere. Nonnulla ex iis in ſcenam fuere producta, vt Euryſthei pugna et caedes, de qua ſtatim videbimus. Narratio alia eſt apud Anton. Lib. c. 33. ex Pherecyde. Grauiſſimi momenti fuit hic Heraclidarum et Dorienſium reditus in Peloponneſum ad ſtatum veteris Graeciae mutandum. Nam primum Achaei fuere expulſi, qui opibus et vitae cultu aliquo inter ceteros Hellenes eminebant; contra Dores priſcam barbariem reduxere. Tum Achaeis in Achaiam, Ionum ſedem, irrumpentibus, Iones primum in Atticam transierunt, mox ducta inde in Aſiam colonia condidit Ioniam, in qua ingeniorum per artes expolitio et meliores litterae inter Graecos originem habuere: interea colonia Aeolica a Penthilo, Oreſtis f. verſus eandem Aſiam ducta; vnde litterae et artes aliquando, plus quam CCCC. annis elapſis, in Graeciam inprimisque Athenas erant rediturae. Sequentia, partim cum Schol. Ariſtoph. ad Equ. 1148, ante oculos habuit Zenob. II, 61. voc. Βάλλ' εἰς Μακαρίαν, ſed interponit ille ea, quae ad Macariam, Herculis filiam, ſe pro populo deuouentem, ſpectant; omiſſam quod mireris, a noſtro ſcriptore: cf. Pauſan. I, 32, p. 79 extr. Eurip. Heraclid. 501 ſqq. Meminit quoque Eudoc. p. 284. vbi pro παντελῶς αὐτὴν ἔθαψαν, leg. πολυτελῶς. cf. Timaeus Lex. p. 59. et ibi cit. Hemſterh. ad Ariſtoph. Plut. p. 113. cum Schol. ad Platon. p. 134. Fuit Macaria forte ea, quam ſupra vidimus vnam ex Hercule natam eſſe filiam. φυγόντες Εὐρυσθέα πρὸς Κήυκα παρεγένοντο. Atqui Hercules ipſe cum Deianira et liberis Trachinem ſe contulerat ſup. II, 7, 7. §. 2. et 7. Scilicet mater Alcmena cum liberis Mycenis degens eius morte

audita et ipſa Trachinem fugit. Herculis liberi ſponte h. l. diſceſſiſſe narrantur; at a Ceyce abire iuſſos tradiderat Hecataeus apud Longin. c. 27. cf. Diodor. IV, 57. διὰ τῆς Ἑλλάδος h. l. de Locride et Boeotia, per quam iter Trachine Athenas ferebat. §. 2. *Athenas* venere; argumentum hoc olim multarum fabularum, inprimis Euripidis Heraclidarum. Inſcripta alia Aeſchyli eodem nomine periit. Laus inde orta Athenienſium praeclara, iactata inprimis ab Iſocr. Paneg. 15. et ſaepe al. Ad Demophontem ii veniunt apud Euripid. Antonin. Lib. l. c. At ap. Panſan. I, 32. p. 80. ad Theſeum. ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμόν in medio foro: Pauſan. I, 17. pr. Celebratiſſima eſt haec ára: v. Gal. ad h. l. et praeter Meurſ. et Petit. laudd. a Barth. ad Statii Theb. XII, 481. et a Fabric. ad Sext. IX. p. 592. Apud Euripidem tamen Heracl. 70. 80. Iouis ara eſt Ἀγοραίου. ſed ibi Marathone res geritur: v. 32. Ad Ἐλέου βωμὸν etiam Adraſtus ſedet inf. III, 7, 1. §. 1. mortuorum humationem flagitans. §. 3. *Euryſthei liberi* ex Antimache, Amphidamantis f. inf. III, 9, 2. §. 1. Tres ex iis Perimeden, Eurybium et Eurypylum inter epulas ab Hercule necatos Anticlides ἐν Νόστοις narrauerat, apud Athen. IV. p. 157. F. κτείνει διώξας Ὕλλος: ita et Zenob. h. l. legerat. Iolao hoc tribuit poſt Pindarum Strabo VIII. p. 579. A. et Eurip. Heraclid. 859 ſq. Poteſt itaque ſuſpicio naſci, etiam h. l. Ἰόλαον ſcriptum fuiſſe, a librariis mutatum in Ὕλλον, de quo mox memoratur. Etſi fuit vtriusque, et Hylli et Iolai, praeclara virtus in illa pugna, apud Eurip. Heracl. 659. 818 ſq. et 936. vterque tropaeum ſtatuiſſe memoratur; et omnino caedes Euryſthei facta diuerſis modis narratur. cf. Weſſel. ad Diodor. IV, 57. p. 302. van Staveren Miſc. Obſſ. Vol. X. T. III. p. 383. Forte Iolaus Sophoclis ad hoc ipſum argumentum ſpectauit. Iolai partes omnino Apollodorus

omiſit, qui tamen, vt pugnae cum Euryſtheo intereſſet, precibus obtinuit, vt ſiue reiuuenaſceret, vt Eurip. Heraclid. 849 ſq. ſiue, vt alii narrant, in vitam rediret. v. Pindar. P. 9, 137. Euryſtheum captum et *ἱκέτην* factum Iſocr. Paneg. 15. memorat. Apud Eurip. Heraclid. 928 ſqq. Euryſtheus in pugna captus in conſpectum Alcmenae adductus iram impotentis animi muliebris experitur. *κερκίσι.* nec aliter Zenob. malim cum viro docto l. c. Miſc. Obſſ. *κερκίδι*, *radio textorio*, vt apud Anton. Lib. c. 25. in ſimili narratione legitur. Apud eund. l. c. c. 33. et Strab. VIII. p. 579. (377.) nihil de fuga Euryſthei, ſed caedes facta in pugna: *Εὐρυσθεὺς μὲν οὖν στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα, ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας καὶ τὸν Ἰόλαον, βοηθησάντων (αὐτοῖς) Ἀθηναίων, ἱστορεῖται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ· καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα Γαργηττοῖ ταφῆναι, τὴν δὲ κεφαλὴν χωρὶς ἐν τῇ Κορίνθῳ, ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰολάου περὶ (παρὰ) τὴν κρήνην τὴν Μακαρίαν*, (ita haud dubie pro *Ἀκαρία* ſcribendum; nam fons ille ad Marathonem, teſte Pauſan. I, 32. p. 79, vbi pugna facta) *ὑπὸ ἁμαξιτόν. καὶ ὁ τόπος καλεῖται Εὐρυσθέως κεφαλή.* Etiam in iſto loco ad Corinthum *μνῆμα Εὐρυσθέως* memoratur ap. Pauſan. I. extr. ſed ſepulcrum, quo corpus vere conditum, ad Gargettum Atticae monſtrabatur, ante templum Mineruae Pallenidis: Eurip. Heracl. 1030. 1.

ſ. 2. *De reditu Heraclidarum fruſtra tentato* hic locus inter claſſicos. — §. 2. *ἐπὶ ἐνιαυτοῦ δὲ αὐτοῖς ἐν τῇ καθόδῳ γενομένῃ φθορὰ πᾶσαν Πελοπόννησον κατέσχεν.* Sententia aperta, etſi verba mendoſa ſunt: Heraclidis per annum nouas in Peloponneſo ſedes obtinentibus, orta anni ſterilitas cum lue conſulere deum coegit; tum ſorte accepta, nondum fatale eſſe tempus, vt Peloponneſum inſiderent, iterum receſſere. In omni Heraclidarum hiſtoria ad oracula rerum euentus referri ſolent: ſeu ipſo aetatis, ſeu

tragicorum more callide ad fatalem neceſſitatem rerum euentus reuocantium. De primo hoc in Atticam reditu ob peſtilentiam (φθορὰν) tacet Diodor. IV, 58. At idem poſt haec Hyllo victo Heraclidas Tricorythum receſſiſſe narrat, quae cum Marathone eſt in Tetrapoli Attica: vid. Strabon. VIII. p. 588. A. et Stephan. Byz. h. v. et in Τετράπολις. Ex Pherecyde Anton. Lib. c. 33. narrat Euryſthaeo caeſo Hyllum cum reliquis Heraclidis Thebas conceſſiſſe, ibique Alcmenam obiiſſe. §. 3. *Tlepolemi* fuga in Rhodum, nobilis fabula, vel ex Pindaro Ol. 7, 36. 49 ſq. Il. β, 653. cum Euſtath. et Schol. ad 662. (e quo Eudoc. p. 82.) habitabat ille Argis: Diodor. IV, 58. et erat filius Aſtyoches: ſup. II, 7, 6. §. 1. 7, 8. §. 12. De *Licymnio* autem vid. II, 4, 5. §. 7. de eius filiis vid. ad II, 7, 3. §. 3. II, 7, 7. §. 8. — Cauſſam mortis iram in fratrem ex pellice patris natum Pindarus l. c. memorat, et impetum factum eſſe in exeuntem ex thalamo matris Mideae. Accedit fere Diodor. l. c. §. 5. σὺν τῷ στρατῷ κατήει τοὺς Ἡρακλέους ἐπὶ Πελοπόννησον, Τισαμενοῦ etc. Ita vulgo legebatur. Faber et Gale emend. κατῆγε, quaſi loco ſua ſic integritas reſtituta eſſet. Ita vero Hyllus reditum ſub Tiſameno tentaſſet eodem tempore, quo Ariſtomachus interiit. Id vero et temporum ordini et hiſtoriarum fidei repugnat. Noui quidem turbas eſſe miras etiam apud alios in diuerſis Heraclidarum expeditionibus, inprimisque in annis conſtituendis, Diodorum omnino diſſidere ab Apollodoro in narratione de Heraclidarum fortuna, Hylli et Cleodaei reditum confundi, Hyllumque in Oreſtis tempora ſeruari: Pauſan. VIII, 5. pr. Verum h. l. mihi quidem manifeſtum fit poſt κατήει eſſe lacunam, et excidiſſe locum de Hylli pugna cum Echemo, Arcadum rege, Hylli caede, et pactione facta, vt eo victo intra L. (ſecundum alios, intra C.) annos ne

redirent in Peloponnefum Heraclidae. vid. Diodor. IV, 58. et ibi Weffel. praeter Simfon. ad 2804. 2901. Paufan. I, 41. et 44. Schol. Pindari Ol. 10, 80. cf. van Staveren Mifc. Obff. IX, III. p. 385. Mox Cleodaeus Hylli f. iterum reditum tentauit, XXX. fere a Troia capta anno, poft eius filius Ariftomachus; tandem reditum perfecerunt Ariftomachi filii, Temenus, Crefphontes, Ariftodemus. Debebat quoque moneri, Dores, inter Oetam et Parnaffum, cum ad eos, feu ad regem eorum Aegimium (vid. fup. ad II, 7, 7. §. 3.) confugiffent Heraclidae, deducendis iis potiffimam operam nauaffe. cf. Diodor. IV, 58. Tanta rerum narrandarum perturbatio ac fupina negligentia multo minus expectari poterat ab Apollodoro, qui haec in Chronicis fingulari ftudio tractauerat, tempora tentati reditus fubtilius defignauerat, et, vna cum Eratofthene, praecipuus auctor habetur nobiliffimae epochae, qua reditus Heraclidarum in annum LXXX. a Troia capta reiicitur: ita vt eius auctoritatem alii fequantur fere omnes, et ipfe Diodor. I, 6. Appofui itaque ftellulam huic loco, vt lacunam defignarem. §. 6. Sub Tifameno autem tentatus reditus alius effe vix poteft, quam duce Ariftomacho Cleodeai f. XX. circiter annis poft Cleodaei expeditionem; cf. Simfon. ad a 2877. extr. Itaque ea, quae nunc in Apollodoro fequuntur, *ἐπεὶ δὲ ἠνδρώθησαν οἱ Κλεολάου παῖδες, ἐχρῶντο περὶ καθόδου*, peffime corrupta funt; non enim poft Ariftomachi mortem, Cleodaei, qui eius pater erat, filii potuere memorari tanquam auctores nouae expeditionis. Scilicet eiiciendum eft nomen Κλεολάου, quod communi fere librariorum more (de quo cf. Weffel. ad Diodor. IV, 31. p. 277. Wolf. ad S. Theophilum ad Antolyc. p. 96. vbi eft Cleodemus fcriptum, Valken. ad Herod. VI, 52. adde locis corruptis Schol. Lycophr. 804.) corruptum eft pro Κλεοδαίου, temere infertum, cum οἱ

παῖδες nude poſitum eſſet, ſc. *Ariſtomachi*, qui modo fuerat memoratus. (Eſt hic Ariſtomachus, de quo Pindarum accipio Pyth. X, 4. vbi eum Aleuadarum ſtirpis auctorem edit.) Excidit quoque oraculum, quod reſpiciunt paullo poſt verba: τοῦ θεοῦ εἰπόντος ὅ τι καὶ τὸ πρότερον. Scilicet Ariſtomachus denuo reditum ex Doride tentaturus conſulto deo ſortem acceperat: Νίκην σοὶ φαίνουσι θεοὶ δι᾽ ὁδοῖο στενύγρων, quae ille de Iſthmo perperam acceperat. vid. Pauſan. II, 7. p. 127. extr. Euſeb. P. E. V, 20. (vbi male Ariſtomachus ὁ Ἀριδαίου pro Κλεοδαίου). Re ab eo infeliciter geſta, XXX fere annis poſt, anno poſt Troiam captam (LXXX. cf. Vellei. I, 2.) Ariſtomachi filii, Temenus, Creſphontes et Ariſtodemus, nouo belli apparatu facto, cum deum conſuluiſſent, eandem iterum, quam pater, ſortem accipiunt; qua de re nunc agit Apollodorus. §. 8. Ad Locridem recte locus refertur in quo naues factae ſunt; ſcilicet, quod Gale quoque monuit, Naupactus Locris Ozolis annumerata fuit vid. Strabo IX, p. 653. Pauſan. X. extr. §. 9. *Ariſtodemus*, ex noſtri ſcriptoris fide, obiit ante ingreſſum in Peloponneſum; ſic fere et alii: cf. Pauſan. III, 1. p. 205. at Lacedaemonii eo duce Spartam eſſe occupatam narrabant: apud Herodot. VI, 52. Eius vxor *Argia*, Anteſionis filia, qui filius Tiſameni fuit, nati ex Therſandro Polynicis filio (qui III, 7, 2. extr. memoratur). Diuerſus hic Tiſamenus eſt ab Oreſtis filio paullo ante memorato. Frater huius Argiae, ex eodem Anteſione natus, erat Theras, inſula condita notiſſimus: vid. Herodot. l. c. Pauſan. IV, 3. p. 285. idem tutor nepotum ex ſorore, Proclis et Euryſthenis v. ibid.

ſ. 3. Noua mora expeditionis Heraclidarum *ex nece vatis* Carni; hoc enim nomen fuit, vt ſtatim dicemus Videtur autem ille mala Heraclidis eſſe vaticinatus.

Dolendum eſt, ex his hiſtoriis, ex quibus omnis veteris Graeciae conditio repetenda erat, per ſummam tantum narrationem ad nos perueniſſe. §. 2. Ἱππότης ὁ Φύλαντος ὁ Ἀντιόχου τοῦ Ἡρακλέους. *Antiochus* e Midea ſuſceptus ab Hercule, vt monitum ſup. ad II, 7, 8. §. 12. Ἱππότης ὁ Φύλαντος. Nepos habuit nomen aui materni, quem ſupra vidimus ad II, 7, 8. §. 12. E Phylantis filia, Midea vel Mide, Hercules ſuſceperat Antiochum, e quo natus hic Hippotes. Ex eodem autem Phylante natus quoque erat Hippotes apud Pauſan. II, 4. p. 120. med. Mideae frater. Galeus laudat Reineſ. Epp. 24. Hippoten memorat quoque Schol. Theocr. 5, 83. vnde diſcimus, Theopompum quoque haec tractaſſe. §. 3. Fuit hic vates *Carnus.* vid. Euſeb. P. E. V, 20. Pauſan. III, 13. Schol. Theocr. l. c. idem, a quo ſed parum probabiliter, nonnulli aiunt Apollinem Carneum et feſtum Dorienſium celeberrimum, Carnea appellata. v. Schol. Theocr. l. c. Interpolata eſt fabula de Carno apud Conon. 26. κελεύοντος: et inſuper, Apollinem Carneum placari. Euſeb. l. c. et Schol. Theocr. l. c. §. 4. Ὀξύλῳ τῷ Ἀνδραίμονος. Fuit ille quidem oriundus ab Andraemone; at filius fuit Haemonis, cuius pater Thoas, auus Andraemon. Nec aliter, quam Ὄξυλος τοῦ Αἵμονος, eſt apud Strabon. X. p. 711. C. 712. A. et apud Pauſan. p. 381. cf. Not. ad Antonin. Lib. c. 32. probabile itaque fit, et h. l. fuiſſe Ὀξύλῳ τῷ Αἵμονος. Diuerſus autem *Oxylus* hic ab illo, qui ſupra commemoratus fuit Martis et Protogeniae, ex Calydone natae, filius, I, 7, 7. add. Pauſan. V, 3. p. 381. De hoc reditu, Oxylo duce, vid. Strabon. l. c. Pauſan. V, 5. Spectare ad eum videtur pugna Aetolorum et Eleorum in arca Cypſeli expreſſa apud Pauſan. V, 18. p. 423. Obtinuit ille mox poſt reditum in Peloponneſum Elidem, quod late exponit Pauſan. et Strabo l. c. et VIII. p. 548.

ἐπὶ φόνῳ vid. Pauſan. l. c. p. 381. erat autem Oxylus ex Aetolia oriundus, in eamque redibat, anno exilii in Elide exacto. Annuum autem exilium hoc, non tam lege, puto, quam more, iſtorum quidem temporum, aut facta interea pactione cum caeſi hominis propinquis. Mutuum inter Elidem et Aetoliam commercium et intercurſus fuit inde ab Aetolo Endymionis f. qui ex Elide in Aetoliam fugerat. vid. ſup. I, 7, 6. Pauſan. et Strabo X. p. 711. C. §. 5. τῷ πεζῷ καὶ τῷ ναυτικῷ. a Naupacto progreſſi Molycrium, inde Rhium, quod Achaiae erat, traiecerunt: Pauſan. p. 381. et VIII, 5. p. 608. et Euſeb. l. c., (in quo ſi poſt Naupactum cum Holſtenio ad Stephan. in Ῥύπαι legendum eſt Ῥυπαίον, in Aetolia hoc quaerendum, non in Achaiae Rhypis). In Peloponneſo facta via per Arcadiam: Pauſan. V, 4. pr. interea Achaei copias verſus Iſthmum duxerant, Rhio praeſidiis nudato. Τισαμενὸν κτείνουσι cf. Pauſan. II, 18. Πάμφυλος καὶ Δύμας, *Aegimii* filii, de quo ſup. II, 7, 7. §. 3. et Obſſ. Filiorum nomina et ipſa clara, tribubus Lacedaemonis inde appellatis Pamphylide et Dymanide. Παμφύλου ἔκγονοι cum Heraclidis iuncti ſunt apud Pindar. P. 1, 121. 5, 95. 96. vti et apud Ariſtoph. in Pluto v. 385. vbi tam mira Grammaticorum apponuntur ſomnia: ſed v. ibi Hemſterh. notam. Ceterum videndus Schol. Pindari et Stephan. Byz. in Δυμᾶν, ſeu, vt legendum, Δυμᾶνες. Nam id nomen tribus, heros vero Δύμας, Δύμαντος, vid. Pauſan. VII, 17. p. 565. et Dorice, Δυμᾶς vel Δυμᾶν.

ſ. 4. *Sortitio* ſuper Peloponneſo *inter Heraclidas* facta: de ea vid. Pauſan. IV, 3. p. 285. cf. Polyaen I, 6. Ceterum plura e ſeqq. celebrata fuere Euripidis fabulis Creſphonte, Archelao, et Temenidis. vid. viros doctos ad fragm. Eurip. cf. Hygin. f. 218. p. 170. II, 8, 4. γῆς ἐνέβαλε βῶλον. cf. Pauſan. l. c. Alludere ad hanc glebam putatur Sophocl. Aj. 1303. 4. vbi vid. Schol.

ſ. 5. Ab his animantibus rubeta, ſerpente et vulpe, petita ſunt emblemata et inſignia Lacedaemoniorum, Meſſeniorum et Argiuorum, reperta quoque in eorum monumentis. v. Fourmontii commentationem (*Hiſt. de l'Acad. des Inſcr.* Tom. XVI. p. 105). §. 3. *Temeno*, Ariſtomachi filiorum natu maximo, ceſſerat Argos; is, poſthabitis filiis, nimis ſtuduit filiae Hyrnetho et genero. De iis, quae ſequuntur videndus Pauſan. II, 19. p. 152. c. 28. p. 176. Plura de iis conſtarent, ſi Euripidis Temenidae ſupereſſent. Nomina horum *Temenidarum* prorſus diſcrepantia ſunt apud Pauſan. II, 28. *Ciſus*, *Phalces*, *Agraeus*, *Cerynes*. Accedit Archelaus qui in Macedoniam conceſſit, vid. Hygin. fab. 209. *Ciſi* mentio et alibi apud eum facta; et in ſtirpe Herculis apud Theophil. ad Autolyc. lib. II. p. 96. e Satyro, quae deducta eſt vsque ad reges Aegypti. Nam ab Euergete II. Phyſcone nomina φυλῶν Alexandrinarum et δήμων repetita fuere ab Heraclidis: quorum ſucceſſio haec eſt: Hyllus, Cleodaeus, Ariſtomachus, Temenus, Ciſus, Maron, Theſtius. Acoos. Ariſtomidas. Caranus. Coenus. Tyrimmas. Perdiccas. Philippus. Aeropus. Alcetas. Amyntas. Bocrus. Meleager. Arſinoe. e qua et Lago Ptolemaeus. Conueniunt inde a Carano nomina cum regibus Macedonum; poſt Amyntam mutilatus eſſe videtur recenſus; comparandus tamen cum ſtirpe regum Macedoniae: de quo egere tum alii qui regum catalogos condiderunt, tum Dodwell. Annal. Thucyd. ad Olymp. 81, 2, 3. et Freret Defenſe de la Chronologie p. 92 ſq. et qui de numis Macedon. egere. Syncell. chronogr. p. 262. cf. Graeca Euſebii Scalig. p. 57. *Phalces* Sicyonem occupauit, ibid. II, 6. extr. apud Strabon. VIII. extr. ex Ephoro inter conditores ciuitatum Peloponneſi numeratus; memorat ille etiam Ἄργους δὲ Τήμενον. καὶ περὶ τὴν ἀκτὴν Αἰγαῖον καὶ Δηϊφόντην. in Epi-

tome legitur τῶν δὲ περὶ τὴν Αἴγσον Δηϊφόντης. f. ἀκτὴν ἀντιπέραν τῆς Αἰγίνης. Nam τὴν Ἐπιδαυρίαν in ditionem accepit Deiphontes. cf. Pausan. II, 26. p. 170. *Eurypylum* ex Stephan. Byz. in Δρυόπη perperam huc aduocat Gale. — §. 4. Apud Pausan. II, 19. 26. p. 170 et c. 28. longe alia sunt: Cisus successit patri, sed omni fere potestate exutus; Deiphontes vero Epidaurum abiit; Hyrnetho in conflictu fratrum et mariti exanimatur: Quae omnia valde accommodata esse debuere scenae. *Deiphontes* et ipse erat Herculis abnepos: Pausan. II, 19. §. 5. *Cresphontes* caesus: vid. apud Pausan. IV, 3. p. 285. 286. Fuit Euripidis tragoedia Cresphontes, cuius v. fragmenta: argumentum superesse suspicor ap. Hygin. f. 184. Partes in ea praecipuae erant *Meropes*, quae mox memorabitur, quaeque nomen dedit nobilibus nostrae aetatis tragoediis Maffei et Voltarii. §. 6. De *Polyphonte* eadem Hygin. f. 137. τρίτον γὰρ ἔχουσα (e Cresphonte) παῖδα, sc. praeter duo a nouo marito occisos, qui et tertium ad caedem quaerebat, *Aepytum*. §. 7. Telephontem pro eo memorat Hygin. l. c. τῷ ἑαυτῆς πατρὶ, Cypselo, Arcadum regi: vid. Pausan. l. c. IV, 3. p. 286. VIII, 5. p. 608. Non memorat Apollodorus rem, quae περιπέτειαν fabulae constituerat, quod Merope filium necatura erat, quem mariti interfectorem esse putabat. Postea illa, agnito filio, cum ipso caedem Polyphonti parauit: quam in rem Epigramma Cyzic. V. est haud admodum eleganter exaratum.

OBSERVATIONES AD APOLLODORI BIBLIOTHECAM.

AD LIB. III.

Cap. I.

Ab Hercule et Heraclidis ad *mythos Cretenses* progreditur Apollodorus, c. 1. 2. 3. quibus Thebanos mythos subiicit. Locum illi habent haud dubie inter antiquissimos, et pro fundo, partim priscas rerum memorias a patribus acceptas, partim Phoeniciae religionis vestigia, etsi perobscura, partim historias, tandem poemata nonnulla antiqua. Laboratum hinc est in fabulis Creticis cum Arginis et Thebanis aliisque coagmentandis. Inter historicos ex antiquissimis fuit Pherecydes, qui de Cadmo et Europa exposuit; nec Hellanicus eas praeteriit. Memorantur praeterea in his fabulis Antimachus et Anticlides, (Schol. Apollon. II, 178). Poemata fuere plura nomen ab Europa habentia, quae tamen res Boeoticas et Thebanas simul forte complexa sunt: sic Eumeli Εὐρωπία, vid. Schol. Il. ζ, 130. nescio an idem sit ὁ τὰ ἔπη τὰ εἰς Εὐρώπην ποιήσας apud Pausan. IX, 5. p. 721. Stesichori Εὐρώπεια non minus Boeotica attigit, quantum ex fragmento inde seruato intelligitur. Creticas fabulas pertractauerat Epimenides, cuius poema quater mille versibus complexum erat τὰ περὶ Μίνω καὶ Ῥαδαμάνθυος, si modo probum auctorem habuit Laert. I, 112. Scriptores

de Creta recenſitos vid. a Meurſio in Creta I, 1. Ἰνάχειον. vid. ſup. II, 1. pr. διερχόμενοι. immo vero, διεξερχόμενοι. §. 2. λέλεκται vid. II, 1, 4 ſq. In hac *Agenoris ſtirpe* exponenda incredibilis eſt narrationis diuerſitas; in qua componenda fruſtra quis laboret. vid. vel Schol. Apollon. II, 178. III, 1185. Schol. Eurip. Phoen. 5. Afferam ea, quae ad Apollodorum facere poſſunt. §. 3. τοὺς προειρημένους inde a lib. II, 1, 4. §. 4. Danaum et Aegyptum; tum *a Danao* oriundos, in quibus *Perſidae*, et ab his *Heraclidae*. Telephaſſa ap. Steph. Byz. in Δάρδανος eſt Τηλεφάη, in Θάσσος vero Τηλέφη, non bene mutatum ab editore. Etiam apud Schol. Eurip. Phoen. 5. Τηλέφη τῆς Ἐπιμεδούσης habetur, ſed Phoenici nupta. Pro Telephaſſa Agenori coniux datur ab aliis Argiope, Nili filia, e qua Cadmum ſuſcepit; primis nuptiis Damno Beli filiam matrimonio habuerat, e qua ſuſtulit Phoenicem, Iſaeam et Meliam, illam Aegypto, hanc Danao nuptam: vt ex Pherecyde narrat Schol. Apollon. III, 1185. Argiopen etiam Hygin. f. 178. memorat, vbi vid. Not. Apud Schol. Eurip. Phoen. 5. eſt Antiope, vitioſe, vt ibi docuit Valken. *Europa* Agenoris filia, aliis Phoenicis; ita ipſe Homer. Il. ξ, 321. et ex eo alii. cf. Schol. Il. μ, 397. ex Heſiodo et Bacchylide. Apud Moſchum eſt filia Telephaeſſae et Phoenicis Idyll. 2, 40. 41. et 7. Memoratur illa in amoribus Iovis iam in Homericis, Il. ξ, 321. 322. ſi modo verſus ſunt genuini. Nonnulla ſunt diſputata; a Mezir. ad Ovid. Epp. p. 338 ſq. add. Intp. Hygin. f. 178. pr. De *Phoenicis progenie* vid. Schol. Eurip. 5. adde Carmen, Britomartis matrem, de qua vid. Excurſ. ad Cirin Virgil. Pro Phoenice aliud Scholion Eurip. l. c. Φινέα habet; vitioſe vtique; Phineum tamen ad hanc ſtirpem referri ſolitum etiam ſupra vidimus I, 9, 21. pr. et idem conſtat ex Schol. Apollon. II, 178. At omittit

prorſus Phoenicem Schol. Aeſchyl. S. ad Th. 491. §. 4. *Europae raptus* res diſerte expoſita a multis: inpr. a Moſcho 2. pictura eſt ap. Achill. Tatium. §. 5. Serior vtique Sarpedon Homericus. Confundi hic duo Sarpedones, auum cum nepote, iam a viris doctis notatum. Conf. Diodor. V, 79. et ibi Weſſel. mihi totus locus ex interpolatione irrepſiſſe videtur. §. 7. *Thaſus.* Neptuni vel Cilicis f. at Cilicis ap. Schol. Eurip. Phoen. 5. Agenoris f. apud Pauſan. V, 25. p. 445. et Cadmi frater apud Conon. 37. §. 8. A Cilice Ciliciam dictam repetunt multi, ipſe Herodot. VII, 91. Solin. 41. cf. Salmaſ. ad e. l. p. 543. Saltem Phoenices Ciliciam inſediſſe inde colligitur. Cadmus in Thracia conſedit: cf. inf. c. 4. pr. vnde illuſtrandum quoque, quod legitur apud Plin. VII, 56. *Auri metalla et conflaturam Cadmus Phoenix ad Pangaeum montem* (inuenit). Eadem Clemens Alex. Strom. I. p. 363. ed. *Pott.* et ex eo Euſeb. P. E. X, 6. — Thaſon a Phoenicibus conditam, vel ex Herodoto notum eſſe poteſt, etſi aliquando a Pariis colonis nouis frequentata fuit: (qua de re et de ceteris inſulis, ad quas Phoenices appulerant, actum in Comment. ſuper Caſtoris epochis p. 76. cf. Stephan. Byz. in Θάσσος et ibi Intpp.) v. Conon. 37.

ſ. 2. *Europam Iupiter Aſterioni elocat.* Eadem Schol. Iliad. μ, 397. qui Heſiodum et Bacchylidem auctores edit. Erat autem ille a Deucalione oriundus, Tectami f. ex Crethei (quem I, 9, 11. vidimus) filia, ſecundum Diodor. IV, 60. Diuerſus eſt Aſterius Anactis f. apud Pauſan. VII, 2. p. 524 extr. et I, 35. p. 87. quem Commelin. cum altero confundit. Verum et is, de quo nunc agitur, aliis eſt Minois filius, vt ibid. II, 31. Minois dux copiarum eſt apud Lycophr. 1301. Tam varie haec ſeu antiqua fama accepta, ſeu a priſcis auctoribus tradita ſeu a poetis tractata fuere. Loca ſunt apud Meurſ. in

Creta III, 2. Nomen ipſum duplici modo efferri ſolet, *Aſterion* et *Aſterius*, vt ſtatim ſ. 3. variare ſcripturam videbimus; nec refert loca ſingula adnumerare, v. c. Etymol. M. in Μίνως. Syncell. p. 121. τοὺς ἐκ ταύτης παῖδας omiſſum τοῦ Διός. Sunt autem illi, Minos, Sarpedon, Rhadamanthus de quibus mox agitur. §. 2. *Mileti* pueri nomen admodum celebratum: vid. Schol. Apollon. I, 186. Alia vid. apud Antonin. Lib. c. 30. ex Nicandro, et ibi Verheyk. Pauſan. VII, 2. p. 524. 5. Apud noſtrum filius eſt Apollinis et Areae, Ἀρείας τῆς Κλεόχου. Sic et Schol. Apollon. l. c. §. 3. Quod in ſeqq. plures commemorantur puerorum amores, ad Cretae inſtituta ſpectat; nam apud Cretenſes amor puerorum honeſtus habebatur; vid. laudd. apud Meurſ. III, 13. inpr. Strabon. X. p. 739. extr. Athen. XIII. p. 602. extr. ſq. videntur poetae et ſcriptores ad heroum tempora hoc ipſum transtuliſſe. A Minoe (cui ceteroqui omnino malam famam adſperſam a tragicis Athenienſibus notat Plutarch. Theſ. p. 7. cf. Strabon. X. p. 730. C.). Ganymedem amatum et raptum tradiderant alii apud Athen. XIII. p. 601. F. et Euſtath. p. 1205, 1. Schol. apud Valkenar. Diſſ. de Scholiis p. 136. Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 210. Simili, quo antea diximus, modo multa turpia et flagitioſa deorum facta memorari coepere: etſi enim alia ex antiquis illis phyſiologorum et theologorum narrationibus profluxere: quamobrem Chryſippus Iouis et Iunonis amores interpretaturus foediſſimas libidines ſexcentis fere verſibus expoſuerat: Diog. Laert. VII, 103, alia tamen per poetas et ſcriptores flagitioſis amoribus nomina et exempla honeſta praetexere cupientes inuenta et vulgata ſunt; e quo genere eſt fragmentum Phanoclis a Ruhnkenio illuſtratum, haud pauca praeterea in fabulis ſcenicis; quae ab ineptis grammaticis mox in mythologiam fuere illata. Arripuere

haec patres Christiani et tanquam in patriis Graecorum religionibus tradi solita exagitauere, quae non nisi improbae poetarum licentiae debebantur. Eius generis multa recitantur, etsi pessime corrupta, in Clement Rom. Homil. V, 10, et ibi Coteler. S. Theophil. in Autolyc. p. 276. 303. Clemente Alex. in Arnobio et al. *Sarpedon* Lyciam occupat: vid. Herodot. I, 173. Diodor. V, 79. Strabon. XII. p. 858. et qui ad Herodot. laudantur. *ἐπὶ τρεῖς γενεὰς ζῆν.* fabula haec orta videtur ex confusis auo et nepote Sarpedone, qui bello Troiano interfuit. Discernit vtrumque recte Diodor. l. c. §. 4. Pro Mileto puero alii *Atymnium* caussam dissidii inter fratres ediderant. *Ἀτυμνίου.* verius *Ἀτύμνου*, vt docet Salmas. ad Solin. p. 121. A. *Κασσιεπέιας.* est illa Arabi filia, Phoenicis coniux, secundum alios apud Schol. Apollon. II, 178. diuersa a Cephei vxore, Andromedae matre, sup. II, 4, 3. memorata. Apud Eustath. p. 989. l. 34. Cassiepea Europae mater editur; nec video qua fide et auctoritate. *καὶ διὰ τοῦτον στασιάσαι* sc. *αὐτὸν*, Sarpedonem, *πρὸς τοὺς ἀδελφούς.* §. 5. *τοῖς νησιώταις νομοθετῶν.* Rhadamanthum insulas occupasse et seuere ius dixisse etiam apud Diodor. V, 79. narratum. *αὖθις φυγών.* vid. sup. II, 4, 11. §. 8. et Obss. ad e. l. *μεταλλάξας*, absolute, omisso *τὸν βίον*, vt passim ap. Diodor. et al. §. 6. Minos Cretensibus leges scripsit: *ἔγραψε νόμους.* h. l. leges tulit, condidit; non litteris signauit. *Pasiphae* Solis et *Perseidis* filia; vid. Obss. ad I, 9, 1. §. 6. p. 55. Ea quae nunc subiiciuntur, ad *Minoem II. prioris nepotem* spectant; id quod in oculos incurrit. Apud Diodor. IV, 60. Minos ex Itone, Lyctii filia, Lycastum suscipit, qui succedit et Minoem II. generat. Haec ad temporum rationes propius accedunt. *Creta* Asterii f. Mox c. 3, 1. Creta Deucalionis est filia, Minois neptis. Aliis memoratur Creta nympha. cf. Salmas. ad Solin.

p. 119, 1. Meurſ. Creta I, 2. Mox Catrei liberis alium filium Minois e nympha Phronia addit Schol. Theocr. 3, 50. Iaſionem a Cerere amatum; at de eo vid. inf. ad III, 12. pr. Pro Acalle Ἀκακαλλίδα Minois filiam Pauſan. VII, 53. p. 707. memorat; e qua Apollo ſuſcepiſſe narratur Miletum apud Antonin. Lib. 30. et Cydonem idem ſeu Mercurius apud Pauſan. l. c. Stephan. Byz. in Κυδωνία. et Schol. Apollonii ad IV, 1490. Alius filius Oaxus apud Stephan. Byz. in Ὄαξος. Aliter Acacallidis amores exponuntur apud ipſum Apollon. eod. loco.

ſ. 3. Ex antiquorum hominum ſenſu conſtituta narratio: cum quotiescunque vellent in magna re ſuſcipienda populi ſtudium ſibi conciliare, et auctoritatem ſibi parare, dicerent ſe diis auctoribus rem eſſe aggreſſos, atque aliquo omine vel oſtento id firmarent, quod aut offerret caſus, aut, quod ipſi nuntiarent; itaque *ſignum de caelo* polliciti interdum ſunt, oſtentum aliquod, quod euenturum eſſet, rem inſolitam, quae mirationem faceret. Minos itaque, ſibi regnum a diis deſtinatum eſſe profeſſus, vt fidem rei faceret, pronuntiat, euenturum eſſe oſtentum, quod a diis expetierit; inſtituto itaque ſacro, nulla victima adducta, preces facit ad Neptunum, vt ipſe victimam mitteret; ecce emergit e mari taurus et adnatat eximiae formae. Tum Minos narratur hac tauri pulchritudine captus aliam victimam mactaſſe, tauro ſeruato. Quo facto iratus Neptunus tauro furorem iniecit; alia inſania, amore tauri, vxorem Minois, Paſiphaen, incendit. Sequentia apud Zenob. IV, 6. occurrunt, et apud Tzetzam Chil. I, 19. v. 473 ſq. Non abſimilis fabula eſt de voto eluſo in ariete Atrei aureo, v. c. apud Eudoc. p. 77. — §. 3. θαλασσοκρατήσας δὲ — ὑπῆρξεν. vera haec, ſed alieno loco inculcata, ab aliena ſuſpicor manu. Deſunt quoque in Zenob. etſi ille alia quoque in

compendium redegit. Nec vero ad antiquiorem ſpectant, verum ad alterum Minoem: quod iam monitum a viris doctis. vid. Diodor. IV, 60. et ibi Weſſel. cf. Meurſ. III, 3. Simſon. ad a. 2599.

ſ. 4. *Taurus* hic traditur ab aliis fuiſſe is, quem Hercules e Creta deportauit ſup. II, 5, 7. et Obſſ. e quo *Minotaurus*, de quo inf. III, 15, 8. 9. Nota res et illuſtratione haud digna. cf. Mezir. ad Ovid. Epp. p. 339 ſq. Fuere forte quae ad haec ſpectarent in *Euripidis Cretenſibus*, quod ex Schol. ad Ariſtoph. Ran. 873. colligas. Ortum videtur narratio habuiſſe ex antiquo aliquo opere, quod Cretae ſeruabatur, quod ſymbolicum eſſet, capite taurino homini impoſito; qua forma Fluuii interdum exhibentur in numis, vt Achelous, et in numo Metapontinorum Caſuentum fl. de quo v. Neumanni Populor. et Regg. num. vet. ined. p. 8 ſqq. Alia ſpecies eſt, quae in vrbium Siciliae et Italiae numis occurrit, tauri ſignum capite humano, Bacchi ſeu Solis, Ebonis nomine, ſymbolum a multis habitum, diſſentientibus tamen viris doctis, et modo coloniae aut arationis, modo fluuii ſymbolum in eo agnoſcentibus: cf. Not. ad Virgil. Aen. VI, 26. §. 2. *Daedalus* caede Talo facta, Athenis fugerat, cf. inf. III, 15, 9. §. 3. Ἀστέριον. hic ergo diuerſus a ſuperiore illo Aſterione ſeu Aſterio. Variat tamen nomen et hic; nam Pauſan. II, 31. ὁ Ἀστερίων, ὁ Μίνω, ὃν κατηγωνίσατο Theſeus. Minotauri ſpecies h. l. verbis declarata, ſaepe occurrit, inprimis tamen vid. in Pictur. Herculan. T. I. p. 25. §. 4. *Labyrinthus*, antrum natiuum prope Cnoſſum et meatus ſubterranei, mox manu humana elaborati, religioni forte conſecrati, locum figmentis variis dedere. Nulla eius veſtigia ſupererant iam Diodori aetate, lib. I, 61. ſeu hominum opera ſeu terrae motibus et ruinis; etſi meatus et canaliculos ſubterraneos in Creta ſupereſſe re-

centiores teſtantur: vt Tournefort; de ſitu tamen dubites, ſi inſpectus tibi fuerit *Savary* T. III. *Lettres ſur la Grece*. πλχνῶν τὴν ἔξοδον, h. e. erat δυσδιέξοδος. v. Meurſ. Creta II, 2. §. 5. ἐροῦμεν: inf. III, 15, 7. 8. 9.

Cap. 2.

ſ. 1. Catrei mors a liberis inferenda per oraculum praedicta et fruſtra euitata. Egregium tragoediae argumentum, quod tamen a quopiam tractatum haud memini. Ad ſeqq. conf. Diodor. V, 55. add. Meurſ. III, 3. τὸ 'Αταβύριον ὄρος. Stephan. Byz. et numi et ſcriptores ſcripturam ſatis firmant. v. Pindar. Ol. 7, 160. c. Schol. Weſſel. ad Diodor. l. c. Numi quidem ad Atabyrium montem Siciliae ſpectant, in quo teſte Polybio IX, 27. p. 148. ſacrum Iovis fuit, Rhodo haud dubie aduectum. Religio e Phoenice petita videri poteſt, in qua, vel in Coeleſyria, oppidum hoc nomine fuiſſe e Polybio conſtat. In eodem Rhodi monte fuere fabuloſae boues aeneae, de quibus ex Pindari Schol. et Callimacho Tzetza Chil. IV, 390. cf. Meurſ. in Rhodo I, 8. βωμὸν, in Diodoro eſt ἱερὸν, quod ſaltem ſequentibus temporibus fuit ſuperſtructum.

ſ. 2. Filias *Aeropen* et *Clymenen* vendit pater, quod eas ſtupro corruptas eſſe intellexerat. cf. Mezir. ad Heroid. Ovid. Tom. II. p. 250. Plura de his memorata eſſe debuere in Euripidis Κρήσσαις. quod iam Bentlei. videbat. v. in Fragment. Eurip. §. 2. *Pliſthenis* vero filii fuere Agamemnon et Menelaus, vulgo Atrei habiti; v. Schol. Il. β, 249. Clymenen *Nauplio* nuptam ſup. vidimus II, 1, 4. §. 14. vbi in Obſſ. p. 109. cum οἱ Τραγικοὶ memorentur, Euripidis Κρήσσας commemorare et hunc ipſum locum adnotare oblitus ſum. Mirum autem, in hunc Nauplium incidiſſe poetarum ingenia, cui puellas ad vendendum traditas narrarent. Nam etiam Auge ab Aleo

patre Nauplio vt venderet tradita fuit ſup. II, 7, 4. §. 3. Οἴακος ex eodem loco ſcriptum, iam Galeo monente, pro corrupto ὄρκκος. §. 5. ὑπὸ χάσματος ἐκρύβη. minus prodigioſum eſt, quod Diodor. l. c. habet, eum per ſolitudines errantem moerore eſſe confectum.

Cap. 3.

§. 1. Apud Diodor. V, 79. *Minois II. filii* ſunt *Deucalion* et *Molus; Deucalionis f. Idomeneus*, Moli *Meriones*. At variarunt haec alii: apud Euſtath. p. 314, 7. θεῖος δὲ Μηριόνου κατὰ τὴν ἱστορίαν ὁ Ἰδομενεύς. Διὸς γὰρ Μίνως. οὗ καὶ Πασιφάης ὁ Δευκαλίων· οὗ Μόλος καὶ Ἰδομενεύς. Μόλου δὲ Μηριόνης. Saltem inde ab Homero Il. κ, 269. 270. in hoc conſentiunt ſcriptores *Moli filium* eſſe *Merionem*; ſic etiam in epigrammate, quod Diodoro impoſuit l. c. Μηριόνης ὁ Μόλου. Laborare itaque verba quae ſequuntur: καὶ νόθος καὶ Μῶλος nemo dubitet; ſaltem debuit eſſe νόθος ὁ Μόλος. vt video legere Meurſ. III, 3. in loco de Deucalione, et Annam Fabri ad Dictyn I, 1. Moli filios video memoratos ab Alcidamante Or. in Palamed. p. 72. neſcio quo auctore; narrat enim Menelaum Sparta Cretam abiiſſe, Paride cum Helena relicto, vt iurgia inter Moli filios orta arbitrio finiret. §. 2. Γλαῦκος δὲ additum vulgo ὁ Μίνωος, quod verum quidem, at verba libris abſunt. Glaucus, tertius e filiis Minois ſup. c. 1, 2. §. 6. De *Glauci* et *Polyidi* fabulis v. Hygin. f. 136, et ibi laudd. cum Nota Fiſcheri ad Palaephatum, ineptum hominem, c. 27. quem exſcripſere Apoſtol. VI, 32. et Eudocia p. 97. Noſtrum exſcripſit Schol. Lycophr. 811. Non confundendus hic Glaucus cum altero Glauco, deo marino: v. Obſſ. p. 171. ad quem Glaucus Aeſchyli ſpectavit. Recentiorum de eo commenta neſcio vnde attulit Schol. Platon. p. 12. 13. (Ruhnk. p. 196. 197.) Fuere tra-

goediae *Sophoclis Polyidus*, et alter *Polyidus Euripidis*, qui idem ſub *Glauci* nomine laudari videtur. v. fragm. Eurip. §. 3. Κούρητες. *Curetes* tanquam μάντεις in fabulam h. l. inducti, haud dubie a ſerioribus: cum antiquiores fabulae cum ipſis poetis obſoleuiſſent. cf. ſup. Obſſ. ad I, 1, 6. p. 7. et Religionum et Sacrorum cum furore peractor. origg. Commentat. Soc. Gotting. T. VIII. p. 6. Prima eorum memoria in fabulis Iouis pueri: hinc in teletas fuere adſumti; at exciderat animis mature antiqua notio quae ſuberat. Simili modo Dactyli Diodoro ſunt γόητες, lib. V, 64. Apud alios eſt oraculum ab Apolline acceptum. vid. Hygin. f. 136. χρησμὸς in ipſo Schol. Lycophr. l. c. Fateor me acumen reſponſi, nec ſatis diſerte expoſiti, non ſatis aſſequi: eſſe in armentis bouem trium colorum; iam eum qui aſſequi poſſet, cuinam alii rei monſtrum hoc ſimile eſſet, et quicum comparari poſſet, idoneum fore quoque ad inueniendum Glauci corpus, tum vero etiam ad eum vitae reſtituendum. Ecce inter vates conuocatos fuit Polyidus, Coerani f. qui comparauit bouem triplicis coloris cum frutice, qui trium colorum fructum ferret: Hyginus arborem morum nominat, primum albas, tum rubras, tandem nigras baccas ferentem; in neutro res ſatis diſerte expoſita eſt; nimis tamen breuiter ab Apollodoro. Hyginus haec habet: *Apollo reſpondit: monſtrum vobis natum eſt: quod ſi quis ſoluerit, puerum vobis reſtituet. Minos, ſorte audita, coepit monſtrum a ſuis quaerere; cui dixerunt, natum eſſe vitulum, qui ter in die colorem mutaret per quaternas horas, primum album, ſecundo rubeum, deinde nigrum. Polyidus*, Argiuus, a Melampode (de quo v. I, 9, 12.) oriundus Pauſan. I. 43. p. 104. Coerani filius: vnde Κοιρανίδης Pindar. Ol. 13, 105. vbi a Bellerophonte conſultus eſt. cf. Munker. ad Hygin. f. 251. et ad f. 136. Stemma eius

tale esse putandum est: Melampus, ex eo Mantius: Od. ο, 242. ex eo Clitus, ex quo Coeranus, ex quo Polyidus, (Κοιρανίδης apud Pindar.) ex quo Euchenor (Il. ν, 663.) Euchenoris fratrem addit Eustath. p. 953, 35. eumque ad Thebas occubuisse. Polyidi patrem edit Aglaum Christodorus in Analect. Brunck. Tom. II. p. 466. perperam puto, deceptus forte epitheto cum Κοίρανον ἀγλαὸν legisset. Memorat idem statuam Polyidi p. 457. Apud Homer. Il. ν, 162. eius vaticinium filio Euchenori datum memoratur. Idem in Thebaide Πολύειδος occurrebat: vid. ap. Athen. XI. pr. et ib. Casaub. Clem. Alex. p. 399 extr. *βάτου καρπῷ.* necesse adeo hunc tres colores habere, forte quia rubet, pallet, nigricat *βάτος, rubus*, de quo secundum veteres agentem consule Dodonaeum Histor. Stirp. p. 741. Apud Hygin. *arbori moro* est, quod Munker. sagaciter in *rubi moro* mutare malit. Verba sunt: Polyidus monstrauit, bouem *arbori moro similem esse; nam primum album est* (morum) *deinde rubrum, cum permaturuit, nigrum.* *διά τινος μαντείας.* est apud Hygin. l. c. noctua fugans apes a melle; lusu verborum inter γλαῦκα et Γλαῦκον facto: Aelian. H. A. V, 2. Aliud augurium seruatum est in fragm. Eurip. vid. Valkenar. Diatribe p. 201. cum aquila marina visa, quae in littore praedam quaerebat, monstrauerat, non in mari, sed in terra pueri corpus esse quaerendum. Apud Claudian. de b. Get. 444. *auium clangore repertum gramine restituit.* vt videri possint aues Polyidum ad eum locum deduxisse in quo corpus reperiebatur. §. 5. Diuersa ratio est ap. Schol. Lycophr. vbi Glaucus serpentem prouocare vult vt se interimat: *θέλων ἀγριῶσαι τὸν δράκοντα, ὅπως ἀναιρεθῇ ὑπ' αὐτοῦ, βαλὼν τυχαίως ἀνεῖλεν αὐτόν.* Alio modo ornata narratio de Aesculapio serpentem feriente, apud Hygin. P. A. II, 14. extr. §. 6. Ab Aesculapio Glaucum

in vitam restitutum tradiderant alii: vt inf. III, 10, 3. extr. Schol. Pindar. P. 3, 96. cf. Hygin. f. 49. vbi Intpp. Astron. Poet. II, 14. extr.

f. 2. Glaucum artem vaticinandi docere coactus Polyidus, per fraudem iterum adimit. *κελεύει εἰς στόμα ἐπιπτύσαι* vel *ἐμπτύσαι.* Visum ergo, reddi diuinam vim alteri, spiritu in eius os reddito, seu afflatu. Alio commento non quidem artem vaticinandi eripit Cassandrae Apollo, sed dum in os inspuit, fidem vaticinanti habendam aufert. Ceterum prorsus diuersa sunt, quae in fabula illa inter Mathematicos vulgata *cubi duplicati*, memorantur de sepulcro a Minoe filio Glauco exstructo: cum architectus pollicitus esset monumentum centum quaquauersus pedum, respondisse Minoem: pro regiis opibus opus nimis exiguum fore, duplicato cubo id exstrui se velle: *Μικρόν γ' ἔλεξας βασιλικοῦ σηκὸν τάφου. Διπλάσιος ἔστω, τοῦ κύβου δὲ μὴ σφαλῇς.* quos versus Euripideos esse sollertia Valkenarii perspexit l. c. Diatr. p. 203. Idem mox problema propositum apud Delios: cf. Spanhem. ad Callim. in Del. 321. Sed de ipsa re habetur Eratosthenis epistola ad Ptolemaeum cum poematio, Eratosth. fragm. ad calc. Arati a Io. Fello editis (Oxon. 1672. p. 33.) ex Eutocio ad Archimed. de Sphaera et Cylindro lib. II. p. 20. Poematium emendatius editum extat in Brunckii Analect. Tom. I. p. 478. Nec praeteriit illud Meursii diligentia in Creta III, 3. at ex disciplinae geometricae principiis illustrauit *Montucla* (*Hist. des Mathematiques* T. I. p. 168 sqq.) et, quem dudum eadem tradidisse amicissimus Kaestnerus, lectionis copia et varietate inter mathematicos facile princeps, me docuit, *Sturmius* in Archimede germanice verso Norimb. 1670. fol. p. 102 sqq. Attigit haec Nic. Theod. Reimer, qui nuper subtiliter et docte exposuit *Historiam problematis de cubi duplicatione* Gotting. (1798. 8.) p. 18. 19.

Cap. 4.

Sequuntur *fabulae Thebanae;* in his Bacchus, Niobe, Oedipus, bellum ad Thebas et bellum Epigonorum, fata Alcmaeonis: c. 4. 5. 6. 7. Praeter Pherecydem et Hellanicum (qui ἐν Φορωνίδι eas attigerat fec. Schol. Apollon. III, 1177. ἐν Βοιωτιακοῖς ait Schol. Il. β, 494.) fabulas perfequutus erat Lyfimachus, cuius erant τὰ Θηβαϊκὰ Παράδοξα, vel fimpliciter τὰ Θηβαϊκὰ, (de quibus cf. Valkenar. ad Eurip. Phoeniff. p. 603. librum XIII. laudat Schol. Sophocl. Oed. Col. 632). Obfcuriores funt alii, Lycus περὶ Θηβῶν: apud Schol. Lycophr. 1206. ex Schol. Hefiodi laudatus inf. ad III, 5, 8. §. 2. (vix pro eodem habendus cum patre Lycophronis apud Svidam), Timagoras, ἐν Θηβαϊκοῖς: Schol. Eurip. Phoen. 162. 674. vbi et Androtion, rerum Atticarum fcriptor, memoratur; plures alii poffunt paffim enotari, v. c. e Stephano, Plutarcho de Flumin. et al. Bellum Thebanum inprimis celebratum erat Thebaide Antimachi, de qua docte egit *Schellenberg* in Commentatione fua, vbi et p. 25 fq. alios fcriptores rerum Thebanarum excitauit, qua antiquior alia fuit Thebais κυκλικὴ dicta, v. c. Athen. XI, 3. p. 465. F. vt et Epigonorum profectio, Homero a nonnullis tributa, vt Paufan. IX, 8. p. 729. docet. Recepit hinc fabulas Thebanas in κύκλον ἱστορικὸν Dionyfius Milefius (de quo vid. Weffel. ad Diodor. T. I. p. 220). Fuit etiam Minyas inter ἔπη antiqua, memorata Paufaniae, quae ad Orchomenum fpectare debuit. Inprimis vero tragicorum ingeniis ornatae et variatae funt Thebanorum fabulae: e quo genere potiores ad nos peruenere Aefchyli, Sophoclis et Euripidis.

Boeotorum fabulas Apollodorus non attigit; fuere quoque illae paucae et obfcurae. Boeotum illae celebrabant primum auctorem, eiusque genus ab Aeolo ducebant;

idque merito, quia primi Hellenum inter barbaros confederant Aeoles. Boeotum tamen alii Itoni filium, Amphictyonis nepotem prodiderant: ap. Paufan. IX, 1. cf. Schol. Il. β, 494. alii Neptuni et Arnes filium; Arne autem Aeoli filia. Aliis, re in fcenam deducta, Boeotus et Aeolus fuere Neptuni filii ex Melanippe Aeoli, feu fecundum alios, ex Desmontis filia. Pueri proiecti feris, mater excaecata; at ii fublati et educati a Metaponto, argumentum fecere fabulae Melanippes, enarratum ab Hygino fab. 186. Fuit Melanippe Euripidis; conuerfa vel reddita ab Attio. Ad eandem fpectat Epigr. Cyzic. 16.

f. 1. Repetit verba, quae fequuntur, Schol. ad Il. β, 494. vbi in f. fubiicitur: ἱστορεῖ Ἑλλάνικος ἐν Βοιωτικοῖς, καὶ Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ γ'. (mutatum temere in Barnef. edit. in Βιβλ. γ'. κεφ. δ'.) conf. virum doct. Sturz. in Fragment. Hellanici p. 65 fq. Quod cum Telephaffa in Thracia confederat Cadmus, fupra narratum, c. 1, 1. §. 7. Oraculum, quod Cadmus accepit, integrum extat in Schol. Ariftoph. Ran. 1256. et 115. et in Schol. Eurip. Phoen. 641. vbi confulenda Valkenarii nota. Cadmum confulte ad regnum fibi in Europa parandum miffum effe tradit Conon c. 37. ἀρχὴν μὲν ἰδίαν ἐν Εὐρώπῃ μηχανώμενον πλάττεσθαι, ἀδελφῆς ἡρπασμένης ποιεῖσθαι ζήτησιν. §. 3. Ἀθηνᾷ, in oraculo eft, *Telluri.* Erat Minervae nomen Ὄγκα, frequentatum quoque Laconibus, etiam Ὄγα, quod Aegyptium effe ait Schol. Aefchyli S. ad Th. 492. at Phoenicium Schol. ad Eurip. Phoen. 1068. Sed de voc. hoc multa difputata funt a viris doctis: v. Valken. ad Phoen. p. 725. Intpp. ad Hefych. T. II. p. 713. ad Aefchyl. S. ad Th. 166. adde *Fourmont Mem. de l'Acad. des Infcr.* T. XV. p. 395 fq. pl. 2. *Sammlung antiquarifcher Auffätze* p. 91. 92. ἀπὸ τῆς Ἀρείας κρήνης. Ἀρητιὰς κρήνη apud Apollon. III, 1179. etiam ap. Schol. Homer. l. c. cf. Valken.

ad Phoen. p. 684. Caſtalium fontem Hygin. f. 178. memorat parum ſcite. De *dracone* qui egerint, vid. apud Munker. ad Hygin. f. 6. ἐξ Ἄρεως, καὶ Τιλφώσης Ἐριννύος addit Schol. Sophocl. Antig. 128. cf. Valken. l. c. p. 253. qui in h. l. mihi in multis otium fecit. §. 4. τῆς Ἀθηνᾶς ὑποθεμένης. vid. ibid. p. 255. Pars dentium ad Aeeten peruenit: ſup. I, 9, 23. §. 5. vbi v. Obſſ. Σπαρτούς. ex etymo fabula nata, vt plura in fabulis Boeoticis: id quod huic mythorum generi tanquam proprium eſt. Iidem γηγενεῖς. §. 6. Φερεκύδης δέ. verba Pherecydis v. ap. Schol. Apollon. III, 1185. et cf. Sturz. in Fragment. Eundem ſequitur Euripides Phoen. 666. At Schol. ad eum verſum inuerſe rem narrat, ὁ μὲν Ἑλλάνικος λίθῳ φησὶν ἀναιρεθῆναι τὸν δράκοντα, ὁ δὲ Φερεκύδης ξίφει. permutatis Pherecydis et Hellanici nominibus. vid. Sturz. fragm. p. 106. cf. Hygin. f. 178. §. 7. πέντε quinque Sparti, ad quos totidem familiae Thebanae genus referebant: Nomina ſunt quoque apud Schol. Eurip. Phoen. 949. et 674. vid. Fragm. Hellanici p. 104, 5. cf. Munker. ad Hygin. f. 178. Pauſan. IX, 5. qui Πέλωρον habet cum Schol. Pindar. Iſthm. I, 41. Cum his, qui Phoeniciae forte originis fuere, veteres incolae barbari Hyantes, Temices, Aones, Leleges, coaluere. vid. Strabon. IX. p. 615. (401.) cumque iis condidit Cadmus Cadmeam, acropolin, cui acceſſere poſtea Thebae.

ſ. 2. Mira ſunt quae ſequuntur. Non quidem illud, quod pro caede facta Cadmus exulat et ſeruit: nam hoc in multis fabulis ex heroica vita occurrit: cf. ſup. de Hercule ad II, 4, 12. §. 1. de Apolline propter Cyclopes caeſos ſeruiente apud Admetum I, 9, 15. III, 10, 4. — §. 2. *Nuptiae* hae Cadmi et Harmoniae nobile argumentum in antiquis fabulis: de quo praeclarus locus Pindar. P. 3, 163 ſq. Eurip. Phoeniſſ. 829 ſq. Theogn. 15 - 18. vbi

et verſus e carmine Muſarum recitatur: *ὅττι καλὸν, φίλον ἐστί. τὸ δ' οὐ καλὸν οὐ φίλον ἐστί.* ad quem reſpicit quoque Eurip. Bacchis 879. videntur quoque eo reſpicere argutiae in Platonis Lyſide p. 212 ſq. fuſe ſuo more Nonnus V, 125 ſq. cf. Pauſan. IX, 5. Diodor. V, 49. De Harmoniae parentibus vid. Euſtath. ad Perieg. 391. Munker. ad Hygin. f. 6. §. 3. Peplum et monile erant *ἕδνα*, quibus Cadmus eam ſibi parauit: *Ἡφαιστότευκτον* vid. ſup. ad I, 4, 3. §. 4. *Monile* eſt, quo inf. c. 6, 2. Eriphylen, mox Alcmaeonis coniugem, corrumpi videbimus c. 7, 5. 6. cf. Weſſel. ad Diodor. IV, 65. l. 62. V, 49. Alii illud a Venere, alii a Minerua dono datum aiunt. §. 4. De *Ariſtaeo* nihil praeterea addi miror; niſi forte plura narrata fuere in iis quae periere. Fuit magnum eius nomen inter deos *νομίευς* et agreſtes, mellificii inprimis inuento. vid. Apollon. II, 508 ſq. Pindar. P. 9, 105 ſq. Diodor. IV, 81. Ceterum bonam eorum, quae hic ſequuntur, partem recitari video in veteris tabulae fragmento, quod vulgavit Montfauc. Supplem. T. IV. t. 58. deſcriptum ex apographo a Blanchinio accepto: erant duo fragmenta tabulae alicuius Iliacae, cuius modi eſt ea, quam Fabrettus edidit; in alterius aduerſa, eſt fragmentum fabularum Thebanarum hoc: *Κάδμος ἐξ Ἁρμονίας, θυγατρὸς Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης, γεννᾷ κόρας δ', Ἰνὼ, Ἀγαύην, Αὐτονόην, Σεμέλην, υἱὸν δὲ Πολύδωρον. Ἀρισταίου δὲ καὶ Αὐτονόης Ἀκταίων. Ἀθάμαντος δὲ καὶ Ἰνοῦς Λέαρχος καὶ Μελικέρτης. Ἐχείονος δὲ Σπάρτου καὶ Ἀγαύης γεννᾶται Πενθεύς. Ζεὺς Σεμέλῃ πλησιάσας, καὶ κεραυνώσας αὐτὴν, ἀνελόμενος τὸν Διόνυσον, καὶ ἐγράψας (ἐνράψας) εἰς τὸν μηρὸν, ὕστερον δίδωσι Ἰνῷ τρέφειν. Ἥρας Ἀργείας ἱέρεια Εὐρυ . . .* Repetitum hoc videbis in Maffei Muſeo Veronenſi p. 469. Agebant, puto, ea, quae inde periere, de Eurydice, Lacedaemonis filia, Acriſii vxore, Danaes matre: vid. ſup. II, 2, 1. §. 4. Po-

ſuerat illa Spartae templo Iunonis Arginae: Pauſan. III, 13. p. 239. cuius forte ſacerdos et ipſa fuit. Appoſui haec quomodo ea reſtituenda eſſe arbitror. Vidi poſt haec in fragmento marmoris in Muſeo Borgiano Velitris aſſeruato, ſimili opere, quo tabula Iliaca, cum paruis anaglyphis elaborato, quod Heeren noſter Romae 1786. vulgauit, eadem verba paucis mutatis: vt appareat, Apollodori libellum vulgari aliquando vſu tritum et pro fabularum fundo habitum eſſe.

ſ. 3. De *Semele* omnia vulgata vel ex Ovid. Met. III, 260 ſq. Luciano D. D. 9. Hygin. f. 179. Diodor. III, 63. IV, 2. Eudoc. p. 118. et iterum p. 373. Licebit ideo otio parcere. Vellem ad antiquiores auctores nos redire poſſe. Enimvero nullum eſt mythorum genus, in quo, quae antiquior facies et habitus fuerit, difficilius ſit ad expediendum quam fabulae Bacchicae, quae ex tam variis fontibus fluxere, inprimis ex barbaris religionibus et ex pluribus teletis. §. 3. ἑξαμηνιαῖον βρέφος. numerum menſium variant poetae: vid. Hemſterh. ad Luc. p. 228. T. I. ἐνέῤῥαψε τῷ μηρῷ, femori: quod Oriens forte extulerat, lumbis; ſolito more loquendi, e lumbis patris aliquem prodiiſſe. Nam vt dixi, multa ex Oriente Dionyſiacis ineſſe videntur. Singulare ſui generis opus extat, Patera Etruſca, quae nunc ipſum partum Bacchi exhibet, ex initiis, vt probabile ſit, petitum; vulgata ea iam a Dempſtero, exhibita et enarrata a Lanzio *Saggio della L. Etr.* Tom. II. p. 195. §. 5. πρὸς Ἰνὼ καὶ Μελικέρτην. vid. ſup. I, 9, 2. Obſſ. p. 56. erat illa matertera Bacchi. — τρέφειν ὡς κόρην. habet et Schol. Lycophr. 22. ex h. l. Ceterum fuit Aeſchyli *Semele; Ino* Sophoclis et Euripidis. §. 6. Λέαρχον ἀπέκτεινε. vid. ſup. I, 9, 2. et Obſſ. Ad ſeqq. conf. Schol. Lycophr. 229. μετὰ νεκροῦ. modo cum vino, modo cum puero exanimato deſiluiſſe

narratur: v. c. Eurip. Med. 1282. (1295.) cum Schol. Philostr. Imagg. II, 16. Praecipitauit autem se e petra *Moluride:* de qua vid. Hemsterh. ad Lucian. l. c. Tom. I. p. 307. erat ea Isthmi, in finibus Megaridis, pars petrae Geraniae. §. 8. *Isthmia* super *Melicerta* a *Sisypho* instituta: nota res. vid. Argum. Isthm. Pindar. Corsin. Diss. Agon. et vel Simson. 2645. Erat autem Sisyphus Athamantis frater, eoque Melicertae patruus: sup. I, 7, 3. §. 4. §. 9. An ab aliis in hoedum mutatus puer Bacchus tradatur, non memini. Ceterum *Nysam Asiae* hic memoratam habemus, satis late declaratam; nisi dicas Asiam proprie dictam in Lydiae finibus esse intelligendam. Ita e Tmolo Bacchae Thebas deductae sunt apud Eurip. in Bacchis. Νύσαν τῆς Ἀραβίας habent alii, ipse Diodor. III, 65. translatum quoque ad Osiridem lib. I, 15. vbi vid. Wessel. at IV, 2. μεταξὺ Φοινίκης καὶ Νείλου, ex Hymno Homerico in Bacchum; vt taceam Nysam Thraciae, ac Nysam Indiae, ab aliis memorari. Vulgata res est, plures in fabulis ferri montes vrbesque huius nominis, et referri modo ad hunc modo ad illum Bacchi res: vid. vel Stephan. Byz. h. v. Schol. Il. ζ, 133. sed Homerus de Nysa Thraciae agit. Scilicet cum poetis ad Orgia Bacchi diuersis in locis enarranda opus esset monte, in quo illa agerentur, Nysam vbique intulere. *Nymphae Nyseides* hinc passim occurrunt, etiam ap. Ovid. Met. III, 314. Eaedem Nymphae Dodonides appellatae a Pherecyde, non modo apud Hygin. P. A. II, 21. quem Hemsterh. adhibet testem ad Lucian. p. 312. sed inpr. ap. Schol. Iliad, σ, 486. Φερεκύδης δὲ τὰς Ὑάδας Δωδωνίδας νύμφας φησὶν εἶναι, καὶ Διονύσου τροφούς. videtur ille relegasse fabulam in Epirum; forte quod ab aliis illae pro Iouis nutricibus habitae erant: conf. Schol. Il. σ, 485. Hygin. f. 182. cum Munkero qui et locum Etymol. M. memorat, ad f. 192.

Fastidiosa enim de his Bacchi nutricibus μυθευμάτων copia suppetit. add. Valkenar. ad Ammon. p. 208. Fuit quoque drama Aeschyli: Διονύσου τροφοί.

f. 4. De *Actaeonis* fato ex Ovid. Met. III, 139 sq. omnia sunt nota; add. Hygin. f. 180. 181. et ibi Not. ex veteribus inpr. Eurip. Bacch. 335 sqq. Callim. L. P. 108 sq. Nonnus ad fastidium vsque fabulam persequutus est Dionys. V, 287 sq. παρὰ Χείρωνι. Apud poetas nullus fere est ex heroibus insignioribus, qui non ex Chironis disciplina et institutione prodierit: ita Iason apud Pindar. Achilles inf. III, 16, 6. cf. Xenophon. de Venat. pr. §. 2. ὡς μὲν οὖν Ἀκουσίλαος. hoc idem ex Stesichoro Pausan. IX, 2. memorat; alias caussas Diodor. IV, 81. inter quas ea, quod Dianae se venatione antetulerat, etiam in Eurip. Bacch. 339. legitur. Vulgarem narrationem Callimachus exposuit. §. 4. Vnde hoc de simulacro Actaeonis canibus proposito, vt herum adhuc superstitem esse sibi persuaderent, Apollodorus petierit, non reperio.

In sq. §. 5. 6. τὰ ὀνόματα Ἀκταίονος κυνῶν sq. erunt qui vereantur, ne mihi nimium in his arrogauerim. Eieci totum locum, tanquam male ex variis in marginem adscriptis consertum. Solet sane noster auctor nomina obscura satis cumulare, vt in Danai et Aegypti progenie, tum in Thespiadibus et Thespiadis factum: nec tamen metrice ea adscribit. Tum autem ex pluribus poetarum locis hi versus consarcinati sunt, peius etiam a librario habiti; sunt enim omnia in iis corruptissima: quibus adhaerescere si vellem, otii male collocati reus iure agerer. Etiam in Hygino f. 181. canum nomina enumerantur, multo magis corrupta; diuersa fere ab Ovidio. Fuere etiam ab Aeschylo tradita (in Pentheo forte, vel in Lycurgo) sed pauca, vt primitus pleraque, et tantum quatuor numero, apud Polluc. V, 47. Locum

exſcripſit Eudoc. p. 96. Alia et vſu frequentata canum nomina diſces e Xenophonte de Venat. 7, 2.

Cap. 5.

De *Dionyſo.* Nulla facile fabularum pars tam miris modis turbata eſt quam Dionyſi: tam multa in vnum nomen fuere cumulata: quo non animaduerſo, plerique ad vnam originem, modo hanc modo illam, omnes Bacchicas narrationes et religiones referre voluere. Peccauit iam in hoc Herodotus, qui cum nonnulla videret Aegyptiis ritibus haud diſſimilia, Melampodem ab iis Baccho religiones didiciſſe crederet, lib. II, 49. etſi ipſe mox eas per Phoenices, ſcilicet ab Aegyptiis acceptas, a Cadmo in Graeciam perlatas profiteretur. Primam notionem fuiſſe ſymbolicam et ex Oriente profectam, nemo dubitet; ſatis quoque conſtat naturam eiusque vim generandi ab initio fuiſſe declaratam notione in perſonam ſeu deum conuerſa; ſucceſſit vitae, hominum rerumque cultu emendatae, notio, adhaeſitque ea inprimis vino, cum multis in locis a vitium cultura melioris vitae initia proceſſiſſent, quae aliis in terris frugum cura attulerat; itaque vtrique numini, et Cereris et Bacchi, humanitatis cultus aſſignari coepit, cum eundem a ſoli agrique cultu profectum eſſe conſtaret. In feſtis Bacchicis, quae in teletas et arcana ſacra abierant, hic a ſilveſtri feraque vita ad mitiorem melioremque vitam tranſitus ſymbolice adumbrari coepit; mox, rerum notionibus obſcuratis, vani ritus ceſſere in furores. Fuere haec ſacra non vnius generis, loci et temporis: omnia ſenſim inter ſe commixta; ita in vnam fabulam tranſiere diuerſiſſimae res a Phoenicibus, Aegyptiis, Thracibus, ex theogeniis, orgiis, et teletis Orphicis, petitae; nam et in his fabulae antiquitus a ceteris recedentes fuere. Omnia

tandem congesta in Bacchum Thebanum, qui proprie inter heroes erat; quibus de caussis, quibusue modis id factum sit, non satis constat; nisi forte orgia Thebana trieterica, quae aliquando summam celebritatem habuerunt, locum rei praebuere. Substitit Dionysi notio, modo in hilaritate ex vino, modo in mollitie ex festis epulisque; et hinc natus est Dionysus intonsus, formosus, et reliqua. Alia addidere Dionysia Athenis celebrata, et actae in iis fabulae tragicae cum choris; ita tandem in Apollinis et Musarum consortium receptus est Dionysus. Haec forte sunt, quae de toto hoc genere probabiliter dici possunt. Apud nostrum fabulae Bacchi Thebani, admixtis haud paucis aliis, exponuntur. Sunt eadem fere apud Schol. Il. ζ, 130. vbi sub fin. praeter Cyclicos Eumelus ὁ τὴν Εὐρωπίαν πεποιηκὼς laudatur. Multas accessiones et varietates mythi hi accepisse videntur per choros et per Dithyrambos; alias ex dramatibus satyricis et tragicis: e quibus nonnulla sunt ap. Hygin. f. 129-134. In historicas narrationes versae fuere ab iis quos Diodor. III, 62 sqq. male sequitur; add. Syncell. p. 129 extr. et sqq. Bene de litteris his mereret, magnamque gratiam iniret, qui ex Nonni Dionysiacis saniora, omissis hominis ineptiis, colligeret et in vnum corpus colligeret.

f. 1. Baccho furor a Iunone immissus; vnde Eurip. Cyclop. pr. πρῶτον μὲν, ἡνίκ᾽ ἐμμανὴς Ἥρας ὕπο, Νύμφας ὀρείας ἐκλιπὼν ᾤχου τροφούς. Iunonis odium in Bacchum ex theogoniis ductum videtur, in quibus illa symbolicam notionem declarabat. §. 2. *Proteus*, cum semel is ab Homero in Aegypto fuisset collocatus, a poetis adoptatus videtur, quoties Aegypti rex erat aduocandus: ita in fabula Helenae apud Euripidem: idque eo magis, quod idem nomen in regum recensum intulerant Graeci; Herodot. II, 112. §. 3. Ad haec de accessu ad Cybelen

v. inpr. chorum in Eurip. Bacch. 64 ſqq. (vbi v. 73 ſqq. ὦ μάκαρ duo membra habent: priora: βακχεύων et τάτε — θεμιστεύων ad Cybeles teletas ſpectant; ſequentia ad Bacchi, nec in vnum ſunt miſcenda). Ibidem Bacchus cum Bacchis per Lydiam vagatus adiit Thraciam et Boeotiam. Petendum hoc a ſacris vtriusque ſeu confuſis ſeu propter ritus et furores inter ſe cognatis. Traditum quoque fuit, a Rhea Bacchum nutritum: ap. Steph. Byz. in Μάσταυρα. Lucem affundes hinc ei, quod in pompa Alexandrina ap. Athenaeum V. p. 201. C. Bacchus exhibitus ad aram Rheae confugiens; ſcilicet inſectante Iunone. De hac profectione in Indiam variae fabulae olim fuere; extitere quoque Dionyſii alicuius Βασσαρικὰ, e quibus forte a Nonno mutuata in Dionyſiacis ſuperſunt. Partem forte fabularum ſuppeditarunt ſimiles fabulae per Aſiam propagatae; latius autem nomen Indiae in mythicis regnat et de Aſia omni remotiore. Exornata res inde ab Alexandri expeditione ad Indum; qua de re v. vel Strabon. XV., p. 1037 ſqq. Columnas quoque et alia Bacchi monumenta narrarunt. §. 4. De *Lycurgo* memorauit iam Homer. Il. ζ, 130 ſqq. ſed ibi ille excaecatur. Alii variis modis extulere et ornauere: v. Schol. ad e. l. vbi Eumeli Εὐρωπία laudatur, Intpp. ad Hygin. f. 132. et Meziriac. T. I. p. 163 ſq. tum Intpp. Propert. III, 15, 23. Mitſcherl. ad Horat. II, 19, 16. Fuit Aeſchyli fabula Lycurgus. In Schol. Homer. eſt μύωπι ἀπελαύνει τῆς γῆς. in Homero ipſo βουπλῆγι. fuga Bacchi ad Thetidem iam ab Homero l. c. memorata: dedit huic pro munere aureum vaſculum, quo poſtea Achillis oſſa ſunt condita: vid. Od. ω, 74. cf. Schol. Lycophr. 273. §. 6. Δρύαντα τὸν παῖδα, ergo aui nomen habuit; alibi non memini occurrere. §. 7. Lycurgi mors diuerſis modis narrata. Proxime ad noſtrum Hygin. f. 132. vbi eum Liber pantheris obiecit.

Apud Sophocl. Antig. 968 ſq. antro incluſus interiit, cf. ibi Schol.

ſ. 2. *Penthei fatum*, notum et hoc ſatis ex Ovid. Metamorph. vid. ad Hygin. f. 184. Sed adeundae ſunt Euripidis Bacchae. Fuit quoque Aeſchyli Pentheus. §. 3. αἱ δὲ ἐν τοῖς ὄρεσιν, vna cum Proeti filiabus; narrata res ſup. II, 2, 2. §. 2. v. Obſſ. p. 110.

ſ. 3. *Bacchus praedones in delphines mutat.* Satis nota et haec ex Ovid. Met. III, 582 ſq. Hygin. f. 134. Tu vero adi Hymnum Homer. in Bacchum. Supereſt praeclarum Anaglyphum Athenis in Zoophoro monumenti choragici Lyſicratis (*Stuart Antiquities of Athens* c. 4. *Le Roi Ruines de la Grece* t. 10. 34). Etiam hos praedones in Bacchum immiſerat, vt eum in longinquas terras auectum venderent. Eurip. Cycl. 11. §. 1. εἰς Νάξον tum Diam dictam: Nota res vel ex Odyſſ. λ, 324. et Schol. Intpp. Ovid. Met. III, 597. 690. Koppiers Obſſ. p. 104. Τυῤῥηνῶν non de Etruſcis cogitandum, vt multi faciunt etiam ex veteribus; ſed ſunt Tyrrheni ex Pelasgis. (Egi de his in Comment. de Caſtoris Epochis, Nov. Comment. Soc. Gott. T. I. p. 80 ſq. III. p. 38.) εἰς Ἀσίαν int. Aſiam proprie dictam, Lydiae partem, vnde et hos Tyrrhenos veniſſe alii poetae aſſerunt. cf. ad Ovid. l. c. Met. III, 576. §. 3. Quod matrem *Thyonen* in caelum ex inferis ducit Bacchus, narratum quoque apud Diodor. IV, 25. extr. et III, 62. vtroque loco cf. Weſſel. cf. Epigram. Cyzic. 1. Eo alludit Horat. II, 19, 29. *Te vidit inſons Cerberus* vbi vid. Mitſcherlich. Troezenii monſtrabant locum, vbi ex inferis prodierat: Pauſan. II, 31. pr. et Argiui ibid. II, 37. extr. Κάθοδον Bacchi nuper docte illuſtrauit Böttiger.

ſ. 4. Seceſſus *Cadmi* in *Illyricum*, vbi cum Harmonia in ſerpentem mutatur: notus vel ex Ovid. Met. IV, 563 ſq.

at v. Apollon. IV, 517 sq. add. Strabon. I. p. 78. et versus Callimachi ibi laudatos (in fragm. Callimach. CIV.) Perieget. 390 sq. et ibi Eustath. add. Bacchas Eurip. sub f. v. 1320 sq. qui locus vtinam integer esset. Indictus ibi discessus in Illyricum in poenam contemtus sui a Baccho. Ab Amphione et Zetho eiectus fertur apud Syncell. p. 157. Famam veterem fuisse necesse est, qua acceptum erat, Cadmum in Illyricum profectum inter Encheleas consedisse: cf. Strabon. VII. p. 503. A. (326.) vbi posteri Cadmi iis regnasse narrantur. vnde et h. l. filius Illyrius ei nascitur. Male codd. Ἀγχέλεας. Curru anguibus iuncto in Elysium abducti sunt ap. Schol. Pindari P. 3, 153. Fuere et de eius sepulcro fabulae: v. c. e Dionysio apud Tzetz. Chil. IV, 395 sqq.

§. 5. Paullo obscurior narratio, quae sequitur, de *Polydoro* et *Labdaco*, eius filio; *Nycteo* et eius fratre *Lyco*: cf. Pausan. IX, 5. p. 720. et lib. II, 6. p. 124. *Chthonius* vnus ex Spartis sup. III, 4, 1. §. 7. ex eo natus *Nycteus* cum *Lyco*. Diuersos auctores sequutus inf. III, 10, 1. §. 4. Hyriei et Cloniae progeniem eos edit, vnde Palmerius suspicabatur fuisse hoc quoque loco Νυκτέως, τοῦ Κλονίας, θυγατέρα. etsi hoc vix admittam, tamen τοῦ Χθονίου non tam ad reconditam fabulam, quam ad indocti librarii alieno loco ex margine hoc adsciscentis oscitantiam referendum esse arbitror. Potuit χθόνιος generali notione ab aliquo appositum esse: nam Sparti omnino χθόνιοι. ita Ἐχίων ὁ χθόνιος apud Eurip. Bacch. 541. et paullo ante τὸ χθόνιον γένος. οὗτος ἀπώλετο μετὰ Πενθέα. esset, *post Pentheum*. Deficit nos historica fides melior. Alioqui desiderabam σὺν Πενθεῖ. μετὰ Πενθέως. nam et ipse Labdacus Bacchi orgia haud probauerat. κατὰ Πενθέα otiosum esset. §. 2. Lycus regnum Thebarum arripit Labdaco mortuo et Laio puero annuo relicto. Apud Pausan. l. c.

p. 720. Nycteus tutelam Laii fufcipit. Si ea, quae fequuntur, fatis affequor, res ita fe habuit: Par illud fratrum, Nycteus et Lycus, Thebas venit; Penthei beneficio ciuitate donatur. Lycus autem polemarchus conftitutus regnum occupat, Laio pofthabito, qui, ab Amphione et Zetho Thebis cedere coactus, in Peloponnefo apud Pelopem exulat. Narrata et difpofita haec fuere pluribus modis in tragoediis: apertum enim eft, in feqq. tragoediarum fere argumenta apponi. §. 3. *ἀμφότεροι δὲ* fc. Nycteus et Lycus. *ἀπὸ Εὐβοίας, ἐπεὶ Φλεγύαν ἀπέκτεινα ν.* Atqui hic eft notus Orchomeni rex, qui in ipfa Boeotia vixit, non in Euboea. Phlegyas condidit vrbem Phlegyam, et auctor fuit Phlegyarum, qui mox praedationibus finitimorum, tandemque templi Delphici, infamiam nominis fui contraxere. vid. Paufan. IX, 36. Inter eos, quos depraedati funt, fuere etiam Thebani; itaque Thebas aduerfus eos muniiffe muro narratur Amphion; vid. quae ex Pherecyde repetunt Schol. Il. ν, 302. Od. λ, 263. Schol. Apollon. I, 735. (ex quo Eudoc. p. 19. in qua et repetitum *βασιλεύοντι Κάδμῳ*, male interpofitum ab interpolatore, abfunt quoque verba a Mf. bibl. Reg. Parif. etfi et in hoc locus truncatus eft). Non dubito verba *ἀπὸ Εὐβοίας* effe tollenda, tanquam aliena manu illata. *Συρίαν κατῴκουν* legebatur; peffima deprauatio pro *Ὑρίαν*, quod animaduerfum quoque Mitfcherlichio noftro, Epift. p. 30. fuit enim Hyria oppidum Boeotiae haud longe ab Aulide, iam Homero memoratum Il. β, 496. vbi vid. Schol. et Strabo IX. p. 620 A. vixit ibi Hyrieus, quem inf. c. 10, 1. nofter edidit ex alio auctore patrem Nyctei et Lyci, et in eadem Hyria nata et educata erat Antiope quod ex Hefiodeo verfu docebat Ruhnken. Ep. crit. p. 109. Excidiffe tamen vel fic videntur aliquot verba poft *Ὑρίαν κατῴκουν, καὶ ἐκεῖθεν ἐλθόντες εἰς Θήβας, διὰ τὴν πρὸς Πεν-*

θέα οἰκειότητα ἐγεγόνεισαν πολῖται. nam rerum ordo hic esse videtur: fratres hi duo, caede facta Phlegyae, exulatum abierant Hyriam, inde Thebas profecti inter ciues fuerant recepti. *Χρύσης.* fuit ea Chryse Halmi filia, Eteoclis neptis, qui Orchomeni rex fuit: Pausan. IX, 36. pr. p. 782. At pro *Χρύσης* omnes codd. nostri *Δωτίδος* exhibent: itaque valde probabile fit, Aegium callide alteram lectionem substituisse e Pausania. Dotiam Elati filiam memorat Steph. Byz. in *Δώτιον.* Dotion erat in Thessaliae Pelasgiotide, haud longe a Boebe (v. Spanh. ad Callimach. in Cer. 25. et ibi laudd.) vrbs Elati, e quo Ischys natus, quem Coronis amauit; secundum alios ea Aesculapium in eadem vrbe edidit: v. ap. Schol. Pindar. P. 3, 14. De ista Coronide versus Hesiodi *ἢ οἵη Διδύμους - Δωτίῳ ἐν πεδίῳ* illustratos vide inf. ad III, 10, 36. Etiam de Dotio versus est Antimachi, illustratus a Schellenberg. in Fragmentis p. 80. *φεύγοντας γαίης ἔκτοθι Δωτιάδος.* Ex Dotio quoque profugerat Triopas sacro Cereris luco exciso. Diodor. V, 61. et Callimach. l. c. *ἔτι Δώτιον ἱρὸν ἔναιον.* Ipse quoque Phlegyas a nonnullis in Thessalia fuit collocatus: inf. III, 10, 3. §. 6. etsi is diuersus ab altero nostro Orchomenio est habendus. Cum magna sit narrationis varietas in hoc fabularum genere, potuit etiam Dotis aliqua esse, at h. l. iuncta sunt in libris *τὸν Ἄρεος καὶ Δωτίδος τῆς Βοιωτίδος*; an vt distinguatur ab altera, quae non Boeotia erat? forte corrupta vox est ex *Βοιβηΐδος*, a Boebe palude, ad quam Dotion situm erat; suspicor equidem alteram vocem ex altera per corruptelam esse natam, et fuisse tantum *τὸν Ἄρεος καὶ Δωτίδος.* Forte haec ipsa Phlegyae caedes fuit inter caussas odiorum et irae Phlegyarum in Thebanos. *διὰ τὴν πρὸς Πενθέα οἰκειότητα.* nam Nyctei filia in matrimonio habebatur a Polydoro, Penthei auunculo.

§. 5. *Antiope.* Magna inprimis in hac narratione diuersitas, quia a tragicis poetis frequentata est. Nobilis in his Euripidis Antiope, cuius fragmenta praeclare illustrata a Valkenario vide in Diatribe c. 7. 8. Alio modo, respectu operum artis antiquae, inprimis Farnesiani Tauri, illustratam dedimus fabulam (*Antiquar. Auffsätze* II. St. p. 182-274). Loca classica sunt Pausan. II, 6, 26. IX, 5, 17 extr. Schol. Apollon. IV, 1090. Hygin. f. 7. 8. Sed primo loco Homerus Antiopen memorauit Odyss. λ, 260. vbi Asopi filia est, Zethi et Amphionis mater ex Ioue; quem sequitur Apollon. I, 735. Ἀντιόπης Ἀσωπίδος υἱέε δοιώ, idem tamen poeta IV, 1090. οἷα μὲν Ἀντιόπην εὐώπιδα μήσατο Νυκτεύς (sc. τοκεύς), Nycteum Antiopes patrem edit: quod et Schol. ad vtrumque locum obseruant. Etiam loco nostro est Nyctei f. Mater Polyxo inf. memoratur c. 10, 1. §. 4. Occurrit autem hoc frequentius in heroicis temporibus, vt Iupiter in nomen patris succedat. ταύτῃ Ζεὺς συνῆλθε. Scilicet Satyri specie eam oppressit. Est quoque inter Epigrammata Cyzicena septimum in Antiopen. §. 7. De Epopei caede fuit quoque locus in carmine Cyprio, vt disco ex Procli fragm. (*Bibliothek der alten Litt.* T. I. p. 29.) §. 12. *Raptus Chrysippi* a Laio a multis celebratus fuit; nec modo Euripidis Chrysippus, de quo vid. Valken. Diatr. 3. p. 23. verum et in Oedipi fabulis eius rei facta esse debuit mentio: cf. Schol. Arg. S. ad T. Aeschyli. Inter tragoedias Aeschyli Laius quoque laudatur. Malignitatis Atticae in Thebanos suspicionem ex his mouet *Böttiger* in *Att. Museum* I. B. II. Heft p. 347. Meminere Chrysippi praeter Athen. XIII. p 602. F. Valkenario iam memoratum, et Aelian. V. H. XIII, 5. Schol. Eurip. Phoen. 66. 1748. et al. Schol. Il. β, 105. ex Hellanico Hygin. f. 85. vbi vid. Intpp. Pausan. VI, 20. p. 502. Si, quae de Chrysippi caede commemorantur,

enarrare vellem, longa foret nectenda fabula: cf. Plutarchi Parall. p. 313. E, Ab Atreo occisus est, qui propterea exulat, apud Thucyd. I, 9. vbi vid. Schol. Ab Alcathoo caesus traditur Chrysippus in Schol. Apollon. I, 517. A me memorantur haec vno hoc consilio, vt appareat, quanta fabularum varietas in scena nata sit ex diuersa tractatione eiusdem fabulae. Pelopis filios vid. apud Schol. Eurip. Or. 5. filias Nicippen et Lysidicen supra vidimus II, 4, 5.

§. 6. De *Niobe* cui non Ovidius lectus Met. VI, 146 sq.! Locus class. est et suauissima narratio in Il. ω, 602 sq. vbi vid. Schol. ex Euphorione, et nunc Obss. Etiam haec fabula a pertenuibus initiis ducta; cum Niobe, partu felix, liberis acuta febri amissis grauissimum dolorem esset experta; ita vt in saxi morem obriguisse stupore animi dicta esset; nunc dixere eam λίθον γεγενῆσθαι ἐπὶ τῇ τῶν παίδων ἀπωλείᾳ; variis modis aucta res est et ornata inprimis per tragicos; nam fuit Niobe Aeschyli, alia Sophoclis, de Euripidis Niobe iure dubitatur a Valkenario Diatr. p. 13. Aliorum loca qui cognoscere et comparare inter se voluerit, adeat Intpp. Hygin. f. 9. 10. 11. Palaeph. 9. Burm. ad Ovid. l. c. v. 146. Conuenit fere cum Apollodoro Diodor. IV, 74. Tzetza Chil. IV, 141. v. 416 sqq. VII, f. 137. Schol. Sophocl. Electr. 150. Nobilitatem fecit fabulae signum Niobes cum liberis, quod inter primaria artis antiquae opera, olim Romae in hortis Mediceis, nunc Florentiae seruatur: eius descriptionem et illustrationem habemus a doctissimo Praesule *Angelo Fabroni*. Praeter tragicorum argumento inseruientium licentiam, fabulae interpolationem auxit Niobe Argiua II, 1, 1, §. 5. tum confusio Amphionis Thebani cum altero Iasi f. Orchomeni rege, cuius filia Chloris erat, (sec. Homer. Odyss. λ, 281-4. cf. Obss. sup. p. 61. ad I, 9, 9. et ibi loc. Pausa-

nias cum Schol. Homer. qui Pherecydem laudat, sed turbas facit in hoc, quod Neleum Pyliis et Orchomeniis regnasse prodit, male accepto Homero, qui Orchomeniis Amphionem, Neleum Pyliis imperasse tradit) illam Chloridem a posterioris aeui poetis inter Niobes et Amphionis liberos adnumeratam paullo post videbimus. Tertio loco turbatum est in fabula, quod Zethi vxor Aedon, Pandarei filia, Niobes fecunditati inuidens, cum eius filium iugulare vellet, Itylum e se natum interfecit, mutata propter hoc in lusciniam: quod Homer. attigit Od. τ, 518. et latius persequutus erat Pherecydes, quem exscripsit ad e. l. Schol. Tandem penitus diuersa e Xanthi Lydiacis, Neantho et Simmia Rhodio, propinat Parthen. c. 33. §. 1. Θήβην. Theben a Zetho ductam narrat noster. Vulgo Thebe, Aeginae soror, inter filias Asopi est, Nympha, a qua Thebarum nomen ducitur; vt apud Pindar. et Pausan. II, 5. p. 122. *Niobe* erat Tantali f. cf. Schol. Eurip. Or. 5. et Pelopis soror, cum quo eam in Peloponnesum venisse necesse est. In numero et nominibus liberorum discrepantia auctorum iam ab aliis est obseruata: vid. Schol. Eurip. Phoen. 162. ex Pherecyde et Hellanico, Eustath. ad Il. ω. p. 1367. quem exscripsit Eudocia p. 306. 7. Hygin. f. 11. et 69 extr. ex nostro Tzetza Chil. IV, 420 sq. cf. Aelian. XII, 36. et Gell. XX, 7. vbi recte ille: *mira et prope adeo ridicula diuersitas fabulae super numero Niobae filiorum.* Secundum eum, qui portas Thebarum a filiabus Niobes appellatas dixerat apud Hyginum, Homolois vna esse debuit, quam Schol. Lycophr. 520. memorat. Quem auctorem sequatur Apollodorus, nondum mihi liquet. Numerum septenarium Euripides habet Phoen. 160. et ibi Schol. e Cresphonte. *Chloridem* paullo post ipse commemorat, iam sup. I, 9, 9. laudatam: duxerat eam Neleus: Philomachen Pelias

I, 9, 10. §. 2. Heſiodus XX. liberos Niobes edit; ſecundum Aelianum l. c. XIX, ſcilicet quae periere, vna Chloride ſeruata. §. 4. Pueros in Cithaerone caeſos, tradiderat quoque Euphorion apud Schol. Il. ω, 602. l. c. Sicque opus Farneſianum petram pro baſi habet. Quod apud Hygin. f. 9. eſt: *Ob id Apollo filios eius in ſilua venantes ſagittis interfecit in monte Sipylo*, non varietas narrationis eſt, ſed corruptela a ſtupore monachi profecta; forte pro *in monte Cithaerone*, niſi translatum e ſqq. At in campo extra portas Thebanas Ovidius VI, 218. pueros ſagittis transfigi narrat. Sepulcra liberorum cum rogo oſtendebantur Thebis Pauſan. IX, 16. extr. 17. conf. Statius Theb. III, 191 ſqq. VI, 125. vbi Intpp. §. 5. *Αμφίων*. nomen parentis etiam vni filiorum inditum eſſe potuit ab aliquo poeta. Apud Pauſan. V, 16. p. 417. ſaltem Elidenſium eſt narratio, ſeruatam eſſe Chloridem, *καὶ σὺν αὐτῇ καὶ ἕνα περιγενέσθαι φασὶ τῶν ἀῤῥένων*. Chloris minima natu vulgo habetur, comparato Ovidio et Hygino, quem vid. f. 10. Chloris Nelei coniux eſt apud Homer. l. c. etiam Amphionis filia; at Amphion Iaſi filius: Odyſſ. λ, 282. quod iam notaui paullo ante ad ſ. 6. pr. et ſup. p. 61. Obſſ. hactenus diſceſſerat poetarum poſteriorum ratio ab Homero, qui omnes liberos occubuiſſe tradiderat. *Ipſe Zethus et Amphion caeſi:* tradente Apollodoro. Aliter hoc traditum ab aliis: Amphion, cum templum Apollinis expugnare vellet, ab Apolline ſagittis eſt confixus: Hygin. f. 9. et vid. ib. Munker. Apud Lucian. de Saltat. 41. eſt *μανία τοῦ τειχοποιοῦ*, adeoque prae dolore ad inſaniam fuit adactus. Secundum Timagoram in Thebaicis caeſus fuit a Spartis: Schol. Eurip. l. c. Phoen. 162. Vulgari narratione *ferro per pectus adacto* vitam et dolorem finiit Ovid. Met. VI, 271. §. 6. De ipſo hoc ſaxo, humanam forte aliquando ſpeciem refe-

rente et rorem exſudante vid. Sophocl. Antig. 835 ſq. cf. Pauſan. I, 21. qui ipſe locum recognouit. Callimach. in Apollin. 22 ſq. ad quos vid. laudata a Ruhnk. in Ep. crit. p. 131. Quint. Smyrn. I, 291 ſq. Caſaub. ad Athen. p. 569. Epitaphium, quod ferunt Grammatici, v. c. ad Sophocl. Elect. 151., etiam verſum latine ab Auſon. Epitaph. 27., non magnum acumen habet.

ſ. 7. *Laius*, *Iocaſta*, *Oedipus*, nomina in ſcena Graecorum celebratiſſima: et placuit Fortunae, ſeruare huius argumenti potiores tragoedias, Sophoclis Oedipodem vtrumque: periere aliae: Aeſchyli Oedipus, cuius et Sphinx et Laius laudatur; Euripidis Oedipus. Nec minus frequens illorum nominum mentio in aliis tragoediis et carminibus, quae res Thebanas attingunt, vt in Phoeniſſis Euripidis et al. Non itaque mirum, multa diuerſimode tradi. vid. Hygin. f. 66. 67. et ibi laudd. Argum. S. ad Th. Aeſchyli. paſſim Eurip. in Phoen. et ibi Schol. Diodor. V, 64. Liceret de ſingulis his mythis per tragicos in ſcenam inductis ampliſſimas commentationes pertexere; verum id iuuenilibus ingeniis pro exercitatione cum fructu aliquo proponi poſſet, non autem conſilio noſtro conuenit, cum tantum praecipuos doctiorum fabularum fontes monſtrare nobis ſit propoſitum. Noſtrum exſcripſit Zenob. II, 68. conuenit fere Schol. Od. λ, 270. ex Androtione. Repetiit locum et inſeruit Argonauticis ſuis Thebanis Neander Lipſ. 1588. Antiquiſſima fabulae facies eſt ap. Homer. Od. λ, 270 ſqq. eademque ſimpliciſſima: nam patrem ignarus interfecit Oedipus; filio ignara nubit Epicaſte; re mox comperta ipſa prae dolore ſuſpendio vitam finit, ipſe Thebis regnat, multis malis ex maternis diris agitatus. Nihil Homerus de Oedipi exilio, caecitate, de liberis, meminit: quae ſeriorum poetarum, inprimis tragicorum, ingeniis debentur. §. 1. Amphion et Ze-

thus liberis orbi vita excesserant; itaque Laius successit: Pausan. IX, 5. p. 721. Phlegyae, aduersus quos (vid. sup. p. 235), vrbs muris munita fuerat, iterum Thebas sunt adorti Eurymachi ductu, et vrbem captam solo aequarunt: quae ex Pherecydis lib. X. narrantur apud Schol. Il. ν, 302. et Odyss. λ, 263. Eustath. p. 1682. l. 51. *Iocasta* sane Menoecei f. Creontis soror in Eurip. Phoen. 10. 11. Creontis filiam alii edunt, vt Diodor. l. c. *Epicasten* Homerus vulgauit, noto loco, Odyss. λ, 270. §. 3. Περίβοιαν. Sophocli est Merope Oedip. Tyr. 794. vbi Schol. Munker. ad Hygin. f. 66. — §. 5. *κατά τινα στενὴν ὁδόν*: est haec famosa ilia *σχιστή*, de qua vid. Pausan. X, 5. Eurip. Phoen. 38. et ibi Valkenar. *τριπλῆ κέλευθος* est ap. Sophocl. l. c. 819 sq. *καὶ κελεύσαντος ἐκχωρεῖν* etc. aspera oratio. Apud Zenob. est: *κελεύοντος δὲ τοῦ κήρυκος, ποιμανοῖς ἐκποδὼν μεθίστασθαι*, adoptatum ex Eurip. Phoen. 40. *καὶ παρεγένετο εἰς Θήβας*. non continuo; alioqui ex templo parricidium patuisset; sed primo Corinthum ad Polybum: Schol. ad Eurip. Phoen. 24. vbi versum Antimachi illustratum dedit Schellenberg. in Fragm. p. 81.

[. 8. De *Damasistrato* eadem Pausan. X, 5. In ceteris, quae satis nota sunt, non morabor. §. 3. Sub Creonte Erginus, Minyarum rex, Thebas oppugnasse putandus, de quo sup. II, 4, 11. *Iuno* immisit Sphingem: sic Pisander tradiderat apud Schol. Phoen. 1748. ergo ira in Herculem suscepta in Thebanos versa perdurauit. At Lycus a Baccho immissam: Schol. Hesiod. p. 261. *Λύκος δὲ ἐν τῷ περὶ Θηβαίων* (f. *Θηβαϊκῶν*. idem liber *περὶ Θηβῶν* est apud Schol. Lycophr. 1206.) *αὐτὴν ὑπὸ Διονύσου πεμφθῆναί φησιν*. Fabula quoque fuit Aeschyli Σφὶγξ inscripta. Sphingis mater Echidna, recte, non Chimaera, vt ex praua interpunctione apud Hesiod. Θ, 326. tradunt Grammatici. *βάσιν* iterum pro *πόδας*, vt I, 6, 1. §. 4. *A Musis*

edocta Sphinx aenigma, ſeu propter ſubtilitatem inuenti, ſeu quod carmine conceptum; dictum alias quoque *χρησμός*. cf. Not. Valkenarii ad Eurip. Phoen. 50. Idem tamen Eurip. illud v. 814. *ἀμουσοτάτας ᾠδὰς* appellat. Ductum *τὸ Φίκιον ὄρος* ab antiquo nomine *Φὶξ*, *φικὸς*, Thebanis frequentato, et ſerius ſeu caſu ſeu ingenii luſu in alterum mutato, cum Phix, monſtrum, montem infeſtans, loca incolere credita eſſet. Heſiod. l. c. v. 326. *Φῖκ' ὀλοὴν*, non *Σφίγγ'*. Idem mons *τὸ Σφίγγιον ὄρος* apud Palaeph. 7. vbi Intpp. et Valken. ad Phoen. 913. Apud Lycophr. extr. eſt *Σφίκειον τέρας* male, puto, editum. Aenigma ipſum proſtat apud Schol. Lycophr. 7. Schol. Eurip. Phoen. 50. et in Argum. extr. vbi vid. Valken. Variis modis inflexum illud paſſim, v. c. apud Schol. Odyſſ. λ, 270. Diodor. l. c. §. 6. *Haemonem* nunc pereuntem ex Piſandro habet noſter; v. Schol. Phoen. 1748. Ab aliis, tragicis vtique, in alia ille tempora ſeruatus. vid. Sophoclis Antigonen. §. 8. De liberis Oedipodis vid. Pauſan. IX, 5. p. 721. Eurip. Phoen. 55 ſqq. Schol. Phoen. 1748 et 53. Contra alii ediderant, Iocaſtae vita defunctae Oedipodem induxiſſe Aſtymeduſam, quae priuignos calumniata eſt: Schol. Il. δ, 376.

§. 9. De ſeqq. videndus vterque Sophoclis Oedipus. Contra in Phoeniſſis et Oedipus et Iocaſta ſuperſtites liberis ſunt. Iocaſta enſe corpus transadigit. cf. Schützii Exc. I. ad Aeſchyli S. ad Theb. de fabulae Oedipodiae varietate, et inf. ad c. 7, 1. *φανέντων*. quod Homero eſt Od. λ, 272. *ἄφαρ δ' ἀνάπυστα θεοὶ θέσαν ἀνθρώποισι*, quae male accepit Pauſan. IX, 5. p. 721. de fama abolita. *ἀρὰς τοῖς παισὶ θέμενος*. *Dirae* hae *Oedipi* multis poetis argumentum fuere, variis modis tractatae, quod iam Gale ad h. l. monuit. vid. Aeſchyl. S. ad Th. 701. 5. 715. Phoeniſſ. 67. et ibi Valkenar. Sophocl. Oed. Col. 1440. et ibi Scholion,

quod verſus ex Thebaide apponit, qui conferendi ſunt cum aliis apud Athen. XI, 3. p. 465. F. quos Schellenberg in Fragmentis Antimachi appoſuit p. 78. Exarſerat ira patris, cum victimae parte ſibi deſtinata fraudatum ſe vidiſſet; ſeu, vt in Thebaide cyclica narratum, menſa et poculo, quod, nec aſſequor, qua de cauſſa, dedignabatur, appoſito: Euſtath. ad Od. λ, p. 1684, 8. Zenobius V, 43. ad h. l. reſpicit. At alii Oedipodem, appoſito a filiis femore victimae pro humero, contumeliam ſibi fieri putaſſe et filiis diras dixiſſe tradiderant, in his Θηβαΐς μικρὰ fuit apud Schol. Sophocl. l. c. ἐκβαλλόμενον αὐτὸν ϑ. Vat. De *Oedipo ad Colonum* Athenienſibus et Theſeo ſupplice facto vid. Sophocl. Oed. Colon. ſaltem Argum. ibidem ad v. 92. plura de ſepultura, de templo τῶν Σεμνῶν ϑεῶν vid. in ead. fab. Modum enim excederet libellus, ſi omnia diſerte exſcribere vellem. In verbis lenior eſſet iunctura: καὶ προσδεχϑεὶς ὑπὸ Θησέως, μετ' οὐ πολὺν χρόνον ἀπέϑανε.

Cap. 6.

ſ. 1. Sequentia ante oculos fuere Zenob. I, 30. Conſulendae Phoeniſſae et Aeſchyli S. ad Th. Vtinam extaret Antimachi Thebais! nunc contenti ſimus Thebaide Statiana. §. 2. τινὲς μὲν οὖν. Sic Argum. Aeſchyl. S. in Th. Auctor huius narrationis Hellanicus, alterius Pherecydes, vid. Schol. Eurip. Phoen. 71. Eſt etiam, tertia fama de duplici Polynicis fuga apud Pauſan. IX, 5. p. 722. §. 3. τόντε ὅρμον καὶ τὸν πέπλον. munus nuptiale Harmoniae datum ſup. c. 4, 2. cf. Schol. Phoeniſſ. 71. §. 4. *Adraſtus* ex nobiliſſimis inter heroes Argiuorum, cultus quoque pro heroe a Sicyoniis: vid. Herodot. V, 67 ſq. cf. Schol. Pindari N, 30. Adraſtus ὁ Ταλαοῦ, ſup. I, 9, 13. Sequentia expoſita in Thebaide Statii I, 408 ſqq. Eurip. Suppl. 133 ſqq. Phoen. 412 ſqq. breuiter a Diodor. IV, 65.

Zenobius; Τυδεῖ φεύγοντι ἐκ Καλυδῶνος, δι' ὃν εἰργάσατο φόνον. v. ſup. I, 8, 5, §. 3. — §. 5. μάντεώς τινος. vaticinium ipſum, e Mnaſea deſcriptum, eſt ap. Schol. Eurip. Phoen. 412, ſed et ipſe Euripides inſpiciendus. cf. Hygin. f. 69. ἐπὶ τῶν ἀσπίδων. alii exuuias humeris capitique iniectas narrant. §. 6. Δηΐπύλην, iam ſup. I, 9, 13. memoratam: cf. ad Hygin. l. c. κατάξειν. ſic et Eurip. Phoen. 430 ſqq. τοὺς ἀριστέας. enumeratos eos mox videbimus ſ. 3. Adierunt in his Tydeus et Polynices Mycenas ad petendam belli ſocietatem. Haec eſt legatio de qua accipiendus locus Il. δ, 376 ſqq.

ſ. 2. *Amphiarai* herois nomen inprimis clarum: interfuerat venationi Calydoniae, ſup. I, 8, 2. §. 4. p. 55. et Argonauticae expeditioni I, 9, 16. §. 8. p. 82. nunc bello ad Thebas geſto virtus et prudentia eius, inprimis vaticinandi peritia, celebratur. *Eriphyle*, Adraſti ſoror, Talai filia, ſup. I, 9, 13. p. 76. perfidia in maritum infamis, cum monili Cadmeo corrupta eſſet: cf. Pindar. Nem. 9, 37 ſqq. Erat his praecipua ſedes in Thebaide; verum fuere ea quoque in tragoedias inducta; memoratur Sophoclis Eriphyle, etiam Amphiaraus, Satyricum drama; etiam lyricum carmen Steſichori, Eriphyle. Hiſtorice res expoſita a Diodor. IV, 65. προειδώς, quod tam praeclare expoſitum apud Pindar. Nem. 9, 43. αἰσιχν οὐ κατ' ὀρνίχων ὁδὸν etc. §. 2. πρὸς Ἶφιν τὸν Ἀλέκτορος. Cur ab hoc potiſſimum conſilium petat, aliunde notum non eſt. Erat *Iphis* a Proeto oriundus, et quidem ab eius filio Megapenthe, (de quo ſup. II, 2, 2 extr. Argiuis regnante, II, 4, 4 extr.) ex hoc Megapenthe (a quo diuerſus alius Megapenthes, Pelopis nepos: vid. Odyſſ. δ, 10. et ibi Schol.) natus Anaxagoras, ex hoc Alector, Iphios pater, vid. Pauſan. II, 18. p. 150. vbi Iphis Sthenelo, Capanei f. regnum reliquiſſe narratur; erat tamen Iphidi filius Eteo-

clus (Pauſan. X, 10, p. 821 extr. vid. mox ad ſ. 8. extr.) et Euadne, Capanei coniux (inf. c. 7, 1. extr.) εἰ λάβοι τὸν ὅρμον Ἐριφύλη. De hoc monili vid. ſup. ad III, 4, 3. §. 2. et iterum inf. ad III, 7, 7. §. 6. In f. καὶ ἐπὶ Θήβας στρατεύειν, adiectum, vt ex Amphiarai vatis praecepto bellum Epigonorum factum poſtea eſſe declararetur.

ſ. 3. *Septem ducum aduerſus Thebas* recenſus videndus eſt apud Eurip. Suppl. 860 ſqq. Phoen. 120 ſqq. Aeſchyl. S. ad Th. 381 ſqq. vbi vid. Schütz. Sophocl. Oed. Col. 1378 ſqq. vt mire ſibi placuiſſe videantur poetae hac in enarratione. Eadem de cauſſa, quia a multis frequentata eſt fabula, diuerſitas eſt in nominibus, etiam portarum v. Hygin. f. 70. et ibi Intpp. Duas tamen maxime claſſes conſtitui poſſe video: Nam *Aeſchylus* memorat *Tydeum*, *Capaneum*, *Eteoclum*, *Hippomedontem*, *Parthenopaeum*, *Amphiaraum*, *Polynicem*. Eosdem *Sophocles* Oed. Colon. recenſet et *Euripides* in *Supplic.* At apud eundem in *Phoeniſſ.* ſunt *Hippomedon*, *Tydeus*, *Parthenopaeus*, *Polynices*, *Adraſtus*, *Amphiaraus*, *Capaneus*: quos eosdem *noſter* auctor commemorauit, et *Hyginus*. Omnes inter ſe neceſſitate generis iuncti erant. De *Adraſto* modo vidimus: c. 6, 1. de *Amphiarao* Oiclei f. ſup. 6, 2. *Capaneus* Hipponoi f. Anaxagorae nepos, quem ante diximus; mater Capanei Laodice, Iphios f. vid. Schol. Phoeniſſ. 185. vbi cf. Nota Valkenar. at Aſtynome Talai f. apud Hygin. f. 70. Hipponous Megapenthis f. non Anaxagorae eſt, apud Schol. Pindar. N. 9, 30. Eius filia Periboea Oeneo nupta Tydeum pepererat vid. ſup. I, 8, 4. Obſſ. p. 51. Quae plura ibi narrantur de parentis in ipſum ira, argumentum facere potuere tragoediae Sophoclis, quae Hipponoi nomine inſcripta laudatur apud Heſych. et Polluc. IV, 111. *Hippomedon*, Ariſtomachi f. ex Adraſti ſorore Pauſan. X, 10. Talai filius eſt ipſi Sophocli Oed. Col. 1383.

vide Intpp. Hygin. fab. laud. n. 6. *Tydeus* Oenei. sup. I, 8, 5. — *Parthenopaeus* Milanionis et Atalantae f. a qua saepe poetis denominatur. vid. inf. c. 9, 2. §. 9. (Quod apud Schol. Aeschyli S. ad Th. 539. legitur, υἱὸν τῆς Ἀντιόπης, vitiosam lectionem esse arbitraberis). Supra I, 9, 13. §. 1. secundum alios auctores Talai f. erat, Adrasti frater. Agnoscit vtrumque Pausanias, eosque confundi obseruat Schol. ad Oed. Col. 1385. Eteoclus mox victor agone Nemeaeo f. 4. §. 5. et caesus a Leade f. 8. §. 2. *Mecisteus* Adrasti frater est, sup. I, 9, 13. interemtus ille a Melanippo apud Herodot. V, 67.

f. 4. Ad seqq. Statium in Thebaide excitare nolo; patet aditus. Omnino mihi res magis est cum Graecis, inprimis antiquioribus. cf. Hygin. f. 74. vbi de *Hypsipyles* fortuna videndum: add. f. 15 extr. et vtroque loco Intpp. Est quoque de ea Epigramma Cyzic. 10. De *Hypsipyle*, *Lemniis* et *Thoante* vid. sup. I, 9, 17. de *Lycurgo* et filio I, 9, 14. §. 4. Ἀρχέμορον ἐκάλεσεν. Schol. Pindari Argum. III. Ἀμφιάραος δὲ τούτοις μαντευόμενος Ἀρχέμορον αὐτὸν ἐκάλεσαν, ὅτι αὐτοῖς ἀρχὴ μόρου ἐγένετο ὁ τοῦ παιδὸς θάνατος. Haec pro interpretatione habeantur. Funestae expeditionis euentus omen habenda erat pueri mors. De his *Nemeorum originibus* multi multa; praeter Statium VI, 296 sqq. v. Arg. Nemeor. Pindar. cf. Pausan. II, 15. p. 144. Hygin. f. 74. et 273. p. 379. §. 4. De *Eteoclo* vid. paullo ante ad f. 3. §. 4. Pro eo ap. Statium VI, 561. 642. Parthenopaeus cursu victor est, disco Hippomedon, v. 646 - 722 sq. caestu Capaneus, lucta Tydeus, 826 - 910. Omnino is prorsus diuersos auctores sequutus est. *Laodocus* hic non alius esse potest, quam Talai frater, ex Biante: memorat eum inter Argonautas Auctor Orphic. 146. diserte; etiam Apollon. I, 119. vbi Λεωδόκος, vt tamen, an eum pro fratre Talai et Areii habere liceat,

dubitare poſſis. cf. ſup. Obſſ. p. 67. ad I, 9, 13. pr. At omnem dubitationem eximit Valer. Fl. I, 358. *Nititur hinc Talaus, fratrisque Leodocus vrget remo terga ſui.*

ſ. 5. De *Tydeo legato ad Thebanos* loc. claſſ. Il. δ, 382 ſqq. vbi cf. Schol. ad 376. Videndus Statius lib. II. et III. Paullo diuerſa ſunt in Diodoro IV, 65. —

ſ. 6. *Duces VII ad VII. portas Thebarum conſtituti.* Placuere ſibi in hac deſcriptione ipſi tragici; eſt ſimilis locus Aeſchyli S. ad Th. 380 ſqq. Eurip. Phoen. 1111 ſqq. diuerſitatem in diſponendis hominibus facile expectes; nec minus tamen eſt aliqua varietas in portarum nominibus. cf. Intpp. ibid. et ad Hygin. f. 69. extr. Pauſan. IX, 8. Taedium haud ferrem, ſi in his tricari vellem. Sufficiant pauca haec: *Ogygia* porta notiſſima ab antiquo Thebarum rege Ogyge, cf. Schol. Lycophr. 1206. Burman. ad Met. III, 713. *Homolois*, poſt illam *Proetis*, *Hypſiſta*, *Electris*, *Crenaea* apud Pauſan. l. c. p. 727. 8. videantur; recedit ille tantum in *Oncaea*, pro qua *Neitidem* memorat; quam edd. vulg. Aeſchyli habebant v. 466. nunc et in illo Νηΐται πύλαι ſunt, et in Phoeniſſ. 1111. vbi vid. Schol. c. nota. cf. Porſon. ad Phoen. 1150. vbi vir ingenioſ. cum Νηΐται πύλαι ab Apollodoro non memorentur, Oncaeas earum locum occupaſſe ſuſpicatur; cum deberent paullo ante adſcriptae eſſe ad τὰς Ὠγυγίας ἢ Ὀγκαΐδας, (Ὀγκαίας) quae eadem porta fuiſſe videatur. Eaedem cum reliquis ſunt apud Statium Theb. VIII, 353-7. niſi quod pro Crenaeis ſunt *Dircaeae* (poſt *Proetides* v. 355. interſerendum *at*). De vetere hoc Mineruae *Oncaeae* nomine monitum iam ſupra ad III, 4, 1. §. 3. occurrit illud apud Aeſchyl. laud. v. 170. vbi v. Intpp. 493. 507. cf. Pauſan. IX, 12. At ἄλσος Ἀπόλλωνος Ὀγκαίου ibid. VIII. c. 25. p. 650. in Antimachi verſibus. Scilicet Ὄγκαι, κώμη Θηβῶν fuere, Schol. Lycophr. 1225. et Schol. Pin-

dari O. 2, 47. vbi ipſius Minervae cognomen ab illo vico ducitur. De nomine Phoenicio Onca Gale laudat Selden. de Diis Syris IV, 2. §. 2. Fuere autem ſeptem illi duces Thebani ſecundum Aeſchylum: *Melanippus*, *Polyphontes*, *Megareus*, *Hyperbius*, *Actor*, *Laſthenes*, *Eteocles*. De ſingulis ibi videndum S. ad Th. 399 ſqq.

ſ. 7. De *Tireſia* hic locus claſſicus. Conf. Callimach. L. Pall. vbi Spanh. et laudd. ad e. l. et a Burmann. ad Met. III, 322. inpr. Barth. ad Statium pluribus locis. Fabulam carmine elegiaco expoſuerat Soſtratus, cuius argumentum vid. apud Euſtath. ad Od. κ, p. 1665, 48. Εὐήρους, vnde paſſim audit poetis Εὐηρείδης, vt apud Callimach. L. P. 81. Theocr. XXIV, 70. Οὐδαίου. ſup. III, 4, 1. p. 185. §. 2. ἄλλοι μὲν γὰρ, haec ratio remotiorem antiquitatem redolet; nam inuidere numen hominibus, iraſci, vltionem expetere, in illa ſunt frequentatiſſima. §. 3. Φερεκύδης δέ. quae hic tradidit, copioſe ornata ſunt a Callimacho L. P. 57 ſqq. et illuſtrata a Sturzio Fragment. Pherecyd. p. 202. §. 5. Ἡσίοδος δέ φησιν. Heſiodea narratio ingenioſe expoſita ab Ovidio Met. III, 316 ſq. Hygin. f. 75. cf. Antonin. Lib. 17. et Phlegon Trall. de Mirab. 4. qui poſt Heſiodum laudat Dicaearchum, Clitarchum et Callimachum; hunc quidem temere; nam ille diuerſa amplexus erat, vt vidimus; Clitarchus autem in rebus Alexandri vix haec attingere potuit; niſi nomen a librario confictum eſt, potuit Phylarchus eſſe, e cuius hiſtoriarum libris multa paſſim fabuloſa memorantur. In monte Cyllene haec facta, tradit quoque Phlegon l. c. Hygin. f. 75. vbi v. Munker. nam alii Cithaeronem memorant. Ingenioſius haec adornata ſunt ab aliis ſic, vt ſerpente femina interemta fieret femina, mare occiſo, iterum vir. v. Schol. Odyſſ. κ. 494. Schol. Lycophr. 683. §. 6. δέκα ἐννέα μοιρῶν περὶ τὰς

συνουσίας οὐσῶν. Quod XIX. partes nunc commemorantur, e quibus IX. viris X. feminis aſſignat vates, non ab vetere auctoritate, ſed a foeda corruptela, aut interpolatione, profectum arbitror. Omnes vbique de X. partibus loquuntur; quarum vna viris, nouem feminis iudicio vatis impertiuntur. Iam corruptum verſum alterum videbimus, et ſenſum illatum; decem partes voluptatis a feminis percipi; vt apud Schol. Lycophr. ὅτι δεκαπλασίως ἐρᾷ τοῦ ἀνδρὸς ἡ γυνή. quo facto extitit ineptus homo, qui forte ex ſenſu ſuo nouum computum iniret, et in XIX. partes totum illud diſpertiretur. Vereor adeo, ne ab Apollodoro haec tantum ſcripta fuerint; ὁ δὲ ἔφη, δέκα μοιρῶν περὶ τὰς συνουσίας οὐσῶν, τὰς μὲν ἐννέα ἥδεσθαι γυναῖκα, reliqua omnia acceſſiſſe ab interpolatrice manu. Laborat et Barthius in h. l. ad Stat. Theb. II, 95. parum feliciter. §. 7. Ἐγένετο δὲ καὶ πολυχρόνιος. Vere hoc quidem dictum, ſed vix ab Apollodoro. Adſcriptum ex Callimacho erat L. P. 127. Δώσω καὶ βιότω τέρμα πολυχρόνιον. Septem aetates vixiſſe tradebatur in Melampodia; verſus, ſed corrupti, ſunt apud Schol. Lycophr. 682. §. 8. Ἄρει σφάγιον ad placandum eum, cum iras ex dracone caeſo ſup. c. 4, 1. ſuſceptas nondum depoſuiſſet. Phoeniſſ. 940 ſq. Vaticinium hoc de Menoeceo pro patria immolando et ipſam rem perſequutus eſt Euripides in Phoeniſſ. 841 ſq. inpr. 937 ſq. Statius lib. X, 589. 620. 756 ſq. Pugna facta eſt ad Iſmenum; Pauſan. IX, 9. p. 729. etſi is vnam tantum factam pugnam meminit. De altera mox videbimus. Ordinem, qui hic eſt, pugnandi et oppugnandi variant tragici. Acceſſum ad muros oppugnandos v. in Aeſchyl. S. ad Th. 384 ſq. in Phoeniſſ. 1100 ſqq. vbi mox Argiuis recedentibus exeunt Thebani, et fratres ad ſingulare certamen deueniunt; tunc Argiui fugantur. Etiam apud Statium primo die, Amphiarao

terra hiante abſorpto, recedunt Argiui (lib. VIII. pr.). Altero die iterum pugnatur, ἀριστεύει Tydeus, tandem occumbit; (lib. VIII. ad f.) tertio propius ad Ismenum pugnatur, praecipuam laudem fert Hippomedon, ſed occumbit is cum Parthenopaeo (lib. IX.) quarto Menoeceus ſe immolat, oppugnatur vrbs, perit Capaneus fulmine ictus, (lib. X.) recedunt ab vrbe Argiui, fit pugna fratrum. Nocte inſequente Argiui caſtra relinquunt. De *Capaneo* late Phoen. 1179 ſq. Statius X, 827 ſq.

ſ. 8. §. 2. οἱ Ἀστακοῦ παῖδες ἠρίστευσαν. Filiorum Aſtaci nomina, quae ſequuntur, *Iſmarus*, *Leades*, *Amphidicus*, *Melanippus*: hic quidem omnium clariſſimus, v. Aeſchyl. S. ad Th. 413 ſq. facta iam eius mentio ſup. I, 8, 5 extr. p. 60. itaque is intelligendus, quoties poetae *Aſtaciden* memorant. Caeſus ab eo Tydeus (v. inf. ſ. 8.) et Meciſteus, Adraſti frater: Pauſan. IX, 18. pr. *Leades* forte fuit Λειάδης. Apud Aeſchyl. 480. opponitur Eteoclo Megareus, Creontis f. ὡς δὲ Εὐριπίδης φησί. in Phoeniſſ. 1160 ſqq. auctoritatem Antimachi acceſſiſſe, e Pauſania l. c. diſcimus, de Periclymeno cf. mox ſ. 8. §. 4. De *Tydeo* propter immanitatem immortalitatis munere excidente v. inpr. Schol Pindar. N. 10, 12. Schol. Il. ε, 126. e Pherecyde, et huius Fragmenta p. 168. alios apud Burmann. ad Ovid. Ibin 517. Occiſum Melanippum ab Amphiarao, diſerte narrat Pauſan. IX, 18 pr. p. 745. etiam Schol. Il. ε, 126. cum Schol. Lycophr. 1066. Secundum haec legi poſſit: τιτρωσκομένου δὲ Τυδέος. Ab Amphiarao caput caeſi iam ante Melanippi reciſum ait noſter. At a Capaneo caput auulſum narrat Statius l. c. 746 ſqq. §. 5. Immane Tydei factum Schol. Lycophr. l. c. 1066. διασχίσας ἐκείνου τὴν κεφαλὴν, ἀπεῤῥόφησε τὸν ἐγκέφαλον. In Schol. Pindari N. 11, 43. eſt: τούτου δοκεῖ διὰ τὴν ὀργὴν λαβὼν ὁ Τυδεὺς τὴν κεφαλὴν, καὶ ῥήξας, ἐκροφῆσαι τὸν

ἐγκέφαλον. At altero loco, N. 10, 12. deguſtaſſe carnem narratur; in hoc et verſus ex Meleagro Euripidis afferuntur: εἰς ἀνδροβρῶτας ἡδονὰς ἀφίξεται κάρηνα Τυδεὺς γένυσι Μελανίππου σπάσας: quibus eo deuenturum Tydea ſignificat, vt, voluptate ex eſu carnis humanae capta, ore dilaniet caput Melanippi. De iis vſſ. conſulendus Valken. Diatr. p. 142. §. 6. *Amphiarai mors* celebratiſſima: Late Statius VII, 690, ſed minus felix in hac operis parte. Pauſan. IX, 8. p. 727. παρὰ ποταμὸν Ἰσμηνόν. in via a Potniis verſus Thebas; Pauſan. ibid. Locus *Harma* dictus, vt multi, v. c. Schol. Il. β, 499. et Euſtath. Steph. Byz. h. v. Strabo IX. p. 619. C. Egi de eo ad Philoſtrat. Imagg. I, 27. (in Opuſc. Acad. Tom. V. p. 82. 83. A *Periclymeno* fugatus Amphiaraus; cf. Nem. 9, 61 ſq. Pindar. vbi Schol. monet eum Neptuni et Chloridis e Tireſia natae eſſe filium, diuerſum ab altero, Nelei filio: de quo ſup. I, 9, 9. p. 70. Neptuni filium dixerat quoque Eurip. Phoen. 1163. et inde noſter paullo ante, cum Parthenopaeum ab eo caeſum traderet. *Bato* et ipſe pro heroe habitus Argis: v. Pauſan. II, 23. Eius ſignum Delphis viderat Pauſan. X, 10. et in arca Cypſeli idem expreſſus, V, 17. p. 420. Amphiaraus viuus, ἔμψυχος ad inferos deſcendit, quod Sophocl. El. 845. πάμψυχος ἀνάσσει. Cultus pro heroe apud Argiuos, et apud Oropios Boeotiae. Apud hos quidem celebre eius fuit μαντεῖον v. Pauſan. I, 34. §. 7. *Adraſtus* vnus e ducibus cladi ſuperſtes, equi *Arionis* beneficio ereptus (vt Hygin. f. 70.) nobile inter poetas argumentum. Arionis ipſe Homerus mentionem facit Il. ψ, 346. 7. (nam Statium VI, 301 ſq. memorare nolo,) de eius ſtirpe v. Schol. ad e. l. e Cyclicis, vt in fine ſubiicitur, et Pauſan. VIII, 25. p. 650. In verbis Ἄδραστον δὲ μόνον ἵππος διέσωσεν Ἀρίων veſtigia verſus facile agnoſcas. Barthius ad Stat. Theb. II, 197. in cod. Pal. margine ad-

ſcriptam viderat vocem 'Ἀντιμάχου, e cuius Thebaide eum ſupereſſe ſuſpicatus erat is, qui adſcripſit. Alios eius verſus de Arione appoſuit Pauſan. l. c. vnde diſcimus, cum Arione alterum equum Caerum fuiſſe, (v. Schellenberg. Fragmenta p. 65 et p. 68) et Arionem Terra editum; in Apollodoro Ceres, in Erinnyn mutata, mater eſt, vt et apud Schol. Il. l. c. et Schol. Lycophr. 153. cf. Pauſan. p. 649. hoc eſt illud quod Agatharchides reſpicit, p. 11. τὸ δὲ Δήμητρος κάλλος εἰς τὴν αἰσχίστην μεταστα-θῆναι διάθεσιν. Laudatum verſum explet Barthius ſic: "Ἄδραστον μόνον ἵππος ἔσωσεν δῖος 'Αρίων. felicius Mitſcherl. noſter Epiſt. crit. p. 33. "Ἄδραστον δὲ μόνον δῖος διέσωσεν 'Αρίων. Idem acute ſuſpicatur totum locum e margine in Apollodori verba irrepſiſſe. Tametſi Apollodorus ipſe poetae verba in animo habere potuit; vti etiam Strabo IX. p. 619 C. τὸν δὲ (Adraſtum) διὰ τοῦ 'Αρείονος σωθῆναι.

Cap. 7.

ſ. 1. *Creon* poſt Eteoclem regnum Thebarum recuperat, quod iam Laio occiſo tenuerat; nam ſecundum tragicos vnus idemque Creon habetur. Expellit ille nunc demum Oedipodem, ſecundum Phoeniſſas Euripidis 1580 ſq. et Statium Theb. XI, extr. cf. Schüz. ad Aeſchyl. Exc. p. 480. – Eius inhumanitas, cum Polynicis et Argiuorum corpora ſepulturae iure interdiceret, celebrata a tragicis, vt et *Antigones* pietas in fratrem: vid. Aeſchyl. S. ad Th. 1005 ſq. et Sophoclis Antigonen. Fuit alia Antigone Euripidis. cf. Hygin. f. 72. §. 3. *Adraſti* ἱκετεία clara inprimis in Athenarum laudibus: vt Iſocr. Paneg. 15. vid. Statius Theb. XII. Eadem et Theſei humanitas argumentum fecit Supplicibus Euripidis: etſi ibi res Eleuſine geritur, non Athenis. Add. Diodor. IV, 65. extr. Pauſan. I, 39. Plutarch. Theſ. p. 14. A. vnde patet noſtrum

tragicos ſequi, qui haec ita narrarunt, vt armis ſepulturam extortam dicerent. *ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμόν.* vid. ſup. II, 8, 1. §. 2. Reſpexit locum noſtri Zenob. I, 30. (p. 9. vbi leg. *τοὺς νεκροὺς ἐξήτουν*). *ἱκετηρίαν θεὶς*, habet e poeta, puto: pro *ἱκέτης γενόμενος.* Sepultura facta per ſeptem buſta, de quibus v. Pindar. N. 9, 56. §. 4. Adducuntur VII. ducum corpora Athenas apud Eurip. Suppl. 755. §. 5. *Euadnes* hoc facinore nihil nobilius in his fabulis: vid. Eurip. Suppl. 990 ſqq. *Ἴφιδος* male erat editum; *Ἴφιος* ſcripſi ipſis codd. auctoribus; ſed et nota res; prodit ipſe Iphis apud Eurip. l. c. 1032. Iphios filium Eteoclum vidimus ſup. c. 6, 3 extr. Hygini errorem, qui Phylaci filiam prodit Euadnem, corrigit Munker. ad f. 243. n. 5.

ſ. 2. *Bellum Epigonorum.* Eſt de eo bello hic, qui ſequitur, inter locos claſſicos: add. Diodor. IV, 66. vbi cf. Weſſel. Pauſan. IX, 5 et 9. qui alios auctores habuit. Expoſitum id bellum eſſe debuit ab Hellanico et ab Ephoro; fuit vero etiam vetus carmen, *οἱ Ἐπίγονοι*: vnde primus verſus: *νῦν αὖθ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν ἀρχώμεθα Μοῦσαι*, ſervatus in lib. de certamine Hom. et Heſiodi, repetitus ab Ariſtoph. in Pace 1270 vbi v. Brunck. Homero a multis tributum id carmen, (cf. Bentl. Epiſt. ad Millium p. 62. 63) teſte Pauſania IX, 9. p. 729. cui valde illud probatum: *ἔπη εἰς τὸν πόλεμον τῶν Ἐπιγόνων.* vnde puto haec eadem a Dionyſio in Cyclum mythicum fuere adoptata, vna cum Alcmaeonis rebus. Nam fuere in hoc bello praecipuae partes *Alcmaeonis*: cuius nomine inſcriptum fuit aliud epos, *ἡ Ἀλκμαιωνὶς*, de qua vide v. c. Schol. Oreſt. Eurip. 998. cf. Bentlei. Ep. ad Millium p. 19. illa tamen non tam bellum, quam Alcmaeonis ſeriora fata (v. ſ. 5 ſq.) expoſuiſſe videtur; ad quae, praeter Steſichori Eriphylen, ſpectauere tragoediae, alia Sophoclis, Alcmaeon, eius-

dem alia, Eriphyle, ſi vere fuit diuerſa, Euripidis alia Ἀλκμαίων ὁ διὰ Ψωφῖδος (vid. inf. f. 5.) Latine ex his vnam verteret Ennius (v. inter fragm. Ennian. p. 281 ſq.) aliam Accius. Sed ipſum bellum attingere debuit alia Aeſchyli, alia Sophoclis fabula: Epigoni. Ceterum videor mihi in his fabulis non tam veteres narrationes et priſcam famam, quam poetarum ingenia antiquiores fabulas, inprimis Thebaidis, aemulantia deprehendere. Ipſe numerus ducum ſeptenarius ab illo altero τῶν Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας ductus erat; quod auctorem Aeſchylum habuiſſe traditur a Pauſan. II, 20. p. 156. — §. 2. ὁ θεὸς ἐθέσπισε. huc pertinent illa oſtenta meliora, quae Sthenelus iactat: *cepimus*, inquit, *Thebas* πειθόμενοι τεράεσσι θεῶν καὶ Ζηνὸς ἀρωγῇ, contra quam in prima ad Thebas expeditione malis ominibus vſi erant Argiui, cumque iis non paruiſſent, foeda clade pulſi rediere: haec eſt ſtultitia, hae ſunt ἀτασθαλίαι, quibus periiſſe eos ait; Il. δ, 405-9. §. 3. De Therſandro eiusque progenie vid. Pindar. Ol. 2, 76. et ibi Schol. Fuiſſe de eo plura in Cyprio carmine, e Proclo conſtat. cf. ad Aen. Virgil. II, 261. Periit ille in bello Troiano, a Telepho in Myſia occiſus. vid. Pauſan. IX, 5. p. 722. τοὺς παῖδας, Alcmaeonem cum Amphilocho, vt ſtatim videbimus. Memorantur Odyſſ. o, 248. cum ſua ſtirpe; add. Pauſan. VI, 17. p. 494. et V, 17. p. 420. §. 4. ἡγεμόνα Ἀλκμαίωνα. Diuerſis modis haec ab aliis tractata fuiſſe neceſſe eſt; apud Eurip. Suppl. 1215. Aegialeus et Diomedes duces ſunt; quemadmodum in Diomedem rerum ſummam deuoluit ingenioſus auctor epici carminis *Epigoniad*, *W. Wilkie*; apud Pindar. P. 8, 67. dux eſt Adraſtus; quem morte Aegialei audita moerore confectum apud ſe Megarenſes tradebant: Pauſan. I, 43. p. 103. idem cum filio Hipponoo in rogum ſe immiſiſſe narratus ab alio poeta: vid. Hygin. f. 242. Vnde apparet,

a pluribus poetis belli huius caſus fuiſſe expoſitos. Nomina ſeptem ducum Epigonorum ſunt quoque apud Hygin. f. 71. ſed deficiunt apud eum duo nomina corrupta et apud Euſtath. p. 489 extr. qui nouem annumerat, quod et apud Pauſan. II, 20. ſiti p. 156. cf. X, 20. p. 822. In Alcmaeone: Aegialeo, Therſandro, Diomede, Sthenelo, plerumque conueniunt; ſed Parthenopaei filius *Promachus*, quem et Pauſan. agnoſcit, Euſtathio eſt Stratolaus, Hygino Theſimenes, niſi vox corrupta; Euryalum Meciſtei etiam Pauſan. Polydorum Hippomedontis Pauſan. et Euſtath. memorant; hic et Melontem Eteocli.

ſ. 3. *Pugna* facta *ad Gliſſantem* vrbem Boeotiae (Pauſan. IX, 19. p. 746. 7. Schol. Pindari P. 8, 68). §. 2. *Laodamas* Eteoclis f. (cuius tutor Creon etiam a tragicis memoratus: Pauſan. IX, 10. p. 730) dux Thebanorum, *Aegialeum* interimit, qui ex ducibus ſolus occubuit; vt ex ſeptem olim ducibus vnus pater Adraſtus fuerat ſeruatus: cf. Schol. Pindar. l. c. Pauſan. l. c. et IX, 5. p. 722. IX, 9. p. 729. add. Herodot. V, 61. *Laodamantem Alcmaeon* occidit. At apud Herodot. V, 61. et Pauſan. l. c. p. 722. Laodamas nocte poſt cladem acceptam in Illyrios ſe recipit: (quae res forte fabulas ſup. 5, 4. de Cadmi in Illyricum recoxit). §. 4. De Tireſiae morte ad Tilphuſſam Boeotiae fontem vid. Pauſan. IX. 19. VII, 3. Diodor. IV, 67. erat is in monte Tilphuſſio haud longe a lacu Copaide ad Haliartum (cf. Pauſan. IX, 18. p. 745 extr. Alia Tilphuſſa Arcadiae apud Polyb. memoratur IV, 43). *πόλιν Ἑστιαίαν κτίσαντες κατῴκουν.* Non de Euboeae Heſtiaea cogitandum: fuit alia Acarnaniae, alia circa Olympum, teſtante Stephan. Byz. vti Heſtiaeotidem ſub Oſſa et Olympo collocat Herodot. I, 56. ſerior tamen Heſtiaeotis in occidente Theſſaliae quaerenda. Iam autem Pauſanias p. 728. captis Thebis alios in Illyricum, alios

in Illyricum, alios ait in Theſſaliam conceſſiſſe et montem Homolèn occupaſſe. Haec ipſa loca, quae primo Thraces, tum Pelasgi (cf. Dionyſ. Hal. I, 18.) incoluerant, inſidebant tum Dores: vid. ſup. Obſſ. p. 195. ideoque non diuerſa ſunt, quae Diodorus habet IV, 67. αὐτοὶ δὲ μεταναστάντες ἐκ τῆς πόλεως, ἐπὶ Δωριεῖς ἐστράτευσαν, καὶ μάχῃ νικήσαντες τοὺς ἐγχωρίους. ἐκείνους μὲν ἐξέβαλον ἐκ τῶν πατρίδων. eiecti ſuis ſedibus Dores inde dilapſi, occuparunt Doridem ſ. tetrapolin Doricam.

ſ. 4. *Thebae* captae traduntur a victoribus *Therſandro* Polynicis filio. Pauſan. IX, 8. p. 722. rediit mox in eam pars profugorum, vid. Diodor. l. c. manſere tamen per longum tempus Thebanorum res valde attritae: cf. Strabon. IX. p. 632 B. §. 2. *Manto* Delphos miſſa: vnde illa Clarum et Colophonem venit. vid. Schol. Apollon. I, 308. Pauſan. IX, 33. pr. VII, 3. pr. Mela I, 17. At inf. ſ. 7. §. 2. eam ab Alcmaeone ductam tradidit Euripides. Apud Diodor. IV, 66. illa Daphne eſt.

ſ. 5. Narratio, quae ſequitur, an *ex Alcmaeonide* (vid. ſup. ad ſ. 2. pr.) petita ſit, nunc non auſim probabiliter dictum cenſere. Plus enim tragicae περιπετείας ineſt narratis quam epici coloris. §. 3. Fugit autem Alcmaeon Argis, nam ibi piaculum commiſſum. *Oicles* pater Amphiarai, eoque auus Alcmaeonis, illo adhuc tempore ſuperſtes; cum alii eum in expeditione Herculis aduerſus Laomedontem obiiſſe traderent: ſup. II, 6, 4. Obſſ. p. 183. Eius monumentum in Arcadia viderat Pauſan. VIII, 36. p. 673 extr. Vrbs fuit Arcadiae *Pſophis*, antea Phegia dicta, de qua Pauſan. VIII, 24. Phegeus ibi vixit: vid. Pauſan. ibid. p. 646. add. Burman. ad Ovid. Met. IX, 412. Iam ad ea, quae hic eueniſſe narrantur, an ſpectauerit Euripidis Ἀλκμαίων διὰ Ψωφῖδος, videbimus paullo poſt ad ſ. 4, 2. §. 4. *Arſinoe.* Alpheſiboea eſt Pauſan. l. c.

p. 646. et Propertio I, 15, 15. *Alphesiboea suos vlta est pro coniuge fratres, sanguinis et cari vincula rupit Amor* hoc est quod §. 9. videbimus, Ἀρσινόην δὲ μεμφομένην. Videtur hinc illa Acarnanem et Amphoterum consiliis iuuisse ad puniendos fratres suos. Ad *Oeneum* venit, cuius senectam ad seriora tempora protraxere poetae tragici, vt haberent nomen illustre in his fabulis. Malis et aerumnis ille oppressus; vnde ap. Athen. VI. p. 223. C. in notis Timoclis Comici versibus, quomodo mala aliena vel in tragoediis aegritudinem leuare possint: Γέρων τις ἀτυχεῖ; κατέμαθε τὸν Οἰνέα. De eo cf. sup. I, 8, 5. 6. et Var. Lect. p. 61. cum Obss. ad c. l. vbi Diomedem cum Alcmaeone vidimus Calydonem adiisse. vid. Strabo X, p. 709. B. ex Ephoro. §. 6. κατῴκησε, poterat locum habere κατῴκισε, quod etiam in Thucyd. l. c. est. sed et illud recte. Ad ostia Acheloi circa Oeniadas terra aggesta alluuie nouum fecit littus, (res iam ex Herodoto nota II, 10. tum ex aliis vt Plutarch. de Exilio p. 602. D.) in quo Alcmaeon consedit. §. 7. *Callirrhoe*, Acheloi filia, etiam apud Pausan. l. c. haec est, de qua Ovid. Rem. 455. *Amphilochi frater ne Phegida* (Arsinoen) *semper amaret, Callirhoe fecit parte recepta tori.* Simulasse h. l. fertur Alcmaeon se velle Apollini Delphico dedicare monile Eriphyles. Conuenit fere Pausan. p. 646 extr. At alii e responso dei id factum narrunt; nam sors ipsa extat apud Athen. VI. p. 232. (repetita ab Eustath. p. 1697, 42.) ex Ephori lib. XXX. historiarum: Ἀλκμαίονι μὲν (ὁ θεὸς ἔχρησε) πυνθανομένῳ, πῶς ἂν τῆς μανίας ἀπαλλαγείη· Τιμῆεν μ᾽ αἰτεῖς δῶρον, μανίαν ἀποπαῦσαι· καὶ σὺ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας, (affer, consecra et tu mihi pretiosum munus) ᾧ ποτε μήτηρ Ἀμφιάραον ἔκρυψ᾽ ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ὅπλοις. §. 8. Ceterum ad haec referendus versus Ovid. Met. IX, 412. *Cognatumque latus Phegeius hauserit ensis.* —

§. 9. *Arſinoe* putanda eſt amorem in Alcmaeonem retinuiſſe et fratres ob caedem factam obiurgaſſe; quod illi aegre ferentes ſororem in Arcadiam abducunt ad *Agapenorem*, Tegeae regnantem; eſt is idem, qui Arcades ad Troiam duxit Il. β, 609. cf. Pauſan. VIII, 5. filius Ancaei, qui in Calydonia venatione obierat ſup. I, 8, 5. §. 6.

ſ. 6. Callirrhoes Acheloi filiae, alteris nuptiis ab Alcmaeone ductae, filii ex Alcmaeone erant *Acarnan* et *Amphoterus*, qui poſtea memorabuntur. γενέσθαι τελείους: Huc ſpectant verſus Ovid. Met. IX, 413. *Tum demum magno petet hos Acheloia ſupplex Ab Ioue Callirhoe natis infantibus annos.* vbi vid. Lactant. §. 2. Acarnan igitur et Amphoterus, matris Callirrhoes iuſſu exiere ad vlciſcendam caedem patris, Alcmaeonis, a Phegei filiis, Pronoo et Agenore, factam; qui Delphos proficiſcentes ad monile et peplum deo conſecrandum deuerterant Tegeam ad Agapenorem, qui ſororem, Arſinoen, prius Alcmaeoni nuptam, ſeruabat. Apud eundem eodem tempore deuerterunt Acarnan et Amphoterus, Callirrhoes filii. Hi itaque interfectores patris repertos occidunt, inde Pſophidem pergunt et Phegeum cum vxore necant: vid. paullo ante ad §. 4. de Alpheſiboea.

ſ. 7. §. 1. εἰς Δελφοὺς ἀνέθεντο. tamen et hic *monile* furto ablatum Phocenſi homini cauſſa inſaniae et euerſae domus fuit. Gale laudat Athenaeum, apud quem eſt locus lib. VI. p. 232 extr. 233. vbi et oraculum Alcmaeoni datum quod vid. ſup. ad ſ. 5. §. 7. ex Ephoro: ſed diſerta narratio eſt ex Phylarcho apud Parthen. c. 25. ſpectat ea ad bellum Phocenſe, et erat tum repoſitum monile ἐν τῷ τῆς προνοίας Ἀθηνᾶς ναῷ, quae aedes erat Delphis, teſte Pauſan. X, 8. p. 819 extr. *Acarnan* autem conditor Acarnanum etiam ap. Thucyd. l. c. verba aduocat Strabo. antea Curetes haec loca tenuerant. Ab ipſo Alcmaeone occu-

patam Acarnaniam tradiderat Ephorus; vid. Strabon. VII. p. 501. C. 502. A. X, p. 710. A. B. Habuit et haec regio fabulas ſuas. De Ambraciae originibus vid. Antonin. Lib. c. 4. §. 2. Εὐριπίδης δέ φησιν. haud dubie in Alcmaeone διὰ Ψωφῖδος. de qua fabula v. Bentl. Epiſt. ad Mill. p. 19. viros doctos ad Heſych. p. 514. et Euripidis fragmenta. A nemine tamen edoctum te videas, quid poeta per illud διὰ Ψωφῖδος declarauerit. Ad priora tempora referunt, quando Alcmaeon Pſophidem venerat a Phegeo recepturus monile et peplum; ita vero erat Ἀλκμαίων ἐν Ψωφῖδι, vel κατὰ Ψωφῖδα; non vero διὰ Ψωφῖδος. Niſi fallor, Alcmaeon Pſophidem transgreſſus, vbi ille, mente ex inſania recepta, Arſinoen Phegei filiam duxerat, Corinthum ad repetendos a Creonte liberos, nutriendos ipſi traditos, adierat; nam hic ſcenae locus fuiſſe videtur; etiam regis nomen Creon eſt, vt in fabula Medeae Creon Corinthi rex erat. eius filius vel filia intelligenda in fragm. Alcmaeonis Eurip. n. VIII. ὦ παῖ Κρέοντος etc. §. 4. *Amphilochus* Ἀμφιλοχικὸν Ἄργος ᾤκησεν. conſentaneum magis ᾤκισε. Potuit huic Alcmaeonis filio ab Euripide hoc tribui. Sed is, ad quem communiter haec referuntur, Amphilochus Alcmaeonis frater eſt, niſi illud ab Alcmaeone conditum ipſe tantum inhabitauit; quod Ephorus ſtatuebat apud Strabon. X. p. 710. B. VII. p. 501. C. 502. A. Fuit Amphilochus et ipſe inter claros vates. Eum inf. 10, 8. inter procos Helenae videbimus; interfuit nauigationi ad Troiam, atque inde Argos redux in Acarnaniam transiiſſe, (Thucyd. l. c. et II, 68. inde Strabo l. c.) ſecundum alios cum Calchante (Q. Smyrn. XIV, 365 ſq.) Pamphyliam frequentaſſe incolis et Mallum in Cilicia condidiſſe fertur; in qua vrbe oraculum eius fuit, aliud apud Oropios cum Amphiarao. Pauſan. I, 34. p. 83 extr. cf. Strab. l. c. In Mallo condenda adiutores habuit

Mopſum, Apollinis et Mantus filium, clarum vatem; de eorum diſſidiis et pugna aliae ſunt fabulae, quas vid. apud Lycophr. 439 ſq. 980. 1047. ibique Schol. Conon. Narrat. 6. Strabon. XIV. p. 951. C. (642.) 993. B. (676.) Etiam hunc Mopſum paſſim cum altero antiquiore, qui Argonautis interfuiſſe narratur, confuſum viri docti ſaepe notarunt.

Cap. 8.

Fabulae Arcadicae. c. 8. 9. 10. ſ. 1. 2. ſunt eae nec numero multae nec celebres, niſi quae Iovem et Mercurium attingunt; forte et quae ad Lunam et Panem ſpectant. Arcades, ex antiquiſſimis Graeciae populis, e Pelasgica ſtirpe ſuperſtites: Nam tutabatur eos aduerſus Hellenum incurſiones locorum natura montibus vallibus et amnibus intercepta. Ita vero eueniſſe ſuſpicor, vt traherent ad ſe ſibique vindicarent fabulas generis Pelasgici tanquam ſibi proprias; in quibus etiam ſunt Argolicae nonnullae cf. II, 1. 2. 3. In ſimilem errorem induci ſe paſſi ſunt ſcriptores, v. c. Dionyſius Halic. qui ad Arcadiam ſolam retraxit Pelasgorum, qui Italiam frequentaſſe feruntur, origines, cum tamen Pelasgi late per diuerſa omnis Graeciae loca, diuerſis populorum nominibus, ſparſim ſedes habuiſſent. Retulere itaque Arcades ad ſe et generis humani origines, et vitae ſilueſtris in mitiorem vitam mutationes, frumenti inuentum, artium rudimenta, religionum a Iove ductarum elementa, et, quod inprimis memoratu dignum, aſtrologiae primas lineas; has quidem fabulis expreſſas, Calliſtus in vrſam mutatae, filii in Arctophylacem, et ſic alia. *Proſeleni* dicti Arcades vetere cognomine, vnde fabula nata de Arcadibus ante lunam ortis: (quam Proluſione academica illuſtrauimus a. 1777. in qua ſunt alia ad hoc genus ſpectantia. Opuſc. Acad. Vol. II. p. 334) ſunt certe fabulae Arcadicae ex antiquiſſimis; nam vltra

diluuii Deucalionei tempora assurgunt. Possis itaque in eam sententiam deuenire, an omnino mythorum digerendorum et ordinandorum rationem inire forte praestet hanc, vt a fabulis Pelasgicis, tanquam antiquissimis, initium faciamus. Erit tamen admodum difficile eas indagare et ab aliis discernere, Hellenum quippe ingeniis et sermone poetico mutatas, variatas et politas. Ceterum mythi Arcadici a Pausania memorati plerique morum asperitatem spirant, sunt pauci et incomti et parum variati, et mirationem plerumque faciunt forma humana in ferinam mutata. Itaque ab iis Ovidius Metamorphoses exorsus est. Sed totum hoc genus mutatarum formarum singularem commentationem sibi postulat, si in caussas inquirere velis: (idque exsequutus est non infeliciter paullo post priorem Apollodori editionem Mellmann olim noster Commentat. de mutatis formis 1786). Fabulas Arcadicas attigerant ex antiquioribus Hesiodus et Acusilaus; Eumelus, Pherecydes, Asius, mox s. 2. laudantur. Ex sequiore aetate Mnaseas ἐν τοῖς περὶ τῆς Εὐρώπης apud Schol. Apollon. IV, 264. Dionysius Chalcidensis ἐν κτίσεσι. Staphylus, cuius fuere Arcadica: v. Sext. Empir. p. 272. et ibi Fabric. Habuere quoque Arcades scriptorem e popularibus Araethum Tegeaten, quem idem Schol. Apollonii memorat: apud Hygin. Ariethus scribitur nomen. Add. Pausan. VIII. pr.

s. 1. Pelasgus ab Acusilao proditur Iovis et Niobes filius, cumque eo Argus sup. II, 1, 1. §. 7. Niobe autem Phoronei filia, et Phoroneus cum Aegialeo ex Inacho et Melia Oceanina prognatus. Est haec simplicissima communis Argiuorum, Arcadum et Aegialensium (qui Achaiae oram tenuere), ignotae, si ad remotiora contendas, originis declaratio. αὐτόχθονα. sic et ipsi Arcades apud Pausan. VIII. cf. Schol. Eurip. Or. 1646. Ab hoc,

ſtirpis progenitore, diuerſus eſt alius *Pelasgus*, qui ad Theſſaliae orgines ſpectat, Haemonis pater, auus Theſſali: notus ex Dionyſ. Halic. I, 17. et fragmento Rhiani in Schol. Apollon. III, 1089. de quo vid. Scalig. ad Euſeb. p. 19. 20. cf. Steph. Byz. in *Αἱμονία*. Alter porro Pelasgus, quem II. appellare poſſis, commemoratur ex Characis Chronic. lib. I. apud Steph. Byz. in Παῤῥασία, Areſtoris f. Iaſi nepos, Argi pronepos; quem Argis in Arcadiam migraſſe ait, dictam tum Pelasgiam, regnaſſe annos XXV. et condidiſſe vrbem Parrhaſiam. At apud Dionyſ. Hal. I, 11. ſtemma eſt a Phoroneo ductum: eius filia e Ioue parit Pelasgum (I.) a quo natus Aezeus (Azan forte Arcadicum nomen erat) ab hoc Lycaon (I.). Eius filia Deianira e Pelasgo (II.) parit Lycaonem (II.) is pater Oenotri eſt, a quo primos Pelasgos in Italiam inferiorem ductos eſſe nota narratio eſt. Memoratur quoque tertius Pelasgus cum Iaſo et Triopa natus: Schol. Il. γ, 75. — §. 2. *Lycaon.* Conueniunt ſqq. cum Schol. Lycophr. 481. Ad eum plura vitae cultioris inuenta retulerunt Arcades. v. Pauſan. VIII, 2. Scelus itaque, quod ei tribuitur, ſeu victimae humanae, ſeu hoſpitum mactatorum (late expoſitum ab Ovid. Met. I, 214 ſq.) ad filios eius transferunt alii, in quibus noſter, et Nicolaus Damaſc. Excerpt. p. 446. et apud Suidam in *Λυκάων*. v. ad Hygin. f. 176. Μελιβοίας: haec eadem habet Natalis Comes Mytholog. IX, 9. loco luculento, quem ex Hecataeo Mileſio, lib. II. Genealogiarum appoſuit. Solet ille homo loca e ſcriptoribus deperditis afferre non aliter ac ſi adhuc legerentur, petita fere ex veteribus Grammaticis. Locum, quem hic laudat, non ſine fraude compoſuiſſe videtur ex Schol. Lycophr. 481. vbi ſimilia fere et iſti loco et huic Apollodori leguntur, ſed nulla Hecataei facta mentione; contra vero in fine Apollodori nomen occurrit. καθάπερ ἄλλοι

λέγουσι, νύμφης Κυλλήνης. Supplendum inde *Κυλλήνης* nomen in Schol. Eurip. 1646. vbi excidit: Pelasgus *γυναῖκα ἀγαγόμενος ἐπιχωρίαν* (adde *Κυλλήνην*) *ἀφ' ἧς τὸ ὄρος οὕτω καλεῖται, υἱὸν ἔσχε Λυκάονα.* Iterum alii Deianiram matrem, Cyllenen vxorem Lycaonis ediderant; in his princeps Pherecydes: Dionyſ. Halic. I, 13. teſtem adhibens *Φερεκύδην τὸν Ἀθηναῖον, γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερον. πεποίηται γὰρ αὐτῷ περὶ τῶν ἐν Ἀρκαδίᾳ βασιλευσάντων ὧδε ὁ λόγος· Πελασγοῦ καὶ Δηϊανείρας γίνεται Λυκάων. οὗτος γαμεῖ Κυλλήνην Νηΐδα νύμφην, ἀφ' ἧς τὸ ὄρος Κυλλήνης καλεῖται.* §. 3. *Lycaonis L. filii.* Videntur in hunc cenſum retuliſſe Arcades conditores omnium ſuarum vrbium ſeu vicorum (*συνοικιῶν*), nam habitabant illi vicatim et per familias. Adſcripſerat haec nomina, cum locis, quae vnus quisque eorum occupauerat, Pherecydes, vt ex eodem Dionyſii loco diſco: *ἔπειτα τοὺς ἐκ τούτων γεννηθέντας διεξιὼν, καὶ τίνας τόπους ἕκαστοι τούτων ᾤκησαν.* Partem ex iis recitat Pauſan. VIII, 3. et Schol. Lycophr. l. c. nec tamen conueniunt nomina inter ſe: deſiderantur in noſtro nomina ſatis clara *Acaci, Phigali, Parrhaſi.* Quid? quod *Oenotri,* quem non praeterit Pauſan. p. 603 nulla omnino fit mentio: cum tamen Peucetii, qui cum eo in Italiam traiecit, nomen appoſitum ſit; de quo Oenotro tam multa leguntur apud Dionyſ. Halic. I, 11. ſed is alios auctores ſequitur; in his Pherecydem: v. fragmenta Sturz. p. 203 ſq. ſunt ibi quoque filii Lycaonis numero XXII. et, ſi penitius inſpexeris, alius ac ſerior Lycaon. §. 5. *οἱ δὲ αὐτὸν ἐπὶ ξενίᾳ καλέσαντες.* Sic et Schol. Lycophr. 481. hoc alii aliter narrant: v. Not. ad Hygin. f. 176. Alii filium Nyctimum aiunt mactatum: v. apud Schol. Lycophr. l. c. alii nepotem Arcadem: Eratoſth. 8. Hygin. P. A. II, 4. alii obſidem: Ovid. Met. I, 227. — §. 6. *Τραπεζοῦς.* Narrant hoc omnes

ſupra laudati, etiam Eratoſth. cf. ad Hygin. cf. 176. At Pauſan. p. 602. nomen vrbis a filio Lycaonis Trapezeo repetit: cf. Steph. h. v. in quo nomen filii male ſcribitur Τραπεζοῦς. eſt Τραπεζεὺς, etiam ap. Schol. Lycophr. l. c. ἀνασχοῦσα γὰρ ἡ Γῆ. Scilicet Iupiter τὴν Ἀρκαδίαν συνεχῶς ἐκεραύνωσεν, ἕως ἡ Γῆ παρακαλοῦσα τὸν Δία, τὴν χεῖρα ἐξέτεινε. διό φασι πρώτως ἐν Ἀρκάσιν ἐκεχειρίαν γενέσθαι. Schol. id. ibid.

ſ. 2. *Diluuium Deucalioneum:* Superius narrata ſpectarunt ad tempora ante-diluuiana; ex quibus antiqua memoria manſerat efferatorum ad extremam improbitatem hominum. Ad ſimilem perſuaſionem inſtruxit aetates ſuas Heſiodus: τοὺς μὲν ἔπειτα Ζεὺς Κρονίδης ἔκρυψε. Bene haec! modo Iupiter meliores, non autem deteriores homines creaſſet! *Deucalionei diluii* memoria ſupererat in fabulis Atticis, Delphicis, Eliacis, et, vt h. l. videmus, in Arcadicis, Nycteo regnante: conuenit Schol. Lycophr. l. c. 481. (add. ad v. 72.) et Schol. Eurip. Or. 1646. (1678). Hoc idem ſequutus Ovidius ingenioſe Lycaonis inhumano facinori ſubiecit diluuium. Met. I. Sed chronographi de tempore diuerſis modis ſtatuerunt: ſufficit vel Simſonum inſpicere ad a. 2492. cf. Grabe ad Tatian. p. 132. §. 2. De *Calliſto* fabula multis modis tractata a poetis, inprimis ab eo poetarum et ſcriptorum genere, quod aſtrologicas fabulas perſequi coepit. Aeſchyli Calliſto memoratur in Heſychio in Παντίας βήσσας. De *Eumelo* et de *Aſio* v. Ind. auctor. Lycaonis filiam Calliſto edit etiam Pauſan. VIII, 3. p. 603. *Cetei* filiam ſi dixit Pherecydes, (cf. Sturz. p. 205) referendum ad eum eſt doctum Scholion Eurip. Or. l. c. Sequutus erat hoc idem Ariaethus ap. Hygin. P. A. II, 1. Idem tamen non Calliſto, ſed Megiſto nomen ediderat; ibid. at Themiſto, Iſter ap. Steph. in Ἀρκάς, (vbi pro Ἄρκτῳ γὰρ ὑφ᾽ Ἥρας

αὐτὴν ὀνομασθῆναι leg. *ὁμοιωθῆναι*) quem locum transcripsit Eustath. ad Il. *β*. p. 300. A Ceteo videndum est an dicti fuerint Κήτειοι Mysi Od. λ, 520. §. 4. Dianae assimulatum Iovem narrant vulgo omnes. cf. Hygin. P. A. II, 1. fab. 176. 177. et ibi Intpp. §. 5. Iunonis fraudem plerique agnoscunt: etiam Schol. Il. σ, 487. ex Callimacho. Pausan. l. c. p. 603. Erat hoc ipsum ab Hesiodo traditum: vt diserte edocet Eratosth. c. 1. (ad quem cf. doctam notam Koppiers. Obss. p. 94) ornate expositum ab Ovid. Met. II, 405 sqq. cf. Hygin. f. 177. et not. §. 7. *Arcadem* factum *Arctophylacem* noster non memorat: quae tamen communis narratio: cf. Eratosth. c. 8. nec, nomen Arcadiae ab Arcade ductum: v. Pausan. l. c. Eum a Maia esse educatum, alibi narratum non memini.

Cap. 9.

§. 1. De *Arcadis* stirpe cf. Pausan. VIII, 4. §. 2. *Elatus* et *Aphidas*. nomina clara inter Arcades. *Azanem* addiderant alii, etiam Pausan. l. c. *Elati* filii ex Laodice, Cinyrae filia, quae eadem esse videtur, quae inf. c. 14, 3. §. 4. Laogore est, *Stymphalus* et *Pereus*: tres alios Pausan. addit ibid. p. 605. *Aepytum*, *Cyllenem*, *Ischyn*; hunc postea videbimus c. 10, 3. p. 233. *Aepyti* clarum nomen fuit; educauit Evadnen ap. Pindar. Ol. 6, 54. eius sepulcrum memoratum Homero Il. *β*, 604. et Theocr. Id. I, 125. 6. cf. Pausan. VIII, 16. Σθενέβοιαν, ἣν γαμεῖ Προῖτος. Nunc alios auctores sequitur, quam sup. II, 2, 1. vbi Amphianactis filia erat. an hunc ex Aphidante factum putabimus: Ἀμφιάνακτος pro Ἀμφιδάμαντος? Teneremus hoc, si Euripidis Bellerophontes superesset.

§. 3. De *Auge* iam sup. II, 7, 4. §. 1. fere eadem vidimus. cf. Obss. p. 189. Similia fere habet Schol. Lycophr. 206. Itidem *Neaeram* Perei filiam idem memorat, Pausan.

quoque l. c. p. 605. ſed Autolyco nuptam. Mirum in modum adornatam fabulam diſerte narrat Alcidamas Or. Ulyſſis in Palamedem, p. 70. ed. Reisk. *Cepheus* et *Lycurgus.* Adiungit *Amphidamantem* Pauſan. VIII, 4. p. 606. iidem apud Apollon. I, 161 ſq. cum Lycurgi filio Ancaeo, de quo paullo poſt. De *Cepheo*, quem Hercules belli ſocium in Hippocoontidas habuit II, 7, 3. §. 4. et qui inter Argonautas fuit: I, 9, 16. §. 8. p. 83. vide ſup. Obſſ. p. 188. Eius filia *Aerope* a Marte compreſſa, Pauſan. VIII, 44. extr. vnde natus *Aeropus*, pater *Echemi*, qui cum Hyllo pugnauit ſup. Obſſ. p. 204. extr. *Auge* Minervae ſacerdos. Scilicet Tegeae Aleae Minervae inprimis celebris religio: v. Pauſan. VIII, 45. p. 693. Auge *φωραθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρός.* plenius apud eund. c. 4. p. 606. *ἐφωράθη τετοκυῖα ἐξ Ἡρακλέους.* apud Strabon. XIII. p. 915. B. *ὑπὸ Ἀλέου — φωράσαντος τὴν τοῦ Ἡρακλέους φθοράν.* eod. loco apponitur argumentum Euripidei Telephi, in quo mater cum filio arcae incluſa ad Caici oſtia enatauit. Conuenit Pauſan. altero loco p. 606. Alii poetae Augen abduci et in mare proiici, modo cum puero, modo nondum enixam, narrauerant; alii variauerant alia. Proxime ad noſtrum Diodor. IV, 33. *ἐπὶ θανάτῳ.* at ſup. p. 214. a patre ablegata fuit, vt in ſeruitutem venderetur. Obſeruata diſcrepantia etiam aliis, vt Goenſio Obſſ. p. 52. qui coni. *ἐπ' ἐξαγωγῇ.* ſed diuerſos auctores ſequi noſter auctor putandus eſt. *παραλαβὼν αὐτὴν ἔφθειρε.* atqui ſupra II, 7, 4. erat: *αὐτὴν γυναῖκα ἐποιήσατο.* Iudicium apponit Commelinus: non eſſe haec *ἀσύστατα.* equidem hoc concedam; alienum tamen ab vſu loquendi et narrandi; etiam Pauſan. VIII, 4. extr. *συνῴκησεν* (non *ισεν*) *ἐρασθέντι τῷ Τεύθραντι*, et Schol. Lycophr. 206, vbi noſtrum exſcribit, *γυναῖκα ἔσχε.* alterum ſubſtituere in promtu ſane eſt; nec tamen licet aſſequi, vnde corruptela inferri potuerit: niſi forte

fuit *παρέλαβεν αὐτὴν*, et, cum erratum eſſet *πάρχλαβὼν*, ſuppleuit alter ex eod. loco II, 7, 4. vbi de Hercule *ἀγνοῶν ἔφθειρε.* Verum quidni et hoc diuerſimode a tragico tractari potuit! *ζητήσας τοὺς γονέας.* Ad hos errores Telephi ſpectat egeſtas, a Tragicis celebrata; vnde illud Timoclis Comici: *ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης πτωχότερον αὑτοῦ καταμαθὼν τὸν Τήλεφον γενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.* cf. Ariſtoph. Nub. 918. Ran. 866. vbi Spanhem. Fuere autem Aeſchyli Μυσοὶ et Τήλεφος, idem, ſuſpicor, drama; Euripidis Auge et Telephus. Porro Agathonis Μυσοὶ et Τήλεφος. Etiam Iophontis Telephus. Sed res ſatis nota vel ex Horatiano: *dolet ſermone pedeſtri Telephus et Peleus, cum pauper et exul vterque* etc. De oraculo haec ſunt apud Svidam in ἔσχατος Μυσῶν πλεῖ. *ἔνιοι τὴν παροιμίαν τοῦ χρησμοῦ λέγουσι Τηλέφῳ μαντευομένῳ γεγονέναι περὶ γονέων, ἐπὶ τίνας τόπους ἐλθὼν, εὕροι τοὺς γονεῖς. τὸν δὲ θεὸν προστάξαι, πλεῖν ἐπὶ τὸν ἔσχατον Μυσῶν. ἀφικόμενον δ' εἰς Τευθρανίαν, νέμεσθαι δὲ ταῦτα τὰ χωρία Μυσούς, ἐπιτυχεῖν τῇ μητρὶ αὐτοῦ* Venerat eo Telephus, vt matrem reduceret in Arcadiam; vt Epigr. Cyzic. 11. *εἵνεκα ματρὸς Αὔγης τᾶσδ' ἐπέβαν γᾶς Τευθραντιάδος-ὄφρα μιν ἄψ ἀνάγω ἐς πέδον Ἀρκαδίης.*

ſ. 2. *Lycurgus*, obſcurus alioqui homo, vt Pauſan. VIII, 4 extr. ait, ex Homeri tamen loco Il. η, 142 ſq. notus, claros filios habuit *Ancaeum*, *Epochum*, *Amphidamantem*, *Iaſum.* Ancaeus venationi Calydoniae interfuit ſup. I, 8, 2. §. 8. p. 54. et expeditioni Colchicae I, 9, 16. p. 83. Apollon. I, 164. Epochum Schol. eod. loco v. 164. 172. memorat, modo Ἐπίοχον, modo Ἔποχον. Epochum cum Ancaeo agnoſcit Pauſan. p. 606. ſed ignorat reliquos, quia ei Amphidamas Lycurgi frater, Alei filius eſt. Iaſus, qui et Iaſius, filia Atalanta inclaruit. Porro pro Cleophile vel Eurynome, tertia vxor Lycurgi Antinoe editur

apud Schol. Apollon. l. c. I, 164. Euryſthei vxor *Antimache.* in Anaglypho Farneſio Admeta mater et filia editur: vid. ſup. Obſſ. p. 154. 155. ad II, 5, 9. §. 2. *Iaſi* et *Clymenes* f. *Atalanta.* Clymenae duae confuſae ſunt apud Schol. Odyſſ. λ, 325. haec altera e Minyae filiabus; nam Minyadum magnus fuit numerus, a quibus orti Minyae: vid. Obſſ. p. 73. Schol. Apollon. I, 230. Perizon. ad Aelian. III, 42. et XIII, 1. notiſſimum caput de Atalanta. Verheyk. ad Antonin. Lib. 10 pr. §. 2. De *Atalanta* Iaſi f. Arcadica puella venatrice, monitum ſup. Obſſ. p. 49. ad I, 8, 2. §. 4. Gale ad h. l. add. Burman. Catal. Argonaut. et add. Ovid. Met. VIII, 318. X, 560. ad Hygin. f. 185. item f. 99. 173. ad Propert. I, 1, 9. Sufficere tamen poteſt vel vnus Simſon. p. 262. 3. Ad ſeqq. §. 3. cf. Aelian. V. H. XIII, 1. qui ſophiſtae alicuius ſeu rhetoris ſcrinia expilauit. Ῥοῖκος καὶ Ὑλαῖος. de caede hac Centaurorum v. Callimach. in Dian. 221. vbi cf. Spanhem. Rhoetum fere Romani ſcriptores appellant, vt obſeruatum a Bentl. ad Horat. II, 19, 23. De Hylaeo vid. ad Virgil. II. Ge. 457. et Propert. I, 1, 13. §. 4. ἐπὶ τὸν Καλυδώνιον κάπρον ſup. I, 8, 2. ἐν τῷ ἐπὶ Πελίᾳ τεθέντι ἀγῶνι. ſunt hi ludi ab Acaſto facti in patris funere. cf. I, 9, 28. §. 1. vid. Obſſ. p. 92. 93. De iis loc. claſſ. in Pauſan. V, 17. p. 421. vbi inter argumenta arcae Cypſeli ſunt. Qui in iis vicere, recenſentur apud Hygin. f. 273. nec tamen in iis Atalanta memoratur; ſed Peleus victor lucta. Pugilatu certauerant Neſtor et Pollux, tum lucta Neſtor et Alcaeus Quint. IV, 307 ſq. Interfuerant iisdem ludis Boreadae apud Apollon. I, 1304. At de loco Callimachi in Dian. 202. 8. dubito an recte ad agonem funebrem Peliae referatur. Videtur ſimpliciter locus apud Iolcon declarari per παρὰ τύμβον Ἰώλκιον; nam reſpicit poeta pugnam Cyrenes cum leone apud Pindar. ornate expoſitam P. IX.

cf. Nonnus lib. 28, 180. At ſeq. de curſus certamine propoſito ad alteram Atalantam Schoenei f. ſpectant paſſim cum altera confuſam; de curſu nota loca ſunt apud Ovid. Met. X, 560 ſq. Hygin. f. 185. §. 6. *Poma a Venere accepta.* vid. Ovid. Met. X, 644 ſqq. Philetas in Schol. Theocr. 2, 118. *τά οἱ ποτὲ Κύπρις ἑλοῖσα μᾶλα Διωνύσσου δῶκεν ἀπὸ κροτάφων. mala Dionyſi, quae Hippomeni Venus dedit detracta capiti ſuo.* Alter Schol. ad ad 3, 40. minus docte poma Heſperidum ſubminiſtrat. Nouo modo apud Muſaeum vſ. 154 ſq. Venus Atalantae irata, quod amare noluerat, inſanum in Milanionem amorem iniecit. *εἰς τὸ τέμενος Διός.* Cybeles fanum eſt apud Ovid. Met. X, 686. vnde ſimul patet, in Boeotia ad Oncheſtum hoc certamen curſus eſſe factum. Iouis tamen fanum etiam Hygin. l. c. memorat. §. 8. In ſeqq. (multo magis ſup. I, 8, 2. §. 4. p. 55. vbi erat: Ἀταλάντῃ Σχοινέως ἐξ Ἀρκαδίας) apparet ipſum Apollodorum de diſcrimine vtriusque Atalantae (vid. paullo ante ad §. 4.) non recte ſtatuiſſe. Recte Heſiodus Iaſi filiam Arcadem puellam, a Schoenei filia, quae Boeotica fuit, diſtinxit. At idem Hippomenem tradiderat nudum certaſſe: quo ipſo aſſeuerauerant veteres Heſiodum iuniorem eſſe, ap. Euſtath. p. 1324, 17. quod ſpectat ad quaeſtionem tam varie agitatam de nuditate certantium: dum non diſcernebant Olympia ab aliis, etiam heroicae vitae. *Schoeneum* inter Athamantis filios vidimus I, 9, 2 extr. fuit Schoenus Boeotiae vicus, Il. β, 497. vbi ab hoc Schoeneo illum dictum putat Schol. Idem tamen de Schoenunte Arcadiae aſſerit Stephan. in h. v. cf. Pauſan. VIII, 35 extr. Εὐριπίδης. an in Meleagro? *Maenalum* inter Lycaonis filios vidimus. vix tamen is huc referri poterit. De *Hippomene*, Megarei f. vid. l. c. Ovid. Met. X, 605. et not. item ad Hygin. f. 185. §. 9. *Parthenopaeus*, Atalantae proles: in-

telligenda Arcadica. Male Diodor. IV, 65. Schoenei filiam matrem edit. Milanionis filius erat Parthenopaeus ſup. III, 6, 3. §. 3. vbi vid. Obſſ. nunc nouum accedit hoc, quod Martis filius ab aliquo poeta fuit editus; e Meleagro natus eſt apud Hygin. f. 70. et 99.

Cap. 10.

Sequitur altera pars *mythorum Arcadicorum*, cum *Laconicis* et *Troianis* fabulis coniuncta, quae ex iis, tanquam vinculo aliquo, aptae et nexae ſunt c. 10. 11. 12. ſ. 1-6. Procedunt haec omnia a VII. *filiabus Atlantis*, quarum vna, vel duae, a mortalibus, reliquae a diis amatae fuere, duae *Celaeno* et *Alcyone*, a Neptuno; tres a Ioue: *Maia*, e qua *Mercurius* natus ſ. 2. *Taygete*, Lacedaemonis mater, quae *Laconicis fabulis* locum facit ſ. 3-9. c. 11. tandem *Electra* viam munit *fabulis Troianis* c. 12.

ſ. 1. In *Atlante* diuerſa mythorum genera confuſe cumulata ſunt. Erat Atlas in theogonicis carminibus: hinc in Titanomachiis; tum mons extremae Africae, qui ſub ſole occidente continentem finit, conuexa caeli tanquam onus ſuſtinere videri poterat; inde liberior poeticis figmentis campus. Frequentari illa coepere in Perſei et Gorgonum, tum in Heſperidum fabulis, et in Heracliis: v. ſup. II, 5, 11. Tandem in Arcadiam immigrauit totum hoc genus, variisque modis fuit tractatum et ornatum, aſtronomicis fabulis aſſumtis, propter Pleiadum genus ab Atlante ductum. Fundus rei iam in Homero eſt, cui Atlas prudens et maris profunda noſſe et columnas, quibus caelum ac terra ſuſtinetur, tenere dicitur, Odyſſ. α, 52. 53. phantasmate hoc a monte ducto, cuius radices extremae in maris fundum procurrunt, caelo vertici incumbente. Ex Schol. Il. σ, 486. intelligo, in fabulis

Atlanticis Hellanicum praeiuiſſe. (hauſit ex eo loco ſua Eudoc. p. 339). §. 1. Sequitur τὸ γένος Ἀτλαντικὸν, quod ſup. I, 9, 5. memorauerat, vbi de Periere agebat: de quo mox videbimus ſ. 4. §. 5. Πληϊόνη et Πληϊάδες. Ionicam ac poeticam formam ſequuntur et alii, etſi ſint Πλειάδες, et Πλειόνη. Plures de Pleiadibus fabulas collectas vid. in Schol. Homer. l. c. add. Schol. Pindari N. 2, 17. Eratoſth. 23. Schol. Apollon. III, 22. (nimis diuerſam, ab Amazonibus petitam, diuerſa quoque nomina, habet Schol. Theocr. 13, 25. e Callimacho). Nomina Pleiadum h. l. ſunt eadem et eodem ordine, quo apud Aratum Phaenom. 262. 3. Ἀλκυόνη, Μερόπη τε, Κελαινώ τ' Ἠλέκτρη τε καὶ Στερόπη καὶ Τηϋγέτη καὶ πότνια Μαῖα. Nec aliter in verſſ. apud Schol. Pindari l. c. §. 2. *Siſyphum Meropen* duxiſſe, ipſe Apollodor. I, 9, 3. tradiderat. et ita fere omnes. At de altera, *Sterope*, non aeque conueniunt ſcriptores. *Vnam* tantum *Meropen* mortali nuptam, (quo factum, vt vna e Pleiadibus obſcurato lumine ſit; etſi alii aliter cauſſam narrarunt, apud Schol. Homer. l. c.) Siſypho, at *Steropen* a Marte amatam, ex eaque Oenomaum natum narrat Eratoſth. c. 32. Ita Oenomai matrem ediderunt Steropen et alii, inque iis Hellanicus princeps in Schol. Il. σ, 486. De hac diverſitate, cui locum fecit Pelopidarum ſtirps ſaepe a poetis expoſita, iam accurate actum ab Intpp. Hygin. f. 84. 159. et a Mezir. ad Ovid. T. II. p. 347 ſqq. add. Weſſeling. ad Diodor. III, 60. §. 3. *Celaeno* ad Thebanas fabulas ſpectat, ex hac Neptunus ſuſtulit *Lycum*, qui diuerſus eſt ab altero Lyco, Nyctei fratre, qui ſtatim memorabitur. Conuenit Eratoſth. c. 23. Κελαινὼ, ἐξ ἧς Λεῦκος leg. Λύκος quod in fortunatis inſulis, ex cauſſa nunc incognita, ille collocatus eſt, a valde antiquo poeta profectum eſſe debuit. Ita Rhadamanthum, Pelea, Cad-

mum, Achillem eo transtulerant: Pindar. Ol. 2, 137 sq. Additur Eurypylus apud Schol. Apollon. IV, 1561. Εὐρύπυλος Ποσειδῶνος υἱὸς καὶ καὶ Κελαινοῦς τῆς Ἄτλαντος qui ex Europa, Tityi filia, natus vulgo dicitur, inprimis a Pindaro P. 4, 81. sed satis de hoc Burman. Catal. Argon. Nycteum tertium filium e Celaeno addit Hygin. f. 157. sed idem eam Ergei filiam prodit. Prorsus ab his recedit Schol. Lycophr. 132. et 219. qui Lycum et Chimaereum e Celaeno et Prometheo natos memorat. §. 3. Αἴθουσα inter Apollinis amicas est et apud Clement. Coh. p. 27, 30. Ab *Eleuthere* dictae Eleutherae, vicus Boeotiae vid. Steph. in h. v. Alii tamen diuersum hunc ab altero faciunt: v. Intpp. ad Hygin. f. 161. et 225. Hyperetem et Anthen apud Troezenios pro liberis Alcyones et Neptuni habitos narrat Pausan. II, 30. p. 182. Fuit quoque Alcyone inter sacerdotes Argiuas: Dionys. I, 22. nisi forte Ἀλκινόη illa fuit, Stheneli filia, sup. II, 4, 5. §. 8. — §. 4. *Hyriei* et *Cloniae* liberi *Nycteus* et *Lycus*; cum his et Orion. v. Anton. Lib. 25. Schol. Il. σ, 486. cf. sup. Obss. p. 23. ad I, 4, 3. *Clonia* male scribitur κολονία ap. Schol. Lycophr. 328. Iam Nycteus et Lycus sunt iidem, de quibus sup. c. 5, 5. p. 267. est quidem ibi Νυκτέως τοῦ χθονίου sed hoc ab indocto homine insertum esse admodum probabile fit: v. Obss. ad e. l. *Lyci* nomen magnas facit turbas; et sunt fere tres, qui, vere diuersi, plerumque confunduntur; Lycus I. Celaenus et Neptuni f. Lycus II. Hyriei f. Nyctei frater. Iam tertius aliquis Lycus, Lyci II. filius apud Tragicos, iniurius in liberos Megarae, et ab Hercule interfectus: sup. Obss. p. 179. ad II, 6, 1. Eurip. Herc. fur. 27 sqq. et Hygin. f. 32. vbi et is ipse Neptuni filius editur. De *Antiope* sup. c. 5, 5. §. 5.

f. 2. Ad seqq. inprimis conferendus Hymnus Homericus in Mercurium. §. 2. Notum furtum vel ex Lu-

ciani D. D. 7. (vbi exemplis furtorum adde aliud ſatis lepidum in Schol. Il. ω, 24.) et in Hymno v. 151. — Iam εἰς Πιερίαν. ſic quoque in Hymno v. 70 ſq. Paullo aliter haec ornata et variata ſunt apud Anton. Lib. 23. §. 3. Res exponitur in Hymno v. 75 ſqq. etſi interpolato in loco; ibi boues conuerſas incedere facit, ipſe ſequitur, auerſus et ipſe, ſimul tamen, vt confundat veſtigia, frondibus ſubnexas habens plantas, quibus arenam verrat: igitur in Apollodoro ὑποδήματα τοῖς ποσὶ intell. αὐτοῦ, τοῦ Ἑρμοῦ. ne ipſarum boum veſtigia eſſe ſuſpiceris. τὰς μὲν βύρσας. hoc ipſum in Hymno v. 124. 403. 4. eo, puto, conſilio, vt aridis coriis vti poſſet; vti comburit carnes, ne furtum deprehendatur. §. 4. χελώνην. intellige teſtudinem e genere terreſtrium. §. 7. Obiurgationes Apollinis et minas vid. in Hymn. 253 ſq. §. 8. τὴν χρυσῆν ῥάβδον ἐδίδου. vid. Hymn. 509. 526 ſq. qui locus multis modis corruptus. Schol. Il. ο, 256. μειδιάσας δὲ ὁ θεὸς, ἔδωκεν αὐτῷ τὴν μαντικὴν ῥάβδον. ἀφ' οὗ καὶ χρυσόῤῥαπις ὁ Ἑρμῆς προσηγορεύθη. ἔλαβε τε (Apollo) παρ' αὐτοῦ τὴν λύραν. ὅθεν καὶ χρυσάωρ ὠνομάσθη, ἀπὸ τοῦ τῆς κιθάρας ἀορτῆρος. (Recentiorum hanc eſſe vocis χρυσάωρ interpretandi rationem, docent Grammatici ad Il. ε, 509. ſcilicet, antiquioris moris hoc epitheton eſſe, ignorabant, quo Apollini enſis aureus, vti Amyclaeo galea et haſta, erat. vid. Obſſ. ad loc. Homer. §. 9. τὴν διὰ τῶν ψήφων μαντικήν. Igitur haec diuinatio Mercurio propria fuit; erat inter genera diuinandi per ſortes, et potuit et ipſa eſſe varia, ſeu calculis quibus luditur, ſeu quibus computatur: ita etiam in genethliacis calculorum vſus erat, ad computandum ſcilicet: vt in Agathiae Epigrammate ad riſum compoſito Anthol. lib. II. p. 133. Stephan. Καλλιγένης etc. (nunc Brunk. Analect. Tom. III. p. 59. LXXI.) Proprio autem nomine ψῆφοι hae θριαὶ ſunt: vid. Etymol.

M. Stephan. Byz. in Θρία. Hefych. h. v. et ibi laudd. tributae tamen et hae Apollini a Callimacho in Apollin. 45. κείνου δὲ θριαὶ καὶ μάντιες. Apud Zenob. V, 75. Minerva earum inuentrix traditur. In Hymno v. 543 fq. ad Moeras ablegatur ab Apolline Mercurius, vt ab iis fata difcat, vaticinandi arte ceteroquin interdictus, quam hic cupit addifcere et tractare, ἐπελθεῖν. §. 10. Non modo nuntius deorum conftitutus eft; fed et pincerna. Saltem οἰνοχοεῖ τοῖς θεοῖς παρὰ Σαπφοῖ teftante Athenaeo V. p. 192. C.

f. 3. *Taygete*, parens Lacedaemonis, a quo ftirps Laconum duci folet v. Paufan. III, 1. add. Schol. Eurip. Or. 626. — *Lapithas*, indigena, cuius monumentum, Lapithaeum, in Taygeto monte, memoratur a Paufan. III, 20. p. 262. diuerfus ille puto a Lapitha progenitore Lapitharum in Theffalia. ap. Steph. in Λαπίθη Diodor. IV, 69. De *Hyacintho*, cuius fepulcrum erat Amyclis in Apollinis fano, fecundum Paufan. II, 18, 19. egi in commentatione fingulari (*antiquarifche Auffätze* P. I.). Hic *Perieres* Cynortae f. ab aliis inter Aeoli filios referri folitus, vt fup. I, 9, 5. vidimus, vbi ad h. l. nos remittebat auctor, et iterum mox f. 4. extr. Scilicet duplex Tyndarei origo fuerat edita; fiue ita tradita fiue tragicorum licentia. *Gorgophonen* ille ducit: v. ibid. et II, 4, 5. §. 2. Στησίχορός φησι. forte in Helena. *Apharei* feu Apharetis filii, *Apharetidae* dicti poetis, faltem Idas et Lynceus, funt inter notiffimos: v. Theocr. 22. Pindar. N. 10, 112 fq. Apollon. I, 151 fq. De *Ida* fup. I, 7, 8. 9. de *pugna cum Diofcuris* mox c. 11, 2. *Pifus* minus clarus; occurrit tamen in arca Cypfeli, inter certantes in ludis funebribus Peliae, Paufan. V, 17. p. 421. *Arene* Oebali filia. Sic Pherecydes in Schol. Apollon. I, 152. at Polydoram Pifander, Laocoofam Theocritus prodiderat. Λαοκόωσαν, (in Theocr. Id. 22, 206. Λαοκόοσσα editur), ἢ Ἄρνης τῆς Αἰό-

λου addit Schol. Lycophr. l. c. Ab Arene vrbs Meſſeniae dicta, v. Pauſan. IV, 2. §. 6. *Leucippi filiae*, Leucippides, et ipſae ſatis clarae: de earum raptu mox c. 11, 2. §. 7. De *Arſinoe* praecipuus auctor Aſclepiades ἐν Τραγῳδουμένοις apud Schol. Pindari l. c. P. 3, 14. verſus: ἡ δ' ἔτεκ' ἐν μεγάροις Ἀσκληπιὸν, ὄρχαμον ἀνδρῶν, Φοίβῳ ὑποδμηθεῖσα, ἐϋπλόκαμόν τ' Ἐρίωπιν. et poſtea: Ἀρσινόη δὲ μιγεῖσα Διὸς καὶ Λητόος υἱῷ τίκτ' Ἀσκληπιὸν υἱὸν ἀμύμονά τε κρατερόν τε. Arſinoen addit quoque Pauſan. II, 12. p. 237. IV, 3. pr. IV, 31. p. 358. vbi Meſſenios Aeſculapium ex ea natum tradidiſſe profitetur. De *Aeſculapio* fabularum varietas diſerte a noſtro expoſita, ſaltem ex parte; add. Pauſan. II, 26. p. 170 ſqq. Schol. Pindari P. 3, 14. Schol. Il. δ, 193. 194. emendandum ex Ven. A. Induxit haec varietas Ciceronem, aut Stoicos, quos exſcripſit, de N. D. III, 22. vt tres Aeſculapios fuiſſe traderent. Petitum hoc a frigido illo philoſophorum acumine fabulas in ordinem redigendi. Immo vero tenendum, diuerſis modis fabulas has tractatas et ornatas fuiſſe a poetis. Ita natus ille dicitur pluribus locis ſalubritate claris, v. c. ad fluuium Lethaeum circa Triccam Theſſaliae apud Strabon. XIV, p. 957. D. ἐκ Κορωνίδος τῆς Φλεγύου ἐν Θετταλίᾳ, Lariſſae, ſeu vt alii, et ipſe Pherecydes, Laceriae ad Paludem Boebeidem: v. Schol. Pindari P. 3, 60. Prouocat ad h. l. Theodoretus de Gr. affect. Serm. 8. notante Galeo. Traditus erat hic ortus in Hymno Homer. in Aeſculapium. (n. XIV.) et in verſſ. Heſiodi ex Eoeis, quos excitant Strabo IX. p. 674. C. (442.) et XIV. p. 958. A. (647.) Stephan. Byz. in Ἄμυρος et Schol. Pindari P. 3, 14. et 48. tum in ipſo Pindaro, eo loco. Sed pleniores illos verſus, quam in Fragmentis Heſiodeis extant, apponemus: Ἢ οἵη Διδύμους ἱεροὺς ναίουσα κολωνοὺς, Δωτίῳ ἐν πεδίῳ, πολυβότρυος ἄντ' Ἀμύροιο, νίψατο Βοιβιάδος λίμνης πόδα

παρθένος ἀδμής . . . . Τῷ μὲν ἄρ' ἄγγελος ἦλθε κόραξ ἱερῆς ἀπὸ δαιτὸς Πυθὼ ἐς ἠγαθέην, καὶ ἔφρασεν ἔργ' ἀΐδηλα Φοίβῳ ἀκερσικόμῃ, ὅτι Ἴσχυς γῆμε Κόρωνιν Εἰλατίδης Φλεγύαο διογνήτοιο θύγατρα. Aut qualis Didymos facros colles inhabitans, in campo Dotio (Theſſaliae de quo v. dicta ſup. ad III, 5, 5. §. 3.) *ex aduerſo vrbis Amyri uvis fertilis, in Boebiade palude lauit pedem virgo innupta — Ad deum nuntius venit a ſacris epulis* (hoc non ſatis aſſequor: an fuit *ἱερῆς ἐπὶ δαιτὸς in ſacro Delphico*, cui intererat deus? *τῷ μὲν* autem legendum; non *τῇ*) *coruus Delphos et indicauit* facinus indignum *Phoebo intonſo, quod Iſchys Elati f. duxerat vxorem Coronidem Phlegyae* a diis *genus ducentis filiam.* Fuit illa Ixionis ſoror, ſi quidem a Phlegya nata eſt. Alteram hanc de Coronide Aeſculapii matre famam, in quam et Pherecydes conſenſerat lib. I. (v. Schol. Pindari P. 3, 60.) tuebantur Epidaurii; et confirmatam eam reſponſo Apollinis legere licet ap. Pauſan. l. c. p. 171. De *Coronide* hac v. Heinſ. ad Ovid. Met. II, 542. Hygin. f. 202. et ibi laudd. Munk. ad Lutat. II, 7. §. 8. Iſchys eſt ſatis notus Elati f. v. Pindar. P. 3, 55. Pauſan. II, 26. add. Hymn. in Apollon. 209. 210. Sed ex Arcadia translata in hac fabula omnia ſunt in Theſſaliam; Elatus, Iſchys, Coronis, et Phlegyas; cf. Obſſ. ad III, 5, 5. §. 5. *τὸν μὲν ἀπαγγείλαντα κόρακα.* de *coruo* hoc v. Schol. Pindari P. 3, 59. vnde patet, Pherecydem fuiſſe auctorem eius fabulae, et Ovid. Met. II, 534. 596. Vt coruo pro indice vteretur poeta aliquis, ex augurio duci potuit. Simili modo cornicis monitum comminiſcitur Apollonius III, 926 ſqq. docte quidem, nec tamen iudicio ſatis ſubtili. Decentius apud Pindar. l. c. P. 3, 46 ſq. Apollo Delphis tum verſatus reſciuit hoc per fatidicam ſuam ſcientiam. §. 10. *καιομένης δὲ αὐτῆς.* Sequentia praeclara expoſuit Pindar. l. c. P. 3, 68 ſq.

πρὸς Χείρωνα ibid. v. 9. et 79. et N. 3, 94. vbi v. Schol. §. 11. Quis primus abſurdum hoc figmentum de Meduſae ſanguine pro medicamine adhibito in medium protulerit, non reperio; occurrit illud quoque in Eurip. Ione, vbi Creuſa duas guttas ſanguinis Gorgonei habet, quarum altera Ionem tollere decreuit vſ. 1002. iis omiſſis Pindar. l. c. 83. partim carminibus, partim herbarum ſuccis, amuletis et ferro admoto, eum morbos curaſſe narrat, genera autem morborum deſignat vulnera ſponte nata, aut externa vi facta, aut calore ſeu frigore male affectis corporibus. §. 12. Memorantur h. l. plures, qui a diuerſis auctoribus traduntur ab *Aeſculapio* in vitam reuocati eſſe, *Capaneus*, *et Lycurgus*, *Eriphyle*, *Hippolytus*, *Tyndareus*, *Hymenaeus*. Sunt fere eadem aut ſimilia in Schol. Pindari P. 3, 96. et Schol. Eurip. Alc. 2. (ſed potiſſimum Sext. Empir. I, 12. adv. Grammat. p. 271. videndus. Illuſtrauit locum Hemſterh. in Lucian. T. I. p. 235. plura cumulauit Ackerman. ad Seren. Sammon. p. 2.) Apud vtrumque Scholiaſten eſt: Στησίχορος δὲ ἐπὶ Καπανεῖ καὶ Λυκούργῳ. (ſc. αὐτὸν κεραυνωθῆναί φασιν) ſi haec recte ſe habent, neceſſe eſt in noſtro mendum cubare. Aegius et Galeus legunt: Καπανέα καὶ Λυκοῦργον, ὡς Στησίχορος λέγει· Ἐριφύλην καὶ Ἱππόλυτον, ὡς ὁ. His tamen aliunde nulla fides: et turbatum in ipſis Grammaticis video: vt reliqua praeteream, in Schol. Eurip. Apollodoro hoc tribuitur, quod Hippolytum reſuſcitaſſe Aeſculapius fertur. Ἀπολλόδωρος δέ φησι, κεραυνωθῆναι τὸν Ἀσκληπιὸν ἐπὶ τῷ τὸν Ἱππόλυτον ἀναστῆσαι. Atqui in ipſis Apollodori verbis: Ἱππόλυτον, ὡς ὁ τὰ Ναυπακτικὰ γράψας. de hoc carmine v. Ind. Anott. At enim medela loci aliunde obtingit. Sextus l. c. Στησίχορος μὲν ἐν Ἐριφύλῃ εἰπὼν, ὅτι τινὰς τῶν ἐπὶ Θήβαις πεσόντων ἀνιστᾷ. bene ibi Fabric. noſtri memor fuit: eſtque ideo in h. l.

ſic legendum: *εὗρον δέ τινας λεγομένους ἀναστῆναι ὑπ' αὐτοῦ. Καπανέα μὲν καὶ Λυκοῦργον, ὡς Στησίχορός φησιν ἐν Ἐριφύλῃ.* Steſichori carmen, Eriphylen, alibi memoratum non memini; fuere in eo res Thebanae expoſitae, et in his nouatum hoc, quod Capaneum et Lycurgum in vitam reuocatos ab Aeſculapio tradiderat. Suſpicor ad bellum Epigonorum haec ſpectaſſe, et reuixiſſe in eo Capaneum cum Lycurgo Pronactis f. de quo paullo poſt: vt de Iolao ſimile quid proditum vidimus ſup. Obſſ. p. 202, ad II, 8, 1. §. 3. ad Lycurgum Thracem referre maluit vir doctus ad Rheſum Eurip. 973. praeſidium tamen in ipſo Apollodoro haud video. Reſtat nunc altera difficultas de Hippolyto, in quo ad Naupacticorum ſcriptorem prouocatur. Sane quidem de eodem Staphylum in Arcadicis excitat Sextus Empir. l. c. ſed ibi teſtimonium dicere iubetur pro temporis nota, quod facta res dicitur in fuga ex Troezene. Alioqui Hippolytus ad vulgarem narrandi morem eſt referendus. cf. vel Virgil. Aen. VII, 770 ſq. Tibull. II, 3, 11. Sic eum Eratoſth. c. 6. et 29. memorat; et Hygin. f. 49. vna cum Glauco (vbi v. Munk.) et, ex Eratoſthene, P. A. II, 14. p. 453. vbi et inter ſidera relatum Hippolytum et Aurigam factum videmus: quae Troezeniorum narratio fuit ap. Pauſan. II, 32. Vltimum inter reſuſcitatos Hippolytum fuiſſe monet Eratoſth. l. c. c. 6. Altero loco c. 29. etiam exulantis apud Hyperboreos Apollinis meminit, de quo cf. Schol. Apollon. IV, 611. vbi Apollinis lacrimae in ſuccinum mutatae ſunt. In Apollodoro Ἱππόλυτον alieno loco inſertum ſuſpicari licet: fuit forte: *ἀναστῆναι ὑπ' αὐτοῦ Ἱππόλυτον. Καπανέα δὲ καὶ Λυκοῦργον, ὡς Στησίχορός φησιν ἐν Ἐριφύλῃ, καὶ ὁ τὰ Ν. σ. λέγει.* *Lycurgus*, paullo ante memoratus, qui fuerit, quaeras. Vnum Pronactis f. I, 9, 13. alterum, Pheretis f. I, 9, 14. Opheltae patrem, ſupra vidimus

c. 6, 4. tertium Alei f. III, 9, 1. 2. alterutrum ex prioribus illis fuiſſe, neceſſe eſt, de quo hoc in rebus Thebanis traderetur: nam ad bellum Thebanum vterque reuocandus: cf. Obſſ. p. 68. ad I, 9, 13. et, ſi recte colligo, priorem, quandoquidem cum Capaneo coniunctus eſt: cf. paullo ante de Steſichori Eriphyle. Si *Panyaſis* in Heraclea huius famae auctor fuit, in bello cum Hippocoontidis id locum habere debuit, (v. ſup. II, 7, 3. §. 2. p. 212). *Tyndarei* reuocati in vitam mentio fit frequentior: v. Zenob. I, 47. Lucian. de Saltat. 45. Plin. XXIX, 1. vbi cf. Harduin. At de *Hymenaeo* etſi plures ſunt fabulae, ſimile quid vix alius quis memorat; ab Orphicis multo minus id expectarem; his igitur illuſtrandis non habeo quod afferam. An eo ſpectauit, quod e Proclo ap. Phot. p. 987. l. 24. eſt, Hymenaeum cani κατὰ πόθον καὶ ζήτησιν Ὑμεναίου τοῦ Τερψιχόρης, ὅν φασὶ γήμαντα ἀφανῆ γενέσθαι. miro figmento, etſi haud abſurdo, cum toties nuptiis factis Hymenaeum auolaſſe viderimus. De *Glauco* Minois f. v. ſup. III, 3, 1. Alios in vitam reſtitutos memorat Sextus l. c. Schol. Eurip. l. c. inter hos Proeti filias: has etiam Sextus Empir. l. c. ex Polyantho Cyrenaeo: qui idem reponendus in Schol. Eurip. pro Polyarcho, vt docuit Voſſ. de Hiſt. Gr. p. 186. B. Opp. Nullum nomen apponit, ſed auaritia Aeſculapium adductum vitae reſtituiſſe aliquem vita functum, narrauit Pindar. l. c. et ex eo Plato.

ſ. 4. §. 1. Ζεὺς δὲ φοβηθεὶς, μὴ λαβόντες ἄνθρωποι θεραπείαν, παρ' αὐτῶν βοηθῶσιν ἀλλήλοις, ἐκεραύνωσεν αὐτόν. Vertuntur: *ne, ſi mortales hanc medendi rationem adipiſcantur, ſuis ſe viribus viciſſim adiuuerint* quae nec cum Graecis conueniunt et ſenſu idoneo carent. Saltem ſcribendum: μὴ λαβόντες ἄνθρωποι θεραπείαν παρ' αὐτοῦ, βοηθῶσιν ἀλλήλοις, *ne homines medendi artem edocti ab illo, ſibi mu-*

tuam operam praestarent, eoque se, inuitis diis, adiuvantes, a morte vindicarent, non autem salutem a diis per sacra facta flagitarent. Vel sic tamen parum placet enuntiatio loci. Auget suspicionem Zenob. l. c. I, 18. in quo est: *διὰ γοῦν τὸ μὴ δόξαι τοῦτον παρ' ἀνθρώποις εἶναι θεὸν, ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσε.* et Eratosth. c. 6. *καὶ τῶν θεῶν δυσχερῶς τοῦτο φερόντων, εἰ αἱ τιμαὶ καταλυθήσονται αὐτῶν, τηλικαῦτα ἔργα Ἀσκληπιοῦ ἐπιτελοῦντος, λέγεται* etc. Certe a metu ne honores deorum minuerentur, profecta est Iovis seueritas. *ἐκεραύνωσε* Sic et alii: Pindar. l. c. P. 3, 96 sq. Aeschyl. Agam. 1030. Plutonis de Aesculapio querelae pro caussa memorantur ap. Diodor. IV, 71. Aliae caussae videndae apud Schol. Eurip. Alcest. pr. Apollodoro ante oculos est Eurip. Alcestis pr. qui Hesiodum sequutus erat. Vulgaris ratio operarum Admeto addictarum traditur amor Admeti: cf. sup. I, 9, 15. cuius praecipuus auctor Callimachus laudatur a Schol. Il. β, 766. (vti antiquior ratio necessitatis a Iove impositae a Pherecyde repetitur, recte. vid. verba mox e Schol. Eurip. afferenda). Callimachi locus est H. in Apollin. 48. 49. Apud Schol. Eurip. l. c. praecipuus auctor Rhianus laudatur: *Ῥιανὸς δέ φησιν, ὅτι ἑκὼν ἐδούλευσεν αὐτῷ δι' ἔρωτα τοῦ Ἀδμήτου.* (aut tollenda postrema, aut *αὐτῷ*) Amor hic Admeti et vita pastoritia Apollinis varie a poetis etiam Romanis tractata et ornata est; quod satis constat: vid. laudd. ad Hygin. f. 49. n. 11. Meziriac. ad Heroid. Ovid. T. I. p. 449 seqq. *Cyclopes occisos* §. 2. vid. Hygin. f. 49. Diodor. IV, 71. et primo loco Eurip. Alcest. pr. vbi in Schol. ipsa Pherecydis verba apposita sunt, digna quae repetantur: *παρ' αὐτὸν τὸν Ἄδμητον ἔρχεται Ἀπόλλων, θητεύσων ἐνιαυτὸν, Διὸς κελεύσαντος, ὅτι κτείνει* (f. *ἔκτεινε*) *τοῦ Βρόντεω καὶ Στερόπεω καὶ Ἄργεω παῖδας. κτείνει δὲ αὐτοὺς Ἀπόλλων Διῒ μεμφθεὶς, ὅτι κτείνει* (*ἔκτεινε*) *Ζεὺς Ἀσκληπιὸν τὸν παῖδα αὐτοῦ κεραυνῷ*

ἐν Πυθῶνι. ἀνέστησε γὰρ ἰώμενος τοὺς τεθνεῶτας. cf. Sturz. p. 87. in Fragm. de Cyclopibus cf. ſup. Obſſ. p. 4. ad I, 1, 2. §. 3. θητεῦσαι. iterum in poenae loco: vid. ſup. de Cadmo III, 4, 2. §. 1. de Hercule II, 6, 2. §. 7. et de Apolline cum Neptuno Obſſ. p. 157. ad II, 5, 9. §. 9. Quod autem Apollo §. 4. boues *gemelliparas* feciſſe dicitur, id ad effectus praeſentiae dei pertinet. Petitum etiam hoc ex poeta aliquo. Sic quoque Callimach. in Apoll. 50 ſq. Ῥεῖά κε βουβόσιον τελέθοι πλέον etc. ἡ δέ κε μουνοτόκος (*ouis quam ille propitius adſpexerit*) διδυματόκος αἶψα γένοιτο. cf. ſimilis locus, in H. in Dian. 129 ſq. Pro bubus alii poetae, inprimis Callimach. in Apollod. 48. Admeti equos Apollinem pauiſſe narrant, et ipſe Homer. Il. β, 766. cf. Schol. Il. φ, 448. vbi laudatur pro teſte Apollodorus: memoriter forte; certe noſter Apollodorus haud in id conſentit. Alioqui conuenire cum equorum paſtione videtur illud, quod Admeti equi fuere praeſtantiſſimi, quibus mox vſus filius Eumelus: Il. β, 763 ſq. ψ. vbi vid. Schol. ad 383.

§. 5. *Perieris ſtirps* duplici modo tradi ſolita, ab aliis vt ab Aeolo duceretur, ab aliis a Cynorta, adeoque a Lacedaemone. Altera fuit Meſſeniorum, altera Lacedaemoniorum narratio. Hinc orta perpetua nominum confuſio et perturbatio. Conferri poteſt Meziriac. ad Ovid. Heroid. p. 21 ſq. εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες. haec iam ſupra vidimus I, 9, 5. p. 67. vbi de Periere et Gorgophone; ἐξ ἧς Ἀφαρεὺς αὐτῷ καὶ Λεύκιππος, καὶ Τυνδάρεως, ἔτι τε Ἰκάριος, παῖδες ἐγένοντο. vbi tamen illa: καὶ Τυνδάρεως ἔτι τε Ἰκάριος iam monui eſſe adulterina; de his duobus nemo illud tradidit, de Aphareo et Leucippo multi. arguit corruptelam etiam hic locus, in quo verſamur; ſed hic alia in parte corruptus videri poteſt, dum Κυνόρτου δὲ Περιήρην, τοῦ δὲ Οἴβαλον ſequitur, quod generis ordini,

ab aliis propoſito, repugnat; nam Cynortae f. Oebalus. Itaque eiicienda forte ſunt illa Περιήρην, τοῦ δὲ, et relinquenda: Κυνόρτου δὲ Οἴβαλον. Adſumtum aliquid eſſe ex margine vt ſuſpiceris, iam hoc facere poteſt, quod in codd. Περιήρης eſt. In eandem emendationem videbam quoque incidiſſe Hemſterh. ad Lucian. Tom. I. p. 269. Itaque iam in eo eram, vt voces vncinis includerem. Enimvero retudit impetum hoc, quod Oebalus Perieris filius paſſim perhibetur: Schol. Eurip. Or. 458. Βάλου (leg. Οἰβάλου) τοῦ Περιήρους παῖδες οὗτοι· Τυνδάρεως, Ἴκαρος, Ἄρνη, (Ἀρήνη) καὶ ἐκ Νικοστράτης Ἱπποκόων. Euſtath. ad Il. β, 581. p. 293, 10. Οἴβαλος, υἱὸς Περιήρους — οὗ παῖδες Τυνδάρεως ἢ Τυνδάρης, καὶ Ἄρνη (Ἀρήνη ſup. ſ. 3.) γνήσιοι οὗτοι. νόθος δὲ Ἱπποθόων (leg. Ἱπποκόων. idem vitium in Schol. ad e. l. qui ſimilia appoſuit). Etiam Oebalo, pro Naiade *Batea*, Gorgophonen Perſei f. aſſignant ii ipſi, qui alioqui eum Cynortae filium edunt, vt Pauſan. III, 1. p. 204. potuit hoc fieri alteris nuptiis et Gorgophone eſſe potuit Perieris vidua. Rem tandem conficit hoc, quod ipſe Apollod. ſup. I, 9, 5. haec ita praemiſerat: *Multos Perierem non Aeoli filium facere, ſed Cynortae.*

ſ. 5. *Hippocoontis filios* XX. numero fuiſſe tradit Diodor. IV, 33. p. 278. memorantur h. l. XII. *Icarion* et *Tyndareos* eiecti Sparta *exulant apud Theſtium.* cf. Pauſan. III, 1. p. 204. Strabo X. p. 708. Iam hic ad Aetoliam ſpectat: ſup. I, 7, 7. eius progenies ibid. ſ. 10. itaque Helenae maternum genus a Pleurone ductum: Pauſan. III, 13. p. 239. §. 3. αὖθις δὲ, ὅτε Ἡρακλῆς haec videnda ſup. II, 7, 3. et Obſſ. p. 188. Diodor. IV, 33. Sane Icarius in Aetoliae confiniis conſedit: cf. Strab. l. c. p. 708. quem locum exſcripſit Eudoc. p. 239. add. Euſtath. p. 1417, 25.

ſ. 6. Ex iis qui hic memorantur, vnum *Perilaum* memorat Pauſan. VIII, 34. qui perhibitus eſt a priſcis rerum

Peloponnesiacarum scriptoribus accusasse Orestem in Areopago, non vero Tyndareus. Ad hunc spectasse puto Sophoclis Perilaum. Semum et Auleten nominant Grammatici ad Od. ο, 16. In priore latere videtur Imeusimus, in altero Aletes. Penelopen et eius fratres memorat Strabo X. p. 709. A. (et hinc Eustath. p. 1417, 27.) sed natos ex Polycaste, Lygaei filia. Aiunt ab aliis Phanothean vxorem Icarii tradi, quae hexametrum inuenit: sic sane est apud Clement. Alex. Strom. I. p. 366, 12. (p. 133.) sed valde vereor, ne ille Icarius prorsus diuersus sit. At Dorodoche, Orsilochi f. et secundum Pherecydem Asterodia, Eurypyli f. Telestoris neptis, Icario nupta traditur a Schol. Od. ο, 16. De *Penelopes* genere egit Meziriac. ad Ovid. Ep. 1. §. 2. *Echemus* est is, a quo Hyllus caesus fuit: sup. Obss. p. 204 extr. eum *Timandram* coniugio habuisse, tradit et Pausan. VIII, 5. p. 607. a Phyleo corruptam: Eustath. p. 305. Apud Schol. Lycophr. l. c. est 'Εχέμονος vitiose ex h. l. In expeditione Dioscurorum in Atticam interfuisse dicitur aliquis Echemus, a quo Dicaearchus Echedemiam dictam putabat, quae postea Academia fuit: Plutarch. Thes. p. 15. D. sed 'Εχέδημος is fuisse debuit non Ἔχεμος. De Ledae liberis egit Mezir. ad Ovid. T. II. p. 358 sq. itaque parcam ipse otio.

f. 7. De his *a Ioue susceptis e Leda liberis* v. Intpp. Hygin. f. 77. Locum ante oculos habuit Schol. Lycophr. 88. *Iovis* Pollux, *Tyndarei* Castor f., ideoque hic mortalis, Pollux e Iove immortalis. Apud Clement. Alex. Cohort. p. 26. (19.) versus ex Cypriis: *Κάστωρ μὲν θνητὸς, θανάτου δὲ οἱ αἶσα πέπρωται. Αὐτὰρ ὅγ' ἀθάνατος Πολυδεύκης, ὄζος Ἄρηος.* Sic et Pindar. N. 10, 150. At Hesiodus vtrumque e Ioue natum tradiderat. v. Schol. ad e. l. Tyndarei autem vterque filius apud Homer. Od. λ, 297 sq.

et haec forte antiquissima ratio. Quae ratio aut occasio diuersitatis huius in *Helenae matre* fuerit, non assequor: an Nemesis mater data pro Leda, propter poenas aliquando Helena rapta expetendas? Mollierunt fabulam alii, cum Nemesin diuersam a Leda facerent, alteram matrem, alteram nutricem. Sic quoque Phidias Nemesi Rhamnusiae in eadem basi Helenam, a Leda deductam, apposuerat, vna cum Tyndareo et filiis et cum aliis. Pausan. I, 33 extr. In eundem fere modum etiam h. l. fabula attemperata, vt Leda tantum nutriisse Helenam putanda sit. Eadem fere apud Eratosth. 25. vbi cygnus inter astra hinc repetitur: add. Hygin. P. A. II, 8. et ad f. 77. Etiam in tragoediis, saltem Sophoclis, fabula repetita fuit; ex iis vtique Asclepiades ἐν Τραγῳδουμένοις eam exposuerat ap. Schol. Hesiodi p. 250. 1. Comoedia Cratini fuit Nemesis apud Athen. IX. p. 373. cf. Koppiers Obss. p. 120. Helenam θυγατέρα Ὠκεανοῦ (lego Ὠκεανίδος) καὶ Διὸς ediderat Hesiodus, teste Schol. Pindari l. c. 150. De ouo fabula quem ortum habuerit, variae opiniones sunt; nihil satis exploratum, etsi symbolici quid isti narrationi antiquitus subfuisse nolim dubitare. Apud Athen. II. p. 57. F. 58. A. (vnde transcripsit Eustath. p. 1321. et iterum 1686, 45. in disputatione super ᾠὸν ex ὠιὸν) ex Ibyco laudatur similis fabula de Molionidis: fuisse eos ἥλικας, ἰσοκεφάλους, ἑνιγυίους, ἀμφοτέρους γεγαῶτας ἐν ὠέῳ ἀργυρέῳ. hic nihil aliud, quam summa inter eos similitudo formae, istis vocibus, eodem ouo natos esse, declarata est. A nominis ambiguitate, cum ᾦον Laconibus idem, quod aliis ὑπερῷον, pars domus superior, in qua feminae habitabant, esset, ᾠὸν autem sit *ouum*, duxere fabulam multi. Non tamen melius procedit hoc quam alia, quae in praeclara de Dioscuris nota enumerat Hemsterh. ad Lucian. l. c. p. 282. De Dioscuris omnino tenen-

dum, eueniſſe in iis, quod in Hercule et Baccho factum, vt antiquiora numina, Cabiri, religionibus Samothracicis frequentata, cum iis confunderentur, tribuerenturque Ledae filiis ea, quae, ab vltima antiquitate profecta, vix ſatis vulgo tenerentur ipſa illa aetate, qua Dioſcurorum ſacra recepta fuere. Ab iisdem Cabiris deriuatum eſt in eos, quod nauigantibus ſalutares dii habiti ſunt. Facile haec elici poſſunt vel ex Pauſan. X, 38. p. 896. 7. cf. VIII, 21. I, 31. Mox etiam aſtronomicae fabulae in eos fuere cumulatae, cum Gemini pro iisdem haberentur. Videbatur etiam ſtella Veneris, Luciferi et Heſperi nomine inter veteres celebrata, ad eosdem eſſe reuocata, quorum cum ad vulgarem oculorum ſenſum eae obſeruatae eſſent vices, vt altero in conſpectum progreſſo alter lateret, nata hinc videtur fabula, vt altero Diſcurorum ſub terra degente alter reuiuiſceret: v. inf. c. 11, 2. extr. §. 3. Ortus ex ouo inter recentiorum commenta recte refertur a Schol. Od. λ, 297. Ab vno ouo res deducta ad duo, vt cum Helena eundem ortum haberent Dioſcuri v. c. Schol. Eurip. Or. 465. ἐν τοῖς ἄλσεσι. erit is locus Rhamnuſius, in quo templum Nemeſeos. Rhamnunte enim eam oppreſſiſſe fertur Iupiter: v. c. Schol. Callimach. in Dian. 232. Apud Schol. Lycophr. 88. ἐν τῷ ἕλει legitur: habuit tamen ille ſeu animum ſeu oculum intentum in hunc locum: videturque legiſſe ἐν τοῖς ἕλεσι. ſtagna ac paludes cygno et anſeri opportuniores videri poſſunt. (κομίσοντα vitium edd. Pro φυλάσσειν Aegius reponere iubet φυλάξαι, nulla idonea de cauſſa).

§. 4. *Helena a Theſeo rapta, et a fratribus repetita:* notiſſima fabula. Late Plutarch. in Theſ. p. 14. 15. cf. Intpp. Hygin. f. 79. Meurſ. in Theſeo c. 26 ſqq. Alia congeſſit Meziriac. T. I. p. 433 ſq. T. II. p. 352 ſq. Theſeus Helenam raptam εἰς Ἀθήνας ἐκόμισε. Dixi iam in

V. L. εἰς Ἀφίδνας videri eſſe legendum. Nihil enim celebratius hac re, v. apud Meurſ. Theſeo c. 28. vt et vicus ille Atticae per hanc fabulam memorabile nomen factum ſit, vt Strabo IX. p. 607. B. ait. Vide Plutarch. l. c. plures alios apud Meurſ. l. c. in his ipſum Herodot. IX, 73. cf. Schol. Il. γ, 242. vbi auctores Polemo et Cyclici laudantur, (cf. de e. l. Valkenar. Epiſt. de Schol. Homer. p. 110.) et ex parte Alcman. temperaui tamen mihi, quominus quicquam mouerem: nam ipſas Athenas captas memorat quoque Pauſan. I, 41. ex Alcmane, qui ita tradidiſſe videtur, etſi et ibi Kuhnius mutare volebat, et pari modo Hyginum f. 79. corrigunt viri docti, et Schol. Lycophr. 503. Meneſtheus quoque in regnum Athenarum euectus a Dioſcuris: Pauſan. I, 17. p. 40 extr. qui tamen idem alio loco Aphidnam memorat II, 22. Diuerſis igitur modis res narrata. Apud Lucian. de Saltat. 40. καὶ ἡ στρατεία τῶν Διοσκούρων ἐπὶ τὴν πόλιν videtur ad Alcmanicam rationem accedere. κατὰ τῆς Τροιζῆνος profectos Dioſcuros ait Schol. Apollonii I, 103. errore ſeu vitio neſcio quo. *αἱροῦσι τὴν πόλιν. Athenas* intelligo, ſi εἰς Ἀθήνας paullo ante tueri licet. Aphidna erat vicus. tamen et ille πόλις in hac ipſa fabula dictus occurrit. *Aethra* abducta. v. laudd. ad Hygin. f. 79. Schol. Lycophr. 503. (vbi παρατίθενται ἐν Ἀφίδναις leg.) et 508. Multis modis celebrata res, primum in Theſeide, tum iterum in rebus Troianis, Aethra cum Helena abducta, mox, Troia capta, illa a nepotibus Acamante et Demophoonte, Theſei filiis, reducta, (v. c. Quint. III, 496 ſq.) tandem in tragoediis. Frequentatum quoque idem ab artificibus argumentum, vt in arca Cypſeli, Pauſan. V, 18. pr. et in pictura Delphica Polygnoti, X, 25. p. 861. Recepta haec quoque fuere in hiſtorias cum Atticas, tum Graeciae. Nam Hellanicus auctor laudatur a Schol. Il. γ, 144.

ſ. 8. *Helenae proci*, numero XXIX. vel XXX. ſunt fere nomina Homerica, hinc que ſatis nota. Alium recenſum habet Hygin. f. 81. ſed nominibus valde corruptis. Expoſita haec fuiſſe videntur in Cypriis Staſini (v. ad Virgil. Aen. II. Exc. I.), nam aſſurgebant illa ad prima belli Troiani initia, et Dioſcurorum pugnam cum Ida et Lynceo exponebant: v. Schol. Pindar. N. 10, 112. etiam Thetidis nuptias cum Peleo. Schol. Il. π, 140. Fuit et Steſichori Helena, ex ea Schol. Il. β, 339. Multa et in Tragicis occurrere debuere. *Agapenor* (ſup. c. 7, 5.) *Ancaei* (c. 9, 2.) filius, ad Troiam profectus Il. β, 609. Multa eius memoria fuit ἐν Νόστοις. nam Cyprum adiit et ibi interiit: v. Lycophr. 478-493. Pauſan. VIII, 5. *Sthelenus* ſup. III, 7, 2. inter Epigonos. *Amphimachus* Cteati f. duxit is vna cum *Thalpio*, Euryti f. Arcades apud Homer. Il. β, 620. 1. add. Il. ν, 185. *Cteatus* autem et *Eurytus* fuere Actoridae: de quibus ab Hercule victis ſup. II, 7, 2. *Meges*, Phylei f. Augeae nepos, Dulichio copias ad Troiam duxit Il. β, 625 ſq. de Phyleo v. Obſſ. ſup. p. 149. *Menestheus* Petei f. Il. δ, 552. υἱὸς Πετεῶο Μενεσθευς. *Polyxenus* Agaſthenis f. inter Epeorum ductores Il. β, 623. *Aſcalaphus* et *Ialmenus* ex Boeotia, Martis filii Il. β, 512. *Elephenor* Chalcodontis Il. β, 540, 1. De Elephenore fabulas perſequitur Lycophr. 1034 ſqq. et ad e. l. Schol. *Eumelus* Admeti f. Il. β, 713. *Polypoetes* Pirithoi. ibid. 740. *Leonteus* Coroni f. ibid. 745. 6. fuit ex Lapithis. Coronus Caenei f. de quo inter Argonautas ſup. Obſſ. p. 73. *Eurypylus* Euaemonis f. inter Theſſalos ibid. v. 736. reliqui ſatis noti, et de iis euoluendus Homerus.

ſ. 9. Ad ſeqq. cf. Hygin. f. 78. et not. §. 2. πρὸς τὸν Πηνελόπης γάμον. erat autem illa Tyndareo neptis ex fratre. §. 3. τοὺς μνηστῆρας ἐξορκίζει. hinc illa ἐνωμοτία, quae Graeciae principes aduerſus Troianos arma ferre

cogebat. Il. β, 339. Tractauerat haec Stesichorus in Helena, teste Schol. ad illum loc. cf. Sophocl. Aj. 1132. et ibi Schol.

Cap. 11.

ſ. 1. Ex Helena vnam Hermionen natam agnoſcit Homerus noto loco Od. δ, 12. et Il. γ, 175. vbi vid. Scholia. At poſteriores poetae tam diuerſe de Helenae et Menelai proſapia tradidere, vt difficile ſit omnia in ordinem redigere. Megapenthes h. l. natus ἐκ δούλης Πιερίδος, ἢ καθάπερ Ἀκουσίλαός φησι, Τηρίδαης. Sane quidem Nicoſtratum et Megapenthem ex ſerua natos (ἐκ δούλης) et propterea regno excluſos legimus apud Pauſan. II, 19. p. 151. Sed reliqua in h. l. non admittunt, vt eodem modo ſtatuiſſe noſtrum putemus. Megapenthem e ſerua natum ipſe Homerus edidit Od. δ, 10. 11. Ibi Schol. Nicoſtratum ex Helena genitum recentiores tradere ait. Sic tamen iam Heſiodus tradiderat: Ἡ τέκεθ' Ἑρμιόνην δουρικλειτῷ Μενελάῳ, ὁπλότατον δ' ἔτεκεν Νικόστρατον, ὄζον Ἄρηος apud Schol. Sophocl. Electr. 541. ipſe Sophocles eo loco *duo filios* Menelai agnoſcit: παῖδες διπλοῖ. quo nomine inquit Scholiaſtes, ἐπιλαμβάνονται (ſic leg.) τινες τοῦ ποιητοῦ ἐκ τῶν Ὁμηρικῶν. Diaethum et Morraphium Menelai et Helenae filios edunt Scholia breuia Il. γ, 175. e Porphyrio: nec aliter Euſtath. p. 400, 32. at in Schol. Leid. apud Valkenar. Diſſ. laud. p. 144. et in Schol. Ven. B. Lipſ. alterum eſt ſcriptoris nomen: ὁ δὲ Δίαιθος Ἑλένης καὶ Μενελάου ἱστορεῖ παῖδα Μορράφιον. Porro Schol. vulgatus ex Cinaethone narrat, apud Lacedaemonios coli duo alios filios Nicoſtratum et Aethiolam. Ad ſolum Nicoſtratum Cinaethonis auctoritatem reuocant reliqua Scholia. Eſt ille Cinaetho, cuius Genealogiae a Pauſania aliquoties laudantur: emendandus ex illo

Scholio Euſtath. p. 400, 32. et Schol. Lycophr. 851, vbi quatuor alii filii ex Alexandro memorantur, (etiam Tz. Homeric. 441), et *Iphigenia e Theſeo;* hoc poſtremum vide etiam ad v. 103. et Anton. Lib. 27. inprimis Pauſan. II, 22. p. 162. vnde diſcimus, tradidiſſe de his praeter Steſichorum in Helena, Euphorionem Chalcidenſem et Alexandrum Aetolum. Praeiuiſſe iis probabile habeo Tragicos in nouatione fabulae tam variis modis tractatae.

ſ. 2. *Dioſcuri Leucippidas rapiunt.* Traditur haec plerumque fuiſſe cauſſa pugnae cum Apharei filiis; vid. Theocr. 22, 137 ſq. Schol. Pindar. N. 10, 112. Schol. Il. γ, 242. vbi minus vere Pindarus laudatur auctor. Propter ἕδνα pugnam factam ait Lycophr. 549. Alia v. in Not. ad Hygin. f. 80. Antiquiſſima fuere in Carmine Cyprio: quod diſco ex Proclo: (*Bibliothek der ſchönen Litteratur.* 1. B. p. 24). Fuere etiam tragoediae Dioſcurorum nomine inſcriptae: tres Patroclis Thurii et Sophoclis iunioris apud Clement. Alex. Coh. p. 26. (19), quas ad hos raptus ſpectaſſe ſuſpicor. At noſter pugnam a prorſus diuerſa ac ſingulari origine repetit. Etiam Pindar. nobili loco N. 10, 112. τὸν γὰρ Ἴδας, ἀμφὶ βουσίν πως χολωθεὶς, ἔτρωσεν. §. 2. Apud Pauſan. II, 22. p. 161. Dioſcurorum filii ſunt *Anaxis* (altero loco III, 18. p. 256. Ἀναξίας) et *Mnaſinus*, quorum ſigna erant Argis in templo Dioſcurorum. Pro eo hic eſt Μνησίλεως. §. 4. τὸν Ἴδαν ὑπὸ δρυΐ ἐλόχων. Si alios, Pindarum quoque, audimus, ἐν δρυΐ, in cauo quercus. Simile quid Schol. Pindari N. 10, 114. aperte vindicat Apollodoro: ὁ γὰρ τὰ Κύπρια συγγράψας φησὶ τὸν Κάστορα ἐν τῇ δρυῒ κρυφθέντα ὀφθῆναι ὑπὸ Λυγκέως. τῇ δὲ αὐτῇ γραφῇ καὶ Ἀπολλόδωρος κατηκολούθησε. Verſus ipſos e Cypriis habet idem Schol. cum Schol. Lycophr. 511. et inde Tzetza Chil. II, 710. αἶψα δὲ Λυγκεὺς Τηΰγετον προσέβαινε ποσὶ ταχέεσσι πεποιθώς. ἀκρό-

τατον δ' ἀναβὰς διεδέρκετο νῆσον ἅπασαν Ταντάλίδου Πέλοπος. τάχα δ' εἴσιδε κύδιμος ἥρως δεινοῖς ὀφθαλμοῖσιν ἔσω δρυὸς ἄμφω κοίλης, Κάστορα θ' ἱππόδαμον καὶ ἀεθλοφόρον Πολυδεύκη, νύξε δ' ἄρ' ἄγχι στάς. (sic leg. pro ἀγχίστωρ. Sequitur: Κάστωρ ἐλόχα τὸν Ἴδαν etc.) Pugna haec a poetis varie ornata: vid. Pindar. N. 10, 102 sqq. Theocr. 22, 137 sqq. Lycophr. 546 sqq. e Grammaticis inpr. Tzetza Chil. II. hist. 48. §. 5. πέτρα, cippo. Schol. Lycophr. στήλη λιθινῇ ἐκ τοῦ Ἀφαρέως τάφου, ex Pindaro l. c. 124 sq. vbi nolim de statua aliqua Plutonis cogitari. — §. 6. Ζεὺς Ἴδαν κεραυνοῖ. Pindar. l. c. 132. μὴ δεχομένου δέ. hoc praeclare narratum a Pindaro 141 sq. παρ' ἡμέραν. hoc cum Homero Od. λ, 302. Pindar. v. 103. et P. 11 extr. Lycophr. 564. 5. et iam antea in Cyprio carmine. In Homero quidem l. c. *viuunt vterque sub terra*, habentque hoc a Iove tanquam praecipuum, vt per vices diem *supra terram exigant*, et diuino honore fruantur; in eundem sensum accipiendum, quod Il. γ, 243. iam tum, cum Graeci ad Troiam pugnabant, vtrumque sub terra esse profitetur: τοὺς ἤδη κατέχεν γαῖα, h. non tam mortuos esse, quam sub terra degere. Apud Pindarum vero alterum diem *cum Iove*, et *in Olympo*, alterum *in sepulcro* ad Therapnas exigunt l. c. 103-7. et P. 11 extr. Ambiguum porro manet, quo sensu id dixerint veteres alternis factum, et vtra ratio antiquior fuerit: vtrum, vt ambo simul reuiuiscerent et simul in inferis degerent; an, vt altero in inferis degente alter apud superos esset. Antiquior prima ratio fuisse videtur, sed posthaec altera fere obtinuit, cf. post Hemsterh. l. c. 286. 287. Ouwens Noct. Hag. 11, 19. Habiti inde pro diis, XL. anno post pugnam cum Ida et Lynceo factam, vt Pausan. III, 13. p. 238. docet, anno LIII. inde ab Hercule inter deos adscripto, Clemens Alex. Strom. I. p. 382. Pott. (322) §. 7. μετα-

πεμψάμενος Μενέλαον ſc. tanquam generum; conſentit hiſtoria: Pauſan. III, 1. p. 205.

Cap. 12.

ſ. 1. *Electra*, vltima ex Atlantidibus: v. ſup. c. 10, 1. Narrarant Cyclici, eam, iam in ſidera receptam, Ilii excidium intueri noluiſſe, inde que eam in caelo amplius haud conſpici. Schol. Il. σ, 486. Quintus XIII, 552. Ab hac *Dardani ſtirps* repetitur: de hac locus claſſ. Il. υ, 215 ſq. cf. Excurſ. VI. ad Virgil. Aen. III. Sequentia ante oculos habuit Schol. Lycophr. 29. *Iaſion.* §. 1. eſt idem aliis Iaſius: cf. ad Hygin. f. 250. n. 16. add. f. 270. P. A. p. 431. cuius amores et fata admodum diuerſis modis narrantur. Apud Homer. Od. ε, 125. a Cerere amatus et in amplexus acceptus, a Iove fulmine percutitur; add. Theocr. 3, 50. 51. vbi Schol. Iaſionem Cretem facit Minois e Phronia nympha filium. cf. Diodor. V, 77. Ex iis nuptiis natus Plutus: Heſiod. Θ, 963 ſq. vt luſum allegoricum ſubfuiſſe fabulae ſatis appareat: quem perſequitur ad e. l. Euſtath. p. 1528, 6. et ex eo Eudocia p. 233. Altera narratio de Cerere tentata legitur quoque apud Conon. Narr. 21. Noſter Pherecydem fere ſequitur: cum eo conuenerat Straboni, vt ex Epitome intelligitur libri VII. p. 511. ed. Alm. Conſenſerat quoque Hellanicus. v. Schol. Od. ε, 125. et Schol. Apollon. I, 916. qui in I. lib. Τρωικῶν de his expoſitum fuiſſe docet: ibi Iaſion in ſimulacrum (εἴδωλον puta) Cereris nefandos auſus exercuerat. Iaſion etiam Eetion dictus apud Schol. Apollonii l. c. et Schol. Lycophr. 219. Spectabant autem narrationes de Iaſione et Cerere ad fabulas Samothracicas. Electram ex Arcadia in eam inſulam abductam filios ibi educaſſe puta; vnde Dardanus mox in Aſiam traiicit. Turbatum deinde in his fabulis eſt, v. Diodor. V, 47. 48.

cum Creticae et Arcadicae fabulae cum iis confunderentur; mox et Italicae, (v. Excurf. VIII. ad Aen. III. Virgil.) etiam Thebanae fabulae, Cadmo e Samathrace in Boeotiam adducto (quem nofter in ipfa Thracia habitaffe narrauit III, 1, 1.) cf. Schol. Apollon. l. c. Quo ipfo factum, vt de Samothracicis religionibus nihil ad liquidum perduci poffit. Fuit Calliftratus fcriptor hiftoriae Samothraces: apud Dionyf. Hal. I, 68. Fuere a quibus Dardanus magnae matris deum initia, Eetion autem (h. Iafion) myfteria Samothracica inftituiffe traderentur, vt e Clem. Alex. Coh. p. 12. (10.) difcere licet. Palladium quoque ex iis initiis repetitur; v. loc. Dionyf. Hal. I, 68. ex Arctino Milefio, (antiquiffimo poeta, cuius Aethiopis fuit) vnde patet has teletas non caruiffe γοητείαις. §. 3. Dardani traiectus in Afiam ab aliis per diluuium factus dicitur, v. Schol. Il. *υ*, 215. et Euftath. facitque locum opinioni, famam fuperfuiffe aliquam, ponti Euxini aquas in mare Aegaeum erupiffe. cf. Diodor. IV, 47. §. 4. *Teucri* nomen nobiliffimum: quippe qui primus Troadem tenuit. cf. Diodor. IV, 75. Expofuit quoque haec et reliquas res Troianas Eudocia p. 398. e diuerfis Grammaticis ferioribus confarcinatas: fed parum docte ac diligenter, et, vt nunc eft, valde contaminate. Monebo hoc vnum, quod Apollinis Sminthei fanum ab eo conditum: Schol. Lycophr. p. 302. §. 5. Occurrit *Batia* ap. Schol. Lycophr. 29. et 1308. Stephan. in Ἀρισβη. Etymol. M. ead. voc. Volunt effe eandem quae Βατίεια Il. *β*. 813. vbi v. Schol. et Euft. p. 351. Pro ea Arisben, Creticam puellam, memorat Lycophron 1308. et Stephan. Byz. in h. v. e Cephalone add. Euftath. p. 894, 30.

f. 2. Troica, ab obfcura et tenui aliqua fama antiquitus accepta, ad quantam celebritatem progreffa funt! inprimis Homericae Mufae beneficio; mox poetis cyclicis,

et ſcriptoribus, qui ſua ex iis petierunt, ea ornantibus et variantibus. In hiſtoriis Troica iam Hellanicus attigerat, etiam Ephorus: cf. Stephan. in Ἀρίσβη. Alius antiquus ſcriptor fuit *Cephalo Gergithius*, (Straboni Gergethius: fuere τὰ Γέργηθα vrbs Aeolidis in agro Cumaeo lib. XIII. p. 882. B.) cuius erant τὰ Τρωϊκὰ, (apud Parthen. Erot. c. 4. et 34.) a Dionyſio Halic. lib. I. c. 49. et 72. laudata. Diuerſus fuit Cephalaeon, et de hoc Photius c. 68. p. 102. agit, quod vel Voſſius de H. Gr. docere poteſt; etſi et is aliquo loco p. 165. vtrumque confundit. vid. ad Virgil. Exc. I. ad Aen. II. §. 1. *Erichthonius* opibus clarus Il. υ, l. c. 219. §. 3. δι' ἀετοῦ, aquilae miniſterio; mox alii poetae ipſum Iovem in aquilam mutatum narrarunt. Simpliciſſima ratio apud Homerum eſt Il. υ, 234. ὃς δὴ κάλλιστος γ. — τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν. vbi nunc cf. Schol. A. B. adde Hymn. in Ven. 203. 218. itaque fabula fundum habet nullum alium, quam veterem loquendi vſum, pro eo quod nos diceremus: fuiſſe eum pulcherrimum puerum, dignum qui cum diis eſſet. Porro antiquior aetas non curioſe quaeſiuit et declarauit, quo modo, qua machina et ope, in caelum euectus fuerit puer; ſed ſeriores poetae addiderunt inventum modi et rationis, qua id factum ſit, per aquilam. Adeo fundo caret ſubtilitas argutantium de modo antiquiſſimo perueniendi in caelum. §. 4. Λύρον. forte Λύρνον. Saltem ſic concinit Lyrneſſus, quae etiam Λύρνη fuiſſe videtur: vid. Stephan. Byz. h. v. Non alibi eum, ne in Schol. quidem Lycophr. 29. qui locum hunc ante oculos habuit, memoratum memini, etſi ſtirps Aeneae alioqui tantopere decantata eſt poſt loc. Il. υ, 215 ſq. cf. Mezir. ad Ovid. Tom. II. p. 142 ſq.

ſ. 3. Sequentia partim expreſſit Schol. Lycophr. 29. alia inſeruit: vti hoc: Priapum Myſiae fuiſſe vrbem, (ad

Hellespontum. vid. Steph. h. v. Strabo XIII. p. 879) cuius rex ludos fecisse memoratur, et in qua Apollo ὁ Πριηπαῖος, (non Πριηπησαῖος Ἀπόλλων) sortem Ilo ediderit. — §. 3. Fuit collis Ates, Λόφος Ἄτης, ipsi Lycophroni v. 29. commemoratus; cf. Steph. Byz. in Ἴλιον, et Hesych. in Ἀτιόλοφος, et ad vtrumque hunc viros doctos, nam neuter mendo vacat. Aten, ex Olympo a Iove praecipitatam, in eum locum esse delatam, Grammaticorum commentum est apud Eustath. p. 1175, 61. 157, 5. ponitur tamen hoc idem in narratione sequ. §. 9. Vrbem in eo colle condere iam Dardanus voluit, sed vetabat oraculum, μὴ κτίζειν τὸν λόφον τοῦτον, ἄτης γὰρ εἶναι, h. e. βλάβην γενήσεσθαι τοῖς κατοικήσουσι. Id tamen ad effectum perduxit Ilus; haec videtur admittenda narratio: nam in Schol. Lycophr. oratio est valde turbata. §. 4. Mox lenior oratio foret: τῷ δὲ Διῒ εὐξάμενος, σημεῖον αὐτῷ τι φανῆναι. Iterum habemus exemplum antiquitatis superstitiosi sensus, quod a numine signum, ostentum, postulant voluntatis propitiae: vt sup. de Minoe III, 1, 3. Obss. p. 216. Sequentia exscripta in Schol. Lycophr. 355. laudato quoque Apollodori nomine. Scholion iterum exscripsit Eudoc. p. 322. et Phauorin. Lexic. h. v. vterque hinc emendandus. Verba μεθ' ἡμέραν, otiosa esse videntur, potuere tamen in narratione pleniore opportuniora esse. τὸ διϊπετὲς Παλλάδιον. Nihil magis tritum hac re: inspici possunt saltem Spanhem. ad Callim. L. P. 39. Exc. IX. ad Aen. II. Virgil. Mezir. ad Ovid. T. I. p. 60 sq. Primus de eo egerat Pherecydes; nam ineptam etymologiam attulerat ἀπὸ τοῦ πάλλειν pro βάλλειν. Etymol. M. in Παλλάδια. Schol. Lycophr. 355. et e Mss. Valken. Oratt. p. 366. Erat illud ξόανον ἔρυμα τῆς πόλεως, quod quamdiu ἀκηδὲς esset, *inviolatum* mansisset, vrbs capi non poterat, v. Quint. Smyrn. X, 355. (ita enim verba accipienda). Hinc in-

credibilis commentorum et nugarum ſeges apud ſeriores Platonicos, inprimis Iamblichum, et multo magis, ſi ad faecem ſcriptorum deſcenderis, Suidam, Malalam, Tzetzam, alios, qui modo magicam modo aſtrologicam vim in eo quaeſiuere. Sed haec indigna, quibus immoreris. Cui perſequi haec libuerit, adeat ſaltem Schol. B. ad Il. ζ, 311. Schol. Lycophr. 355. 361. 363. Tzetzae Poſthomer. p. 146. Ex oſſibus Pelopis confectum fuiſſe tradiderat Dionyſius apud Clement. p. 42. Potter. Multa quoque de Palladio narrata transtulere ſeriores ad deam Peſſinuntiam Romam translatam: v. Herodian. I, 35. De Palladio ab Ulyſſe et Diomede rapto loc. claſſ. Conon. 34. Verum de his et ceteris nuper multis fuit actum a viris doctis. Confunditur fere cum hoc alterum Palladium, ad quod Troianae matronae peplum afferunt Il. ζ, 273 ſq. De ſpecie Palladii locus hic eſt inter claſſicos. Scilicet antiquius illud Palladium ſignum fuit informe, vtpote antiquiſſimae artis. Occurrit ſaepe in numis, et in aliis monumentis Aeneae, qui illud geſtat, et Diomedis, qui rapuit. Subſtituerunt aliquando Ilienſes aliud, forte elegantius, incedens, cum haſta et colo; hoc eſſe videtur, quod Apollodorus nunc narrat. Occurrit in numis Ilienſium; vide v. c. Fontenu (Diſſ. in *Hiſt. de l'Acad des Inſcr.* Tom. V. p. 265.) et Pellerin. quorſum tamen plura? v. Eckhel. in Doctrina numor. T. II. p. 484 ſq. Haec, et ſimilia animaduerſa, fidem faciunt, intra vnius aetatis ſpatia haec antiquitatis ſtudia aliquantum incrementi cepiſſe inter noſtrates; nam bene memor ſum temporum, quibus haec et ſimilia inter raras aetatis litteras habebantur. τοῖς δὲ ποσὶ συμβεβηκός. hoc idem habet Schol. Lycophr. ad v. 355. 361. quod niſi eſſet, putaſſem συμπεφυκὸς ſcriptum fuiſſe; eſt certe dictum pro *vna* iunctis pedibus *incedens*, eodem modo ac διαβεβηκότα τὰ σκέλη

ποιήσας dicitur Daedalus apud Diodor. IV, 76. Ceterum diuerſa eſt Palladii ſpecies apud Euſtath. p. 627, 6. ἀνδρὸς δορὰν ἠμφιέσθαι, στέμμα δὲ ἔχειν καὶ ἠλακάτην, ἐν δὲ κεφαλῇ πῖλον, (qui habitus quoque erat Minervae in Arcadiae vrbe Alea. Pauſan. VIII, 46. p. 694) καὶ δόρυ ἐν τῇ δεξ. pro ἀνδρὸς leg. αἰγὸς δορὰν, ſiquidem aegidem cogitare videtur. Niſi alia fabula ſubfuit, quae apud Schol. Lycophr. l. c. et inde apud Eudoc. tum apud Clement. Alex. Coh. p. 24. (17) occurrit: vbi inter quinque Minervas vna eſt Pallantis et Titanidis, Oceani filiae; ἡ τὸν πατέρα δυσσεβῶς καταθύσασα, τῷ πατρῴῳ κεκόσμηται δέρματι, ὥσπερ κωδίῳ. Ipſum Ilum oculis captum ex adſpectu Palladii traditum erat, vt ex Dercyllo περὶ κτίσεων narrat Plutarch. Parall. §. 6. Ἱστορία δέ, quae ſequuntur, haud dubie aliunde illata ſunt, ex vetere tamen auctore, et antequam hi, quos habemus, codices fuere exarati. Legebantur ea in Apollodoro iam a Schol. Lycophr. 355. et iterum in Schol. Tzetzae Poſthom. 511. *Triton*, non apparet deusne marinus, (I, 4, 5.) an alius fuerit. Alias ad Tritonidem paludem Libyae natales Minervae referuntur, ſup. cf. I, 3, 6. extr. ad Tritonidem Nympham, e qua et Neptuno ſit genita, ab Herod. IV, 180. etſi Tritonem amnem modo Theſſaliae modo Boeotiae alii aſſignant: Schol. Apollon. I, 109. IV, 1311. Pauſan. IX, 33. p. 777 extr. Habuit Triton filiam quae mortalis erat, cum Minerva dea ſimul nutritam, iisdem cum ea ſtudiis bellicis. Contentione orta, cum Pallas Minervam ira percita vulnerare vellet, repente ei obiicitur a Iove aegis; in quam mirabunda cum oculos verteret, a Minerva illato vulnere cadit. Tum Minerva poenitentia et deſiderio contubernalis ſuae tacta, ad ſolandum moerorem eius ſimulacrum fecit, eiusque pectori aegidem appoſuit et iuxta Iovem honoris cauſſa collocauit. Poſtea

tamen, cum Electra, a Iove vitiata, ad illud ſimulacrum confugiſſet, illa, profanatum illud attactu puellae inceſtatae arbitrata, ſimulacrum in terram proiecit, quod in Ilium decidit, ab Ilo autem templo condito eſt dedicatum. Atque hoc eſt nobile iſtud Palladium. Quod ſi a Minerva fuit fabricatum: eam non admodum peritam ſculpturae eo tempore fuiſſe, apertum eſt. §. 8. *καὶ περιθεῖναι τοῖς στέρνοις, ἣν ἔδεισεν, αἰγίδα.* non Minervae pectori, vt olim acceperam, ſed ſimulacri *στέρνοις*; quo ipſo factum eſſe videtur, vt aegis, quae antea ſcutum erat, (*τὴν αἰγίδα προτεῖναι*) poſtea in thoracis ornamentum abiret. Sane poetae, ſi aegide vibrata terrorem iniiciunt, oculos praeſtringunt aeris fulgore. An de aereo clipeo *αἰγὶς* h. l. accipienda ſit, dubites; praefero pellem fuiſſe, qua oculis obiecta Pallas *εὐλαβηθεῖσα ἀναβλέψαι* potuit; multo magis ſi memineris, inter fabuloſas de aegide narrationes fuiſſe et hanc: Amaltheae pellem eam fuiſſe, eam autem monſtri ſpeciem habuiſſe: traditum ſic fuit in Titanomachiis: apud Schol. br. et Ven. ad Il. *ο*, 187. et 318. §. 9. *ὕστερον δέ.* Electra ſtuprum a Iove paſſa (ſup. c. 12, 1.) vt deorum fidem obteſtaretur, ad ſimulacrum illud confugit, (*τούτῳ προσφυγούσης*) tanquam *ἱκετίς.* neceſſe eſt, Electram a Iove raptam et in deorum ſedem fuiſſe adductam: forte quod vna e Pleiadibus habita eſt, vt ſupra vidimus c. 10, 1. Ob contaminatum Electrae manu ſimulacrum indignata Athene ex caelo praecipitat; decidit illud in terram Troianam, ibique exceptum et ab Ilo in templo repoſitum, eſt illud ipſum Palladium, de quo tam multa fabuloſe narrantur. Ad Ilum refer verſus Lycophr. 363. 364. "Minerva aliquando oculos ſurſum movebit, Minerva inquam illa, *ἡ ἐξ οὐρανοῦ πεσοῦσα καὶ θρόνων Διὸς ἄνακτι πάππῳ* (Ilo) *κτῆμα τιμαλφέστατον.* *μετ᾽ Ἄτης.* erat *μετ᾽ αὐτῆς.* deprauate, quod, quomodo emen-

dandum esset, in oculos incurrere aiebam, si Ἄτης λόφον e superioribus meminisses. Corrigendum quoque ita viderat Gale, qui laudat Eustath. p. 157, 5. vbi scil. de Ἄτης λόφῳ agitur, non de Palladio. Enimuero ad sensum loci vbi res venerat, haerebam; obscurum enim esse videbam, an illo ipso tempore et Ate et Palladium proiecta fuerint? et vtrum ab Athene etiam Ate praecipitata fuerit, an a Iove? hoc suspicabar verius esse, et legendum, quod iam Galeo in mentem venerat, τὸν Δία ῥίψαι μετ' Ἄτης καὶ τὸ Παλλάδιον. Ita vero mythus aliter constitutus esse debuit, vt Iupiter, non Athene, ἱκετείας illa facta indignaretur. Enim vero debebam ab initio statim animaduertere, illa, μετ' Ἄτης καὶ esse insititia, et acutulo deberi, qui Aten Olympo proiectam ex Homero meminerat. Ἄτης nomen λόφος alio modo, ad praesagienda Ilii mala, acceperat.

§. 11. *Ilus* ex Eurydice Adrasti f. Laomedontem suscipit. Ex Batia Teucri secundum Hellanicum: Schol. Townl. ad Il. υ, 236. *Adrastum* Meropis filium inter socios Troianorum memorat Homerus Il. β, 830. venientem ex Adrastea: antiquiorem esse necesse est hunc, de quo hic agitur; forte eundem, qui Adrasteam condidit et primus Nemesi templum dedicauit: v. Strabon. XIII. p. 877. 879. 880. Inter *Laomedontis vxores* aliis Strymo, aliis Placia. At in Schol. Il. γ, 250. secundum Porphyrium, Zeuxippe, Alcmane auctore, ex Hellanico Trymo, ex Stamide περὶ Λέσβου, quicunque tandem ille fuit, Thoosa Teucri filia. Στρυμοῦς ἢ Ῥοιοῦς est in Schol. Lycophr. 18. (exscripsit locum Eudocia p. 395 hinc emendanda). παῖδας μὲν Τιθωνόν: occurrunt filiorum nomina quoque apud Homerum. Clytii filia Pantho nupta v. Schol. Il. μ, 231. Filiarum Laomedontis nomina sunt apud Schol. Lycophr. 921. et 1075. *Aethylla*, *Astyoche*, *Medesicaste*. (Postrema haec

occurrebat in tabula Polygnoti ap. Pauſan. p. 862). Provocat ille ad Apollodorum. Iam in Aethylla latere forte poteſt nomen Cillae: etſi hoc non ignotum eſt in rebus Troianis, cum vrbs Cilla ſit; quam a Cillo, Pelopis auriga, dictam volunt apud Euſtath. At Cillam Hecubae ſororem Schol. Lycophr. memorat, e qua Priamus Munippum ſuſtulit, ad v. 224 et 315. Aethilla, Αἴθιλλα, Laomedontis filia, Priami ſoror ap. Conon. 13. commemoratur. Medeſicaſte occurret paullo poſt inter Priami filias. Aethyllam ab Euſtath. ad Il. α, Ἄνθυλλαν vocari, ait Gale, cum Rutgerſ. Var. Lect. VI, 2. ſed illa Memnonis ſoror eſt p. 157. l. vlt. Idem vir doctus ex Polyaeno excitat Ἀνθίαν. Locus eſt lib. VII, 47. vbi in mſſ. ille ait eſſe ἐνδρίαν, ſatis corrupte. Proclea, Laomedontis filia, Cycni vxor, et mater Tennis et Hemitheae apud Schol. Lycophr. 232. eſt. Heſionen etiam Θεάνειραν dictam idem ad 467. 9. ex Hellanico et Iſtro ἐν συμμίκτοις tradit. Quod tandem a viris doctis Setaea hic commemoratur, parum commode fit; nam fuit illa e Troianis feminis vna, quae nauium incendium ſuaſerat; Lycophr. 1075. et ibi Schol. Stephan. in Σηταῖον. *Bucolionem* ipſe Homer. agnoſcit Il. ζ, 23 ſqq. ſed mater ibi eſt Abarbarea. Ex ea natus Euphorbus; vt ex Orphicis Tz. Chil. I, 228. XIII, 574. Pro Calybe Καλύκην Schol. Apollonii habere monet Gale; vellem locum deſignaſſet. Alia fuit Calyce Steſichori apud Athen. XIV. p. 619. E.

ſ. 4. *De Tithono* ab Aurora rapto loc. claſſ. Hymn. in Ven. 219 ſqq. add. Schol. Il. λ, 1. et Schol. Lycophr. 18. inde Eudoc. p. 45. ſed turbate; poterat ſaltem ibi *μνάμων* corrigi Μέμνων. De Tithono in cicadam mutato iam Hellanicus narrauerat teſte Schol. Il. γ, 151. *Memnonis* nomen ingenio poetarum potius, quam vlla hiſtoriae fide, ad res Troianas eſt traductum. Aegyptium ab initio fuit,

ſed corruptum: (apud Pauſan. I, 42. p. 101. Phamenoph eſt, ap. Syncell. p. 151. Ἀμενῶφθις, ex Euſebio, et hinc Amenophis in Hieronymi Chron. quod nomen etiam in regum laterculis occurrit; ſed de his Iablonſkius de Memnone videndus. Cum Aethiopes etiam in Oriente auſtrali haberentur a Graecis antiquis, factus hinc Memnon Aurorae filius, Aethiopum ductor, quos ex Oriente ſocios belli Troiani adduxit; ex Aſſyria, vt paſſim memoratur; quae omnia, ſi quid veri ſubeſt, auxilia Priamo ex regione Aſiae minoris haud longe a Troade adducta declarant. Leuiſſimo vocis luſu, quia Suſis Memnonium erat, ſaltem Graecorum ore pronuntiatum, Tithoni quoque ea regia habita eſt: Strabon. XV. p. 1058. C. Fuit vetuſtiſſimum poema Arctini Mileſii, Αἰθιοπίς. v. ad Virgil. Exc. I. ad Aen. II. vbi alia. Fuere et Sophoclis Αἰθίοπες item Μέμνων, forte vna eademque fabula. Egerat de eodem Simonides in Dithyrambo Deliaco: teſte Strabone XV. p. 1058. C. Qui alii de Memnone egerint, v. ad Hygin. p. 205, 14. *Emathionem* in rebus Herculis commemoratum vidimus II, 5, 11. §. 11. p. 197. eius filius Atymnius ex Nympha, quae Πηγασὶς eſt apud Quint. Smyrn. III, 300. ſ. Πηδασὶς, ab loco et vrbe Pedaſo in Ida v. Steph. h. v.

§. 5. Iam in iis, quae de *Priamo* et eius ſtirpe ſequuntur, ea, quae ſatis nota ex Homero eſſe poſſunt, tantum ſtrictim percurremus. §. 2. *Arisben* aliam vidimus ſup. ad c. 12, 1. §. 5. p. 293. haec, quae nunc memoratur, Meropis filia eſt; agnoſcit eam Ephorus apud Stephan. in Ἀρίσβη, ſed is Alexandri vxorem facit. Memorat Stephanus aliam Arisben, Macaris filiam, a qua vrbs Lesbi dicta ſit, Euſtath. p. 894, 33. Ἀρίσβα ἐν Λέσβῳ πόλις, ἀπὸ Ἀρίσβης, θυγατρὸς Μάκαρος ἢ Μέροπος, ἣν πρώτην ὁ Πάρις ἔσχε γυναῖκα. — *Aeſacus:* de eo v. Ovid. Met. XI, 749 ſq. vbi nonnulla aliter narrata; natus ibi ex Alexirhoe Granici fl.

filia. v. 764. si lectio vera est. §. 2. ἣν πενθῶν. apud Ovidium l. c. Asteropen non ducit vxorem Aesacus, sed fugientem puellam persequitur, et, illa serpentis ictu percussa, dum ex rupe se praecipitem dat, in auem mutatur. §. 3. *Hyrtacus* is est, cuius filius Asius Arisbam Troadis ad Selleentem fl. incoluit: Il. β, 837 sq. *Hecuba*, apud Homer. (Il. π, 718. vbi v. Schol. Vict. et Eustath.) Dymantis filia; Cissei f. apud Euripidem, vt statim in Hecuba. Res passim a viris doctis notata, vt h. l. a Galeo; ad Hygin. f. 91. Meziriac. Tom. I. p. 400 sq. *Sangarius* fl. Phrygiae Il. γ, 187. de eo v. Salmas. ad Solin. p. 618. b. §. 4. *Hector* Priami et Hecubae f. Homeri fide; aliis Apollinis v. Schol. Il. γ, 314. Schol. Lycophr. 259. *Hecubae* somnium; cf. Schol. Il. γ, 325. Meziriac. l. c. p. 404 sq. Hygin. f. 91. et not. §. 5. Aesaci responsum hoc etiam Lycophron narrat v. 224. vbi vid. Schol. et ad 314. Seriores Cassandrae illud tribuunt, v. c. Eurip. Androm. 296. alii Apollini: Cic. Div. I, 21. alii Herophilae. v. ad Dictyn III, 26. §. 10. Filiae ex Hecuba natae sunt: *Creusa* Aeneae nupta. *Laodice:* Multa de ea sunt narrata, quae h. l. repeti nequeunt: breuiter attigi ad Il. ζ, 252. in excidio Troiae illa terrae hiatu absorpta: Quintus XIII, 544. Schol. Lycophr. 314. 316. Altera est narratio de ea, cum Acamante Atheniensi congressa, exposita a Parthenio c. 10. et a Lycophr. 495 sq. ad quem v. Schol. et ad 447. Vnde illustratio afferenda tabulae Polygnoti apud Plutarch. in Cimone p. 480. 1. Tzetza Posthom. 736. Occurrunt plures aliae hoc nomine feminae. In his Laodicen Cycni filiam Ulyssi in parte praedae datam memorant Scholia ad Il. α, 138. ex carmine, puto, Cyprio; nec tamen addunt, quis nam ille Cycnus fuerit. In seqq. de *Cassandra* vate §. 11. aliter tradit Schol. Il. η, 44. ex Anticlide (haud dubie in lib. περὶ Νόστων) et Schol. Eurip.

Hec. 87. cf. Hygin. 93. Meziriac. ad Ovid. T. I. p. 430 ſq. Priamus, ne puella, pro inſana habita, ludibrio eſſet, cubiculo eam incluſit, addito cuſtode; illa tamen perrexit vaticinari, eaque, quae ex ea vaticinante audierat, exponit nuntius in Lycophronis Alexandra. *Ilionen* maximam natu non memorat Apollodorus: v. ad Virgil. Aen. I, 653. et Excurſ. XXIV. At *Polyxenam* Homerus ignorat. §. 12. De *filiis Priami* cf. Hygin. f. 90. et not. Aliquot nomina recitantur Il. ω, 249 ſq. in quibus v. 251. Δῖος, quem in Apollodoro deſidero; item Ἶσος ex Il. λ, 101. qui inter νόθους. Alios v. apud Dictyn IV, 7. XI. apud Tzetzam in Homer. v. 446. alios in Poſthomer. 48 ſqq. Fuiſſe numero L. et quidem XIX. ex vna Hecuba l. l. Il. ω, 495. memorat poeta; inde Eurip. Hec. 421. Troad. 135. Atqui Apollodorus tantum X. filios ex Hecuba, et ex aliis mulieribus XXXVI. recenſet. Monebo tantum de lectionis varietate, aut de nominibus, quae in Homero occurrunt. Ἄντιφος Homero l. c. Il. λ, 101. at Il. ω, 250. eſt Ἀντίφονος et Ἱππόθοος. §. 13. *Melanippus* apud Homer. Il. ω, 546. 7. eſt filius Hicetaonis, qui frater Priami fuit: ὁ δέ μεν τίεν ἶσα τέκεσσιν. *Troilus*, caeſus ab Achille cf. ad Virgil. Aen. I. Exc. XVII. Apollinis f. habitus: cf. Schol. Lycophr. 307. Etiam Hector Apollinis f. celebratus, apud Steſichorum, Euphorionem et Alexandrum Aetolum: Schol. idem v. 259. *Gorgythion* Il. ϑ, 302 ſq. *Agathon*, ω, 249. §. 14. *Meſtor* caeſus ω, 257. *Cebriones*, ab Patroclo caeſus, et *Chromius*, noti ſunt ex Homero. *Medeſicaſte* memoratur ſupra inter filias Laomedontis f. 3. §. 11. extr. *Meduſam* etiam Pauſanias X, 26 extr. in Polygnoti tabula agnouerat.

f. 6. §. 1. *Andromache*, Eetionis f. regis Thebes, quae fuit ſub monte Placio: v. Il. ζ, 395 ſqq. *Oenone*, cuius et Paridis amores multis modis celebrati fuere, vt vel

ex Ovidio aſſequi licet, qui vbique argumenta captat a Graecis poetis, qui plerique interciderunt, tractata. Eſt ab eo Epiſtola Oenones ad Paridem, ad quam cf. Mezir. p. 403 ſq. 455 ſq. Natus ex ea *Corythus*, occiſus ab ipſo parente, cum a matre miſſus eſſet, vt ab Helenae amore reuocaretur Paris: perſequutus haec eſt Conon c. 22. Parthenius Erot. 4. (ex Nicandro ἐν τῷ περὶ ποιητῶν, vnde tres verſus ſunt c. 34. et Cephalone Gergithio ἐν Τρωικοῖς) et c. 34. (ex eodem Cephalone et Hellanico) cf. Schol. Lycophr. 57. 61. (quem exſcribit Eudoc. p. 314. 329.) add. Quint. Smyrn. X, 270 ſqq. qui copioſe Paridis nouiſſima exponit. §. 2. παρὰ Ῥέας. eſt, vt alias Terra, inter μαντικῆς auctores: quo loco omnino vetuſtiores dii e Titanum genere fuiſſe habitos iam olim obſeruaui. §. 3. *Philoctetis telo:* cf. Quint. Smyrn. X, 224 ſqq. add. Orph. Lap. 348 ſqq. §. 4. De *morte Oenones* multa apud Schol. Lycophr. 61. et in ſupra laudd.

§. 5. Ὁ δὲ Ἀσωπός. Sequitur Aeaci ſtirps. Haec cum antecedentibus non cohaerere, non obſeruarunt editores. Exciderunt haud dubie nonnulla; et forte reliquorum libri tertii tantum habemus excerpta. A Troicis nondum abſolutis qui tandem tranſitus ad Aſopum? etſi Troica ad vrbis excidium et Νόστους hoc loco deducta non puto, ſed ea in finem libelli reiecta, vbi forte Atticis fabulis ſubiiciebatur ſtirps Pelopidarum, et in iis Atridarum, cum bello Troiano. Ad ſeqq. de *Aſopo* et *Aegina* cf. Diodor. IV, 72. Schol. Pindari Ol. 8, 39. Hygin. f. 52. et ibi laudd. Aſopus Achaiae fl. Phliaſium et Sicyonium agrum alluens Pauſan. II, 5. (hunc intellige apud Pindar. N. 3, 6. nec audiendus Schol. qui fluuium in Aegina quaerit) alius is, qui agrum Thebanum et Plataeenſem dirimit. ibid. c. 6. cf. Strabo VIII. p. 586. 587. In fabulis vtriusque clarum nomen, ſaepe alterum cum altero permutatum. Πηρεῦς.

pro ea Κηγλούσης filius ex Neptuno eſt apud Pauſan. II, 12. p. 138 extr. quod vix ſanum. Μετώπην. v. Pindar. VI, 142. c. Nota; Gale e Diodoro Μεθώνην huc vocat; ſed lectio ea vitioſa iam emendata eſt a Weſſelingio. Πελάγοντα. ap. Diodor. l. c. eſt Πελασγός. idem XII. filias edit, et nomina apponit. §. 6. Aeginam rapuit Iupiter in aquilam mutatus: Clemens Homil. 5, 13. Nonnus Dionyſ. VI, 212 ſq. μανθάνει παρὰ Σισύφου. cf. ſup. I, 9, 3. Pauſan. l. c. et Schol. Il. ζ, 153. et Ven. ad α, 180. — ἐκ τῶν τούτου ῥείθρων ἄνθρακες φέρονται. non dubito, fuiſſe ἐπὶ τῶν τούτου ῥείθρων. Carbones ferri ſolitos aqua fluminis, notabile eſt; id quod variis a cauſſis proficiſci potuit. Sollenne veteribus eſt, rerum cauſſarumque naturalium afferre rationes mythicas: e quibus ingenioſae ſane et ſollerter excogitatae multae ſunt; at exitioſa res facta eſt, quod in eiusmodi mythicis rerum phyſicarum interpretationibus acquieſcere maluerunt: ita enim effectum eſt, quo minus ad ſubtiliorem rerum naturalium cauſſarumque indagationem procederent homines; qua vna via foedae impiaeque ſuperſtitiones e genere humano tolli poſſunt; nam quod omnium aetatum hiſtoriae docent, cum ſanctiſſima religione omne facile ſuperſtitionis genus coniunctum eſſe poteſt; niſi ſanior philoſophia, inprimis naturae doctrina ſubtilior, acceſſerit. Aſopo igitur carbones paſſim innatant: quod is a Iove fulmine percuſſus: eadem Schol. Apollon. I, 117. vnde patet, a Callimacho hanc fabulam fuiſſe tractatam: attigit is in iis, quae exſtant, vno verſu H. in Delum. 78. ὁ δ' εἵπετο πολλὸν ὄπισθεν Ἀσωπὸς βαρύγουνος, ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ. Narrat quoque Schol. Il. α, 180. addit alia Schol. ad Il. ζ, 153. vbi Pherecydes fabulae auctor laudatur; Schol. Pindar. Iſthm. 5, 44. et ipſe poeta 8, 37 ſq. 45. Meminit et Pauſan. II, 19. p. 177. Statius Theb. VII, 315 ſqq. cf.

Spanhem. ad Callimach. l. c. — §. 7. εἰς τὴν τότε Οἰνώνην, νῦν δὲ Αἴγιναν. v. paullo ante laudd. Stephan. Byz. in Αἴγινα, et alii. μύρμηκας ἀνθρώπους ἐποίησε. Perſequitur fabulam Ovid. Met. VII, 517-657. Eſt haec ex ea claſſe et ordine fabularum quae etymologiam pro fundo habent; quod genus priſcis hominibus placere non potuit, niſi in ſumma meliorum rerum ignoratione. Inhabitarunt inſulam cum Aeaco Myrmidones. Grammatica eſt inter diſciplinas, quae ceteris multo ſerius fuerunt expolitae; incunabula eius adhuc in Platone et aliis philoſophis agnoſcas; accepit aliqua, ſed lenta, incrementa Alexandriae. Hoc modo fieri potuit, vt tam inepta etymologia, ab omni ſermonis ratione aliena, Myrmidonum ἀπὸ τῶν μυρμήκων, placeret; (qui ſuper pronuntiatione argutantur, poterunt forte hinc argumentum petere ſuper exiguo diſcrimine τοῦ η et τοῦ ι.) nata hinc fabula de formicis pro hominum ſtirpe habitis. Auctor fuit Heſiodus; fragmentum eſt apud Schol. Pindar. N. 3, 21. verſu auctius ad Ol. VIII, 26. et Schol. Lycophr. 176. Excitatur quoque verſus a Ruhnken. Epiſt. crit. p. 110. Melius eos a Myrmidone deductos audias ab aliis: eum ſup. I, 7, 3 extr. vidimus, et Apollon. I, 55.; a Iove et Eurymeduſa Clitoris filia natum neſcio vnde tradit Clemens Alex. Coh. p. 34, 15. Pott. Alia congeſta dabunt Intpp. Hygin. f. 52. Ovid. Met. VII, 654. add. Schol. Lycophr. 175 extr. 176. Qua ſtirpe illi *Myrmidones*, primi Aeginae incolae, fuerint, diſerte nusquam traditur; ſequuti ii ſunt Peleum in Theſſaliam, et Phthiam incoluerunt, vnde cum Achille ad Troiam fuerunt. Ad genus Pelasgicum eos pertinuiſſe probabile fit. Poſthaec Aeginetae Dorici generis facti: nam ab Epidauro in inſulam pars Dorum tranſierat: Pauſan. II, 29. p. 178. duce Triacone. Schol. Pindar. O. 8, 39. (vbi leg. ἦλθε καὶ κατῴκησεν) Schol.

Lycophr. 176. Si Pindar. l. c. dicit infulam Δωριεῖ λαῷ ταμιευομέναν ἐξ Αἰακοῦ, hoc non tam morofe eft accipiendum. Permixtos fuiffe alios alius generis Hellenas dubitare non licet. Hactenus recte, etfi non fatis fubtiliter, Strabo VIII. p. 577. A. vbi ait inhabitaffe infulam Argiuos, Cretenfes, Epidaurios, Dorienfes. Fuit fcriptor Pythaenetus περὶ Αἰγίνης, vt Athen. et Schol. Apollonii IV, 1712. (feu τὰ Αἰγινητικὰ, vt puto leg. in Schol. Lycophr. p. 25. Πυθαίνετος ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Αἰγινητικῶν (non Αἰγινητῶν) traditur ibi ex eo, Oenonen fuiffe Budionis filiam). Illi autem Myrmidones, qui in Theffaliam difcefferant, permixti ibi funt inprimis cum Achaeis: vnde apud Homer. β, 683. 4. οἵ τ' εἶχον Φθίην ἠδ' Ἑλλάδα καλλιγύναικα, Μυρμιδόνες τε καλεῦντο καὶ Ἕλληνες καὶ Ἀχαιοί. *Myrmidones, Achaei*, et *Hellenes*, iidem dicti, Hellenum quidem generaliore nomine adhaerefcente ipfis fingulari aliquo modo, quandoquidem et Hellas inter loca erat, quae incolebant Myrmidones. De his v. nunc dicta ad Il. β, 684. Hefiod. fc. 380. πᾶσα δὲ Μυρμιδόνων τε πόλις etc. §. 8. Pherecydes *Telamonem* ex Actaeo et Glauce natum tradiderat; diuerfo prorfus ab aliis modo. Fuit *Cychreus* heros Salaminiorum, a quo ipfa infula Κυχρεία dicta: v. Strabon. IX. p. 603. A. B. Stephan. in Κεγχρεῖος et e Stephano Euftath. ad Perieg. 512. De eo iterum paullo poft f. 7. §. 9. *Pfamathe* Nereis, vt effugeret Aeaci amplexus, in pifcem phucam fe vertit. Simili arte vfa effe narratur Thetis aduerfus Peleum, cum in fepiam fe mutaret. — §. 10. *Aeaci preces*, multis veterum locis nobilitatae funt. Clariffimus omnium Pindar. N. 5, 17 fqq. Genus tamen et cauffa calamitatis diuerfe traditur: modo agrorum ficcitas, modo inundatio: cf. Schol. ad v. 17. quod hic de Pelopis fcelere narratur, nefcio an alibi narratum lateat. *Stymphalus* inter Elati filios fuit: fup. c. 9, 1. Paufan.

VIII, 4. p. 605. Apud Diodorum IV, 61. Minois dirae, propter Aegei facinus in Androgeon commiſſum, ſiccitatem et famem hanc, quae Aeaci precibus depellitur, arceſſunt: cf. ib. Weſſel. *χρησμοὶ θεῶν.* Apollinis Delphici; v. Pauſan. II, 29. p. 179. §. 11. *ποιησαμένου δὲ εὐχὰς Αἰακοῦ.* ſc. *τῷ Διὶ πανελληνίῳ* ara facta. *καὶ τὰς κλεῖς τοῦ Ἅδου φυλάττει.* Gale locum tuetur aduerſus virum doctum neſcio quem, qui ex ſſ. litteris verba deſumta eſſe volebat: Pauſan. (V, 20. p. 427.) *ἔχει δὲ ὁ Πλούτων κλεῖν, καὶ λέγουσιν ἐπ' αὐτῇ, τὸν καλούμενον Ἅδην κεκλεῖσθαι ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος.* vbi in templo Iunonis Olympiae Proſerpina et Nympha cum claue. Poteſtatem, imperium ac tutelam per claues deſignari, multis virorum doctorum obſeruatis, etiam ad Apocalypſin Ioannis, tritum eſt, vnde dii *κλειδοῦχοι.* De ipſo Plutone et Proſerpina Argonaut. Orphic. 1369. *βασιλεῦσιν, οἵ τ' ἄρα νερτερίων βερέθρων κληῖδας ἔχουσι.* et in Hymno in Plutonem, 17, 4. *Πλούτων, ὃς κατέχεις γαίης κληῖδας ἁπάσης.* ſed, vt diximus, trita nunc res eſt; eſt adeo C. G. Schwarzii libellus de diis clauigeris. Procliue autem erat, claues Plutoni tribuere, cum ſemel aditus inferorum eſſet munitus, et *πύλαι ἀΐδαο* poetis commemorentur. Aeacus *πυλωρεῖν* dicitur etiam apud Lucian. D. Mort. 20, 1. vbi v. alia in notis. Nec tamen valde antiqui poetae is locus eſſe potuit, quem hic expreſſit Apollodorus, cum *Pluto* et *Hades* promiſcue adhibeantur; nam *Plutonis* notio et nomen ſerioris vſus eſt; cum apud Homerum et alios antiquiores ſit *Hades, Proſerpina, Hecate:* venit forte Pluto ex Orphicis et Eleuſiniis. §. 12. *λαχὼν κλήρῳ συγγυμναζόμενον αὐτόν.* ſortis vſus in lucta, in pugilatu, pancratio, vbi paria prodeunt, nota res eſt: nunc etiam in diſco locum habuit; reſpectu ne virium, vt paribus eſſent viribus certantes, an ordinis? *δίσκῳ.* apud

Paufan. p. 179. lapis pro difco erat. Ceterum *caedes Phoci*, et *fuga Pelei cum Telamone* inter notiora fabularum argumenta funt, et paffim in tragoediis fuere retractata. Nouimus hoc vel ex Horatii verfu *Telephus et Peleus cum pauper et exul vterque etc.* in Arte 96. Fuit vtique Euripidis Peleus. At Sophoclis Peleus ad nouiffima eius facta fpectavit, quod ex fragmentis colligo: fenectus enim eius protracta vltra Achillis mortem nouis narrationibus locum dedit; fundus in ipfo Homero fecundum ea quae nuper notaui ad Il. σ, 331. τ, 324. ω, 487. Itaque iterum ab Acafto regno eiectus effe narratus eft: Troad. Eurip. 1123 fq. v. Diodor. IV, 72. Paufan. II, 29. p. 179. 180. X, 30. p. 872. Schol. Pindari O. 8, 39. Schol. Lycophr. 175. p. 24. b. alludit ipfe Pindar. N. 5, 25 fq. et Apollon. I, 91 fq. vtroque loco cf. Schol. Alia v. apud Plutarch. Parall. p. 311. Verheyk. ad Anton. Lib. p. 254. 5. Pfamathe irata propter Phoci filii caedem immifit tum Pelei Telamonis armentis lupum in fabulis notum: Anton. Lib. c. 38. Ovid. Met. IX, 346 fq. cf. Schol. Lycophr. 175. p. 25. 901. Eo fpectat Etymol. M. in Λύκων, *Phoci filii* Criffus et Panopeus; Criffi f. Strophius, pater Pyladis et Aftydamiae: Schol. Eurip. Or. 33. Paufan. l. c. p. 178. cf. Mezir. ad Epp. Ovid. T. II. p. 258 fqq.

f. 7. Καὶ Τελαμὼν μὲν εἰς Σαλαμῖνα παραγίνεται πρὸς Κυχρέα. eft idem, de quo paullo ante ad f. 6. §. 8. de hoc ferpente a Cychreo occifo vetus narratio: Diodor. l. c. Schol. Lycophr. 175. l. c. §. 2. Περίβοιαν τὴν Ἀλκάθου τοῦ Πέλοπος. Eadem verba ap. Xenoph. de Venat. 1. §. 9. *Periboea*, quae Pindar. I, 6, 65. et Diodor. l. c. Ἐρίβοια eft. cf. ad Hygin. f. 97. n. 9. De Alcathoo ne dubites. vid. Schol. Il. π, 14. Schol. Apoll. I, 517. Diodor. l. c. cf. de eo Simfon. ad a. 2775. *Herculis preces:* quae tam praeclarum locum conftituunt in Pindaro I, 6, 60. vbi

Scholiaſtes monet, ἐκ τῶν μεγάλων ἠοιῶν profectum hoc eſſe. Ab aliis res ita traditur, vt natum iam Aiacem tenuerit et leonis exuuiis texerit: cf. Schol. Sophocl. argum. Aiac. extr. et ad v. 844. Schol. Il. ψ, 821. Lycophr. 455. et Schol. quem exſcripſit Eudocia p. 392. Add. alia apud Mezir. p. 247. Telamon quoque Euboeam adierat: de quo Plutarch. Parall. p. 312. B. loco corrupto. §. 3. καὶ στρατευσάμενος εἰς Τροίαν. ſc. Telamon: cf. ſup. II, 6. 4.

Cap. 13.

ſ. 1. πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἄκτορος. Sane ſic ſup. I, 8, 2. inter Calydoniae ſuis venatores Εὐρυτίων Ἄκτορος ἐκ Φθίας. Εὔρυτον tamen omnes codd. legunt, etſi mox Εὐρυτίωνα agnoſcunt. Simili modo Schol. Lycophr. 175. p. 25. primo loco, vbi ex Pherecyde narrat, Εὔρυτον habet, mox Εὐρυτίωνα. Εὔρυτος etiam eſt ap. Schol. Ariſtoph. Nub. 1059. Eſt ſane vnum idemque nomen duplici forma. v. Verheyk. ad Anton. Lib. p. 256. qui et tentabat, ad exemplum Antonini Liberalis, πρὸς Εὐρυτίωνα τὸν Ἴρου τοῦ Ἄκτορος, (nam Eurytionem, non filium, ſed nepotem Actoris ex Iro ſtatuerunt alii; ipſe Apollon. I, 73. 74.) quod firmat Schol. Lycophr. eod. loco, ita tamen, vt praemittat οἱ δὲ φασίν. ergo res diuerſis modis tradita erat; quid quod ii, qui pro Eurytione Actorem memorant, eum ne liberos quidem reliquiſſe audiuerant: vt ii, e quibus Diodorus ſua habet IV, 72. Scilicet fama acceptum erat hoc ſaltem, Peleum Phthiam tenuiſſe, quae antea Actoris fuerat. *Actor* hic diuerſus ab altero, Opuntio, Menoetii patre, (ſup. ad c. 12, 6. §. 8.) Deionis filio: I, 9, 4. Diuerſus quoque Cteati et Euryti pater ſup. II, 7, 2. Is de quo nunc agitur, Myrmidonis eſt filius ex Phthia, de quo ſup. I, 7, 3. Πεισιδίκης (Aeoli filiae) καὶ Μυρμιδόνος Ἄντιφος καὶ Ἄκτωρ. Confundit primum et tertium Palmer.

ad Diodor. IV, 72. n. 67. Meziriac. T. I. p. 40. ſed idem facit quoque Euſtath. ad Il. α. p. 113, 1. 321, 1. cf. Verheyk. ad Antonin. Lib. p. 256. et ſup. p. 141. ad I, 7, 3. §. 5. Ad ipſum Actorem veniſſe et ab eo luſtratum eſſe Peleum narrant alii, vt Diodor. l. c. Euſtath. l. c. *Antigone* Eurytionis filia: Polymela eſt ap. Euſtath. Il. β, p. 321. l. 5. ſed ea Actoris filia; Polymelis ap. Schol. Lycophr. 175. p. 25. trepidauit quoque circa eam Simſon. p. 263. Ex Philomela Actoris filia Achillem natum, Deimachum tradidiſſe notat Schol. Apollon. I, 558. ſcripſerat forte et is Πολυμήλην. Actoris filiam Eurydicen, Polydorae matrem, Staphylus in Theſſalicis ediderat; alii Laodamiam, Alcmaeonis filiam; v. Schol. Homer. l. c. Ad Staphyli narrationem adde Schol. Apollon. IV, 816. Aliam Polymelam, Pelei filiam, Menoetio ſecundum nonnullos auctores nuptam inf. ſ. 8. §. 5. videbimus. Haec tam diuerſe narrari nemo mirabitur, qui haec et fama antiqua accepta, et a multis poetis, inprimis Tragicis, tractata eſſe meminerit. Fuit *Peleus* Sophoclis, alius Euripidis. §. 2. Polydoram Antigonae filiam tradit noſter cum Pherecyde, vt ex Schol. Il. π, 175. diſcimus; vbi alia narrantur ex aliis: v. paullo ante de matre. Polydoram *Boro* nuptam ipſe Homer. Il. π, 175. 177. teſtatus eſt. *Perieres* ſeu Aeoli ſeu Cynortae filius ſup. I, 7, 3. §. 4. p. 45. I, 9, 5. p. 67. III, 10, 4. §. 5.

ſ. 2. §. 1. *Eurytion a Peleo inuito caeſus:* iam ſup. I, 8, 2. §. 6. p. 56. in venatione Calydonia. Actorem Acaſti filium a Peleo in venatu occiſum narraſſe videntur alii: Schol. Lycophr. 175 extr. 901.

ſ. 3. §. 1. *Exulat Peleus apud Acaſtum*, Iolci regem; filium Peliae, quem ſup. I, 9, 28. vidimus. De exilio monui ad ſ. 6. §. 12. res iam ſupra narrata III, 9, 2. §. 4. vbi v. Obſſ. §. 2. Ab *Aſtydamia tentatus Peleus.* Quae

ſequuntur, ad Pherecydis ductum narrata ſuſpicor, ſi comparo Schol. Lycophr. l. c. p. 25. De hac mulieris perfidia, et inſidiis Peleo factis v. primo loco Pindar. N. 4, 92 ſqq. vbi tamen *Hippolyte* eſt, et N. 5, 49. Κρηθηῒς Ἱππολύτα, itaque Crethei (I, 9, 10.) filia: male Schol. Cretheidem Hippolyti filiam effingit. Alia v. ad Anton. Lib. p. 257. In Schol. Apollonii I, 224. eſt Κρηθηΐδα, ἢ, ὥς τινες, Ἱππολύτην. ſed in mſ. Pariſ. deſunt verba ὥς τινες, et videtur et ibi fuiſſe Κρηθηΐδα Ἱππολύτην. Vtrumque nomen et Hippolytes et Aſtydamiae affert Schol. Ariſtoph. Nub. 1059. partim ad ductum loci Apollodorei (vnde Eudoc. p. 338. adde p. 31). Πηλέως πρὸς Ἄκαστον καταψεύδεται. vt iam ſup. III, 7, 5. extr. et mox c. 13, 8. Nicolaus Damaſc. in Excerptis p. 446. in hac narratione: ὑποφθάσασα αὐτὸν προςδιαβάλλει πρὸς τὸν ἄνδρα. §. 6. 7. Eſt hoc epiſodium, quod in poeta fuit, e quo Apollodorus haec hauſit; parum tamen prudenter, cum ad ipſam rerum ſummam, quam ille exponendam ſumſit, illa fabella nil faciat. Ad rem ſpectat tantum quod ſequitur de Pelia ſine armis in ſolitudine relicto. De hoc ſunt verſus Heſiodi, quos Schol. Pindari N. 4, 95. appoſuit: ἧδε δέ οἱ (Acaſto) κατὰ θυμὸν ἀρίστη φαίνετο βουλή· αὐτὸν μὲν σχέσθαι [ſic iam emendarunt pro εὔχεσθαι, ſed quo ſenſu? f. αὐτοῦ μὲν σχέσθαι. (vt Od. δ, 422.) ἀποσχέσθαι, *continere ſe ab eo occidendo, ei parcere*] κρύψαι δ' ἀδόκητα μάχαιραν καλήν, ἥν οἱ ἔτευξε περικλυτὸς Ἀμφιγυήεις· ὡς τὴν μαστεύων, οἶος κατὰ Πήλιον αἰπὺ αἶψ' ὑπὸ Κενταύροισιν ὀρεσκῴοισι δαμείη. §. 8. ἐν τῇ τῶν βοῶν κόπρῳ κρύψας. in ſtabulo boum: vocabulum ex antiquo poeta ſumtum; quod in Homero hoc ſenſu notatum Iliad. σ, 575. Varie narratio haec tractata: alii Mercurium induxere, qui afferret enſem ἡφαιστότευκτον: v. Schol. Apollon. I, 224. ipſum Vulcanum aduocauit aliquis in Schol. Pind. N. 4, 88.

imperite, cum enſem a Vulcano factum legiſſet: de quo locus eſt Zenob. V, 20. Petiit et poenam iniuriae Peleus ab Acaſto, Iolco expugnata, et Acaſto cum coniuge occiſo: v. inf. ſ. 7.

ſ. 5. *Thetidis nuptiae;* celebratiſſima in poetis res; inprimis praeſentia et muneribus deorum: vide praeclarum locum Pindari N. 4, 101 ſq. cf. Apollon. IV, 807 ſqq. Fuit Heſiodi ἐπιθαλάμιον εἰς Πηλέα καὶ Θέτιν, ſi fides Tzetzae in Proleg. ad Lycophr. potuit tamen pars eſſe τοῦ Καταλόγου. affert ille duo inde verſus: Τρὶς μάκαρ, Αἰακίδη, καὶ τετράκις ὄλβιε, Πηλεῦ, ὃς τοῖσδ' ἐν μεγάροις ἱερὸν λέχος εἰσαναβαίνεις. Aliud Agameſtoris Pharſalii fuit Θέτιδος ἐπιθαλάμιον, e quo duo diſticha ſunt apud Schol. Lycophr. 178. E Latinis, Graeca deperdita Epithalamium Catulli adumbrare poteſt: ad quod vid. Intpp. Ζεὺς καὶ Ποσειδῶν ἤρισαν. De contentione hac ſuper Thetidis nuptiis locus claſſ. eſt Pindari I, 8, 58 ſqq. *Thetidis* nomen et religio propria fuit Theſſalis; numen ἐγχώριον, quod Achillis celebritate et ipſum celebrationem maiorem accepit: Pindar. N. 4, 81. Θέτις δὲ κρατεῖ Φθίᾳ. Fuit et locus Theſſaliae τὸ Θετίδειον; ap. Strabon. et Stephan. Pherecydis verba ap. Schol. Pindar. ad e. l. ἔπειτα Πηλεὺς ᾤχετο εἰς Φθίαν, καὶ Θέτιν ἐπὶ τῶν ἵππων (τούτων f. del.) ἄγων, οἰκεῖ ἐν Φαρσάλῳ καὶ ἐν Θετιδείῳ, ὃ καλεῖται ἀπὸ τῆς Θέτιδος (ἡ πόλις. f. del.). Eadem ſunt in Schol. Lycophr. 175. p. 125. a. vbi ἐν Φαργάλῳ hinc emendandum: (eod. loco, qui ſequitur Φίλαρχος, Φύλαρχος eſt, et in ἔφυγε πρὸς τὸν Ἥφαιστον delendum eſt πρός, nam fugit illa Vulcanum ſibi vim parantem; vt olim Minerva: v. inf. c. 14, 6). Themidis vaticinium v. ap. Pindar. l. c. Alii, vt mox ipſe Apollodorus teſtatur, Prometheo illud vaticinium tribuerunt, inque his iam Aeſchyl. Prometh. 906 ſq. eodem alluditur v. 167. 767. Adde Schol. Il. α, 519.

Quint. Smyrn. V, 338. §. 3. τινὲς δὲ λέγουσι. narrat eadem Schol. Lycophr. 178. fed ex h. l. — ὑπὸ Ἥρας τραφεῖσαν. Agnofcit hoc Schol. Lycophr. l. c. Verfum erat: *Thetin Iunonis monitu perfuafam.* Faber em. προτραπεῖσαν, nec aliter Aegium putabat legiffe. Male haec; nam vere Thetis educata a Iunone. Il. ω, 59. 60. Iuno loquitur: Αὐτὰρ Ἀχιλλεύς ἐστι θεᾶς γόνος, ἣν ἐγὼ αὐτὴ θρέψα τε καὶ ἀτίτηλα, καὶ ἀνδρὶ πόρον παράκοιτιν Πηλεῖ. Pietate nunc mota Thetis, vt τὰ θρεπτήρια Iunoni perfoluat, Iouis amores fugit: v. Apollon. IV, 793 fqq. §. 4. De hac formae Thetidis mutatione v. Pindar. N. 4, 101. et Schol. et duo loca Sophoclis in Schol. eod. 3, 60. Fundus mythi effe videtur Thetidis profeffio ap. Homerum, fe in vitam mortali elocatam effe: Il. σ, 432 fqq. et vf. 85. ἤματι τῷ, ὅτε σε βροτοῦ ἀνέρος ἔμβαλον εὐνῇ. Apud Quintum III, 615 - 621. illa non ceffit; nifi promiffo accepto de filio mortalium fortiffimo, ipfoque patre fortiore, partu ex his nuptiis edendo. — τὴν ἀρχαίαν μορφὴν α. atqui fecundum alios in fepiae forma eam amplexu tenuit: ἐμίγη αὐτῇ ἐν εἴδει σηπίας Schol. Lycophr. 178. et 175. p. 25. vnde patet hoc alterum ex Euripide effe. Σηπιὰς ἄκρα Theffaliae hinc effe dicta credita eft, ibid. et apud Euftath. p. 1152, 10. Schol. Apollon. I, 582. Confecrata illa ἄκρα Thetidi ceterisque Nereïdibus: Herodot. VII, 191. — Nuptiae celebratae ἐν Πηλίῳ. in antro Chironis. Statius Achill. I, 109. τὸν γάμον εὐωχούμενοι καθύμνησαν. v. Pindar. N. 4, 107 - 111. et de cantu Mufarum P. 3, 158 - 160. ipfe Xenophon de Venat. I, 8. de Peleo: τοὺς θεοὺς τὸν γάμον παρὰ Χείρωνι ὑμνῆσαι. δόρυ μείλινον· Nihil nobilius Peliade hafta, in Pelio monte recifa a Chirone, eaque fraxinea, ἐκ μελέας, μέλινον. v. Il. π, 140 - 4. et ibi Schol. qui Cypria laudat. De his muneribus multi multa fabulati funt: v. c. Ptolem. Hephaeft. lib. VI. p. 332. Gal.

ſ. 6. *Achillis natales* et *educatio*. Quod mater ei immortalitatem parare voluit, ex Homero notum eſt; modum, quo id efficere conata eſt, ſimilem ei quem Ceres in Metanirae puero experta erat ſup. I, 5, 2. deſcriptum hic habemus et apud Apollon. IV, 866 ſqq.; add. Schol. Il. π, 36. qui Lycophronem laudat, ſcil. v. 178. 9. vbi v. Schol. add. Ptolem. Hephaeſt. VI. p. 331. In Schol. Apollonii IV, 814. alia ex carmine vetere Aegimio apponuntur. §. 3. πρὸς Χείρωνα. educatio haec Achillis celebrata in poetis v. Pindar. N. 3, 75 ſqq. cf. Apollon. IV, 812. I, 558. vbi v. Schol. qui obſeruat, ab Homero hoc non tradi. In eod. Schol. de diſſenſu veterum in matre Achillis multa apponuntur. ἔτρεφε σπλάγχνοις. reconcinnauit fabulam Statius Achill. II, 385. 6. Leones illa aetate Graecia aluit. §. 5. Λιγύρων: memorat ex noſtro Schol. Lycophr. 178. (quem exſcripſit Eudocia p. 225. hinc emendanda: add. p. 431). Etiam πυρίσσοος appellatus Achilles ex re. Schol. Lycophr. ibid. et 1244. Ptolem. Hephaeſt. VII. p. 335. In iisdem inepta etymologia nominis Achillis. Alii aliter; ſed in his haerere piget; v. cum illis Euſtath. ad Il. pr. et Etymol. M. h. v. Waſſenberg ad Schol. Il. α. p. 130.

ſ. 7. Miror, tam ſero de Iolco expugnata, ad vlciſcendam Aſtydamiam, narrari: ſpectant ad ſup. ſ. 3. Conf. Pindar. N. 4, 88 ſq. add. N. 3, 58. 59. et ibi Schol. it. Schol. Apollonii I, 224. Schol. Ariſtoph. Nub. 1059. Fragm. Pindari p. 36. n. VII. cum docta Schneideri nota: nunc in noua edit. p. 52. VII. — σὺν Ἰάσονι καὶ Δ. hoc ex Pherecyde habet noſter, vt docere poteſt Schol. Pindari N. 3, 58. add. Nicolai Damaſc. Excerpta p. 446. Debentur haec Tragicis, a quibus etiam Peleus ſenex iterum fuit regno eiectus per Acaſtum. cf. ſup. ad III, 12, 6. §. 12.

ſ. 8. *Achilles in inſula Scyro apud Lycomedem latens.* Haec eſt illa Ἀχιλλέως ἐν Σκύρῳ παρθένευσις, apud Lucian. de ſaltat. 46. Tragoediis celebrata res. Fuere Σκύριοι Sophoclis. Sed et in Cyclicis, vnde narrata ea in Scholio Il. τ, 338. cum h. l. conferendo; cf. Schol. Il. ι, 664. ibique Obſſ. Hygin. f. 96. et ibi laudd. §. 1. ὡς δὲ ἐγένετο ἐννεαετὴς Ἀχιλλεύς. Non ſatis conuenit rerum temporumque rationibus, nouennem in Scyron fuiſſe ab ductum, niſi ſtatuas per plures annos eum latuiſſe in inſula; tum etiam ſumendum eſt, plures annos in apparatu belli Troiani fuiſſe conſumtos. Conueniret aetas fraudi, quod pro puella habitus fuit. Licet ſuſpicari ἐννεαδεκαέτης. ita vero non potuit puellam mentiri. In amores Achillis et Deidamiae erat carmen Bionis, nunc inſcriptum epithalamium, cuius fragm. ſupereſt a Valkenario emendatum n 15. Proditus autem et ex latebris extractus Achilles plurium anaglyphorum eſt argumentum; in quibus erat habitum vulgo ſepulcrum Homeri; quod illuſtratum dedi ſingulari libello.

§. 4. *Phoenix* ex Homero notus. συνείπετο δὲ αὐτῷ v. Il. λ, 771. De ira autem patris Amyntoris, Ormeni filii, (cf. ſup. ad II, 7, 7. §. 6. p. 196. de cuius patria, varie edita, v. apud Strabon. Lib. IX. p. 670.) Homerus ita tradit, Il. ι, 447 ſqq. vt Phoenicem dicat matris impulſu pellicem patris corrupiſſe, quo illa patri inuiſa fieret; tunc patris diris deuotum eum fugiſſe. cf. Schol. ad e. l. Sequitur Homerum Lycophr. 417-423. vbi cf. Schol. ad 421. In Epigr. Cyzic. 111. ipſa mater Alcimede deprecatur et ſupplicat patri pro filio. Hinc Phoenicis fortuna a tragicis poetis alium variumque in modum fuit verſata, e quibus ea videntur petita, quae h. l. apponit Apollodorus. Fuit autem Phoenix Sophoclis, alius Euripidis: de quo v. Valkenar. in Diatribe c. 24. fuit et Ionis

Phoenix. ἐτυφλώθη. quod in Homero non memoratur; nec cum narratis conuenit; ferius itaque commentum eſt exiſtimandum. Fuit puto in antiquiore ſcriptore aliquo ἐπηρώθη τὰς ὄψεις, aut forte ſimpliciter ἐπηρώθη. nam πηρὸς pro τυφλὸς apud Homer. Il. β, 599. vbi Muſae Thamyrin πηρὸν θέσαν. Neſcio an lectio male accepta ad excaecandum Phoenicem aliquid contulerit: nam l. c. Il. ι, 454. πατὴρ δ' ἐμὸς — πολλὰ κατηρᾶτο. vbi Schol., haud dubie ex antiquiore, forte Pherecyde, γνοὺς δὲ Ἀμύντωρ, ἐπηράσατο τῷ παιδὶ δυστυχίαν περὶ τέκνων γονήν. Quod ſi forſan hoc ἐπηράσατο nude poſitum lectum fuit ἐπηρώσατο, potuit altera narratio hinc elici. — βασιλέα κατέστησε Δολόπων. Il. ι, 479. 480. Phoenix praedicat de Peleo: πολὺν δέ μοι ὤπασε λαὸν, ναῖον δ' ἐσχατιὴν Φθίης Δολόπεσσιν ἀνάσσων. videtur de occidente Phthiae eſſe accipiendum, etſi inde ad vlteriora progreſſi ſunt verſus Epiri confinia *Dolopes;* ſic collocantur fere ſub Pindo meridiem verſus apud Strabon. IX. p. 663. C. Infra ipſos ſiti Acarnanes et Aetoli: (Dicaearchus v. 62.) finitimi autem Perrhaebi: (Scymnus v. 614.) Ad antiquiores ſedes pertinet vrbs Ctimene apud Apollon. I, 68. v. Holſten. ad Stephan. h. v. Diſperſos eos etiam aliis in locis fuiſſe probabile fit: nam Scyron inſulam tenuere. vid. Schol. Il. ι, 664. Lycomedes ſe eos inſulam Scyron tenentes viciſſe gloriatur in Statii Achill. II, 103. Diodor. XI, 60. cf. Voſſ. ad Catull. 63, 34. *Dolopes* inter barbaros erant e Pelasgica ſtirpe ſuperſtites. In fragm. Pindari, Dolopes, quos Phoenix ducit, inter funditores recenſentur, apud Strab. IX. p. 659. A. (fragm. Pindar. p. 90. nov. ed. p. 88. XVI.) Mentio eorum adhuc fit in bellis Macedonum et Romanorum, ſed iis ipſis temporibus extincta eſt haec gens, cum aliis, ita vt Auguſti aetate prorſus eſſet nulla: Pauſan. X, 8. p. 816.

§. 5. Συνείπετο δὲ καὶ, vid. Il. λ, 764 ſqq. *Patroclus* Menoetii (de quo cf. Burman. Catal. Argonaut.) filius, Actoris nepos, ſup. ad III, 13, 1. καὶ Σθενέλης. Sic et Schol. Apollonii I, 69. cf. Schol. Pindar. Ol. 9, 107. *Acaſtus* Peliae f. idem, de quo c. 13, 2. 3. *Periapis* Pheretis f. qui Crethei f. erat: ſup. I, 9, 11. et 14. *Philocrates*, haud dubie is, cuius Θετταλικὰ ab Athenaeo laudantur lib. VI, 264. A. Diuerſa haec *Polymela* ab ea, quae ſup. ad c. 13, 1. memorata fuit, Actoris filia; in Philomelam ab aliis mutata, vt diſcere licet ex Hygin. f. 97, 8. vbi v. not. add. Euſtath. p. 1498, 54. Alii Patroclum et Achillem patrueles eſſe voluerant: Euſtath. ad Il. α, p. 112 extr. συγγένειαν et alii agnouerunt, vt Hellanicus in Schol. Il. μ, 1. Attigit haec Meziriac. ad Ovid. Tom. I. p. 38. Reliqua de Patroclo videnda ſunt in Homero et ad Homerum. De caede Cleſonymi et fuga Patrocli ad Peleum v. Obſſ. ad Il. ψ, 86. De amoribus Patrocli et Achillis vid. ad Λ, 785. Ω, 6.

Cap. 14.

Nonnulla inter haec et ſuperiora intercidiſſe, nemo dubitet; tam abrupte ea quae ſequuntur, prorſus diuerſa ab antecedentibus, narrare Apollodorus non potuit. Sequuntur *fabulae Atticae:* quae et argumentis et ornamentis multum ab aliis recedunt. An epico aliquo carmine tractatae fuerint, antiquiore quidem, dicere non habeo; *Theſeis* (v. inf. ad c. 16, 1.) fabulas Atticas comprehendere debuit; etiam *Hecale* Callimachi. Tanto plura e fabulis Atticis in ſuam rem conuertit tragoedia et comoedia, poetis hoc ipſo rerum genere ſtudia Athenienſium in ſe conuertentibus. Licebit vel ex Euripide, ſi cui otium erit, haud pauca ad fabulas illuſtrandas elicere; alia ex Ariſtophane. Primo in ore hominum verſaban-

tur narrationes vetere fama acceptae; has collegere ſcriptores, inprimis *Pherecydes* Athenienſis, Hecataeo Mileſio fere aequalis, cuius περὶ τῆς Ἀττικῆς Ἀρχαιολογίας libri X. feruntur; v. Ind. Auct. Attigit inde Attica *Hellanicus* Lesbius, cuius Ἀτθὶς paſſim laudatur, ab Harpocratione vsque ad τετάρτην τῆς Ἀτθίδος; fuit illa forte vna τῶν κτίσεων eius. Supparem aetate fuiſſe neceſſe eſt *Clitodemum* (apud Harpocrat. et Plutarch. Clidemus eſt) eorum, qui res Atticas perſcripſerunt, vetuſtiſſimum auctorem Pauſaniae dictum X, 16. p. 834. vbi eius λόγος Ἀττικὸς excitatur. Minus clari fuere *Marſyas* Pellaeus, cuius Ἀττικὰ libb. XIV. *Iſter*, Callimachi diſcipulus, cuius Ἀττικῶν vel Ἀτθίδων libri vsque ad XIII. laudantur, (Harpocrat. in voc. τραπεζοφόρος) quos longe poſt ſe reliquit *Philochorus* Athenienſis, qui pluribus libris omnem hiſtoriam Atticam illuſtrauit; inprimis eius Ἀτθὶς, libris ſaltem XVII., ſaepiſſime laudatur, v. c. apud Harpocrat. *Phanodemi* Ἀττικὴ Ἀρχαιολογία apud Dionyſ. Halic. I, 61. eadem eſſe videtur, quae Ἀτθὶς aliis; Harpocration eius librum IX. excitat. Celebratur etiam *Androtionis* Ἀτθὶς, cuius librum XII. ab Harpocratione memorari video. Alia *Meleſagorae* qui antiquior ceteris eſſe debuit: v. Clem. Alex. Strom. VI. p. 629. Sylb. alio loco memorata eſt: ſup. ad c. 10, 3. et v. Ind. Auctt. Multa ex antiquitate Attica complexus erat *Polemo*, libris IV. περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει, (Strab. IX. p. 607. A.) et alter, minus celebri nomine, *Heliodorus* Periegeta ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως libb. XV. Athen. VI. p. 229. E. Alios obſcuriores in Harpocratione et aliis exquirere licebit. His qui periere ſuperſtes eſt aliqua ex parte Marmor Parium, quod tempora Atticae hiſtoriae antiquae ſeruauit, inde a Cecrope (a. C. 1582. adeoque annis XXVI. ante epocham a Caſtore conſtitutam et vulgo inde receptam anni 1556. ante C. N.)

vsque ad Alexandri fere tempora; etsi deductum erat per annos 1318. ad annum ante C. 264. Ol. 129, 1. ab homine Pario, expressum, vt probabile sit, ex Demetrii Phalerei ἀναγραφῇ. Post superiores, et ipsum Philochorum, Apollodorus noster vixit, qui et ipse Attica attigerat in Chronicis. Quem ille potissimum auctorem, ex Atticis certe is fuit, sequutus sit, equidem non dicam. Gale Diss. Scriptorib. mythol. praemissa p. 19. Philochorum fuisse asserit, et hinc factum esse, vt de Ogyge nihil noster apposuerit: nam "primum, inquit, Atticae regem chronologi aliarum gentium affirmant fuisse Ogygem: hoc Philochorus in Atthide pro figmento habuit, vt ex Eusebio colligimus; Philochorum Apollodorus sequitur." Diu me hoc detinuit; quandoquidem Ogygiam epocham vel maxime a Philochoro fuisse stabilitam noram; sed temere haec pronuntiata esse tandem intellexi. Locus ex Africano est apud Euseb. V. E. X, 10. p. 490. A. vbi non Ogygem, sed τὸν γὰρ μετὰ Ὤγυγον Ἀκταῖον, ἢ τὰ πλασσόμενα ὀνομάτων, οὐδὲ γενέσθαι φησὶ Φιλόχορος. Igitur excidisse potius videri debet Ogyges in hac lacuna Apollodori, quam designauimus. Fuit hoc diluuium ad Phoronei tempora fere referri solitum. cf. sup. p. 96. ad II, 2, 1. A Cecrope tamen probabilioris historiae Atticae initia petierunt historici et chronologi, in his, Marmor Parium. Ceterum fabulae Atticae, hoc est antiquissimae historiae, illustrari in plerisque facile possunt ex Meursianis libellis; est quoque Galeus in hoc capite copiosior; Pausanias Attica nimis strictim attigit, nec nisi interpositis alienis narrationem protraxit; omnino ille sectabatur recondita et minus nota. Nobis, cum in eo simus, vt vela potius contrahere necesse sit, circumscribenda erit opera; ideoque ad Apollodorum operam referemus vnice, ne in omnem Atticam mythologiam euagemur.

f. 1. *Cecrops.* συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος. est hoc notum illud nomen διφυής, etsi vulgo ad sexum marem et muliebrem tractum, eoque pro symbolica significatione matrimonii a Cecrope instituti habitum; vt colligas ex iis, quae habet Meurs. de Regg. Ath. I, 8. Verum quod in nostro est, vetere loquendi et fingendi more, τὸν γηγενῆ exprimit; nam serpens respectum ad αὐτόχθονα habuit; id quod in multis exemplis obuium est. Atticae antiquum nomen h. l. editur Ἀκτή. apud Pausan. I, 2. p. 7. f. et alios est Ἀκταία, in Chronico Pario Ἀκτική, et tamen deducitur ab Actaeo autochthone. Etiam Stephan. Byz. Ἀκτή. οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο ἀπὸ Ἀκταίου τινός. ἀνὴρ δὲ ἦν αὐτόχθων, ... Ἀπολλόδωρος δὲ τἀναντία φησίν· οὕτω γὰρ ἐκλήθη (bene supplet Berkel. ex Eustath. παρὰ τὴν ἀκτὴν) διὰ τὸ πολὺ μέρος αὐτῆς καθικνεῖσθαι εἰς θάλασσαν. τριγώνου γὰρ οὔσης, αἱ συννεύουσαι ὑπὸ τὸ Σούνιον ἑκατέρωθεν δύο πλευραὶ παράλιοι τυγχάνουσι· δι' ἃς τῶν ἐπὶ Κέκροπος φυλῶν τεττάρων οὐσῶν δύο προσηγόρευσαν Ἀκταίαν καὶ Παραλίαν. Haec Apollodori excidisse ex h. l. ne quis suspicetur, monendum est, ad libros τῶν Γεωγραφουμένων ea pertinuisse: v. inf. Fragm. Verior haud dubie haec etymologia, quia littoralis erat regio, dictam esse ἀκτικήν. Fuit tamen et in ipsa Attica ἀκτή. cf. Harpocrat. h. v. — Nomen Ἀκτῆς in Κεκροπίαν mutasse dicit auctor ipsum Cecropem; more antiquorum, quoties dicere debebant, poetas eo nomine vsos esse loco proprii nominis. §. 2. Ἐπὶ τούτου φασίν. fabula non male adornata; cum a diis dicerentur amari, habitari et teneri, vrbes in quibus praecipua templa et sacra iis essent constituta, potuit fingi, tempus aliquando fuisse, quo dii sibi suam quisque vrbem deligerent. Ita in Hymno Homerico in Apoll. dispicit Apollo diligenter de loco sibi deligendo, quo consulentibus respondeat; et ap. Pindar,

Ol. 7, 100. dii terram inter ſe diſpertiuntur, nulla Soli ſorte per incuriam relicta. Iam putandi ſunt ex Apollodori narratione Neptunus et Minerva in eundem locum animum defixiſſe; venit Neptunus et illum occupat, vtque occupatum a ſe locum ſigno aliquo declaret, figit humi tridentem. Mox acceſſit Minerva, eius, quod factum eſſet, inſcia, occupandique loci eiusdem cauſſa oleam conſeuit. Oritur nunc controuerſia, danturque iudices XII. dii: qui litem ſecundum Minervam diiudicant, quia illa pro ſe teſtem facti habet Cecropem; Neptunus ſine arbitro occupationem inſtituerat. Diuerſus eſt narrandi ordo aliorum, (vter deorum vtiliſſimam rem procreaturus eſſet; cf. Meurſ. de Fort. Ath. 2. vide vel Ovid. Met. VI, 70 ſq.) nec cum Apollodoro permiſcendus, qui in hac fabula, valde antiqua, iuris acquirendae rei per occupationem habet veſtigia. Apud Callimachum Cecrops ſententiam dixit: mare vbique eſſe, at oleam propriam Athenis: Schol. Il. ρ, 53. §. 3. θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηΐδα καλοῦσιν. fuit puteus, Φρέαρ, aqua marina occultis terrae meatibus affluens, in Erechthei aede, (ἐν τῷ Ἐρεχθείῳ) in acropoli: memorat Pauſan. I, 26. p. 62. 63; ſimpliciter ea θάλασσα apud alios, etiam apud Herodot. VIII, 55. §. 4. ἐν τῷ Πανδροσίῳ, Pandroſum mox ſ. 2. videbimus; ap. Pauſan. I, 27. p. 64. in Minervae Poliadis aede olea memoratur; apud Herodot. l. c. in aede Erechthei. Scilicet coniuncta fuere duo ſacella Minervae Poliadis et Erechthei; priori autem iſti contiguum Pandroſi ſacellum, vulgo ad ipſum Minervae nomen referri ſolitum: haec intelliges comparatis locis ap. Meurſ. in Cecropia c. 19. 20. 22. et nunc ex Stuart, Le Roi, Chandler, et al. §. 5. Iudices Iupiter conſtituit θεοὺς τοὺς ιβ'. ſic et apud Ovid. Met. VI, 70. vbi v. Burman. Iovem ſolum alii iudicem edunt, vt Hygin. f. 164. vbi v. Not. —

§. 7. *Campus Thriasius* a demo Θρία dictus v. Steph. Byz. h. v. memorat eum quoque Strabo IX, p. 605 A. Factum quod narratur, de eluuie aquarum repetunt alii; vt Varro ap. Augustin. C. D. XVIII, 9. cf. Hygin. f. 164 extr. et ad eum Not.

f. 2. v. Meurs. de Regg. Athen. I, 11. Ab *Erysichthone* fanum in insula Delo conditum ferebatur: v. ibid. auctt. — De tribus sororibus v. Ovid. Met. II, 739 sq. *Agraulus*, ab aliis *Aglaurus*, pronuntiatione forte emollitae scripta, filia Agrauli; Ἄγραυλος scribitur etiam ap. Steph. Byz. in Ἀγραυλή, nam demus fuit ab ea appellatus Erechtheidis tribus; fuit etiam τέμενος eius et ἱερόν. Pausan. I, 18. nam filia fuit, non mater, quae diuinis habita est honoribus: cf. Brunck. ad Aristoph. Thesmoph. 533. Apud Ovidium est *Aglaurus*. Mirum est, quod apud Cyprios ei homines mactatos fuisse Patres asserunt: apud Meurs. in Cypro I, 20 extr. 21. §. 2. *Alcippe*. v. Pausan. I, 21. p. 49. Steph. Byz. in Ἄρειος πάγος. qui alium Apollodori locum lib. IX. περὶ θεῶν laudat; quem v. inf. in Fragm. Ex eod. Steph. intelligitur, in hac fabula de Alcippe praeiuisse Philochorum libro II. Ἀτθίδος. ὅτι τὸν Ἁλιῤῥόθιον τὸν Ποσειδῶνος ἀποθανεῖν βιαζόμενον ὑπὸ Ἄρεος διὰ τὴν Ἀλκίππην τὴν αὐτοῦ θυγατέρα: locus luxatus, saltem sic refingendus: διὰ τὸ τὸν Ἁλιῤῥόθιον τὸν Ποσειδῶνος ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεος, βιαζόμενον τὴν Ἀλκίππην. §. 3. De *Areopago* Scalig. ad e. l. Gale ad h. l. Meurs. de Areopago, et hinc libelli de antiquitate Graeca. Sufficit inspicere Simson. 2495. cf. doctum Scholion Eurip. Or. 1648.

f. 3. *Cephalus* hic diuersus putandus ab altero Deionis filio, sup. I, 9, 4. et paullo post c. 15, 1. cf. sup. p. 58. Spectasse videntur ea, quae hic exponuntur, obscura pleraque, partim vix alibi obuia, ad fabulas Cyprias. Fuere

de Cypro ſcriptores plures, in his Androcles, Menander, notiſſimus Philoſtephanus Cyrenaeus: potuere in his eſſe, qui fabulis Atticis eas implicarent, inprimis ſi Salaminis cum Athenis neceſſitudinem animo habebant. Cyprii autem ipſi partim mythos et religiones ex Syria acceperant. Ab Aethiopibus ſe ortos ferebant: (Herodot. VII, 90.) ad hos autem Tithonum referre ſolebant fabulae propter Auroram, vna cum Memnone; in quo iam praeiuit Heſiod. Θ. 984. cf. ſup. III, 12, 4. Pro Aurora, apud antiquiores eſt Ἡμέρα. Tithonus autem Cypriis erat Aous. Etymol. M. Ἀῷος . . Ἀῷ γὰρ ὁ Ἄδωνις ὠνομάζετο, καὶ ἀπ' αὐτοῦ οἱ Κύπρου βασιλεύοντες, (non, *nominantur*, ſed *ducuntur ſtirpe et genere*) . . Φιλέας δὲ (cuius periplus fuit) πρῶτον βασιλέα Ἀῷον, Ἠοῦς ὄντα καὶ Κεφάλου. *Phaethontem* Aurora ex Cephalo peperit in verſſ. Heſiodi Θ. 985 ſq. (quos ante oculos habuit Pauſan. I, 3. p. 8.) vbi eum propter inſignem pulchritudinem Venus rapuit καί μιν ζαθέοις ἐνὶ νηοῖς νηοπόλον μύχιον (non νύχιον) ποιήσατο δαίμονα δῖον. prorſus vt de Erechtheo Il. β, 547 ſq. ὅν ποτ' Ἀθήνη θρέψε . . κὰδ δ' ἐν Ἀθήνησ' εἷσεν ἑῷ ἐνὶ πίονι νηῷ, ἐνθάδε μιν (*Minervam*, non Erechtheum) ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται κοῦροι Ἀθηναίων ἐπιτελλομένων ἐνιαυτῶν. (*Panathenaeis*, quae adeo iam Homeri aetate celebrata fuere) quibus nil aliud pronuntiari arbitror, quam heroem factum σύνναον, habuiſſe ſacellum cum Athenes templo coniunctum. Idem de Cinyra, iuuene pulcherrimo Pindar. P. 2, 31. factum eum ἱρέα Ἀφροδίτας. Mutuam haec ſibi lucem afferunt, et apparet fuiſſe hunc morem pulchritudinem declarandi, per raptum pueri, qui in templo abſconderetur. §. 2. *Phaethon* hic Orientis translatus aliquando in fabulas Italiae: v. ad Aen. X, 185 ſqq. §. 3. Pharnace h. l. mater Cinyrae ex Sandaco. Apud Steph. in Ἀμαθοῦς mater Cinyrae eſt Amathuſa,

apud Plin. VII, 56. Agriope p. 413. vbi tegulas inueniſſe narratur. At non Sandacus, ſed Paphus pater eſt apud Hygin. f. 242. Isque e Pygmalione genitus apud Ovid. Met. X, 297. Alia ſtirps eſt ap. Schol. Pindari l. c. ſed quorſum perſequor ea, quae iam Meurſii diligentia occupauit de Cypro II, 11. et ſedulitas aliorum paſſim tractavit? ſatis habeo, morari in iis, quae cum Apollodoro coniuncta ſunt, inprimis in iis, quae aut minus tractata nitent, aut melius conſtituti a me poſſunt iudicio animi qualicunque adhibito. §. 4. De *Cinyra* magnam fabularum varietatem fuiſſe reperias, natam partim domeſtica fama, (initia Veneris Cinyras inſtituerat: Clem. Alex. Coh. p. 12. (5) alios laudd. v. in Meurſ. II, 11. Eo ſpectant Schol. Pindari P. 2, 27. ὁ δὲ Κινύρας οὗτος ἐστὶν, ὑφ' οὗ οἱ ἐν Κύπρῳ Κινυρίδαι τῇ θεᾷ ἀνιέρωντο. et Heſych. Κινυράδαι, ἱερεῖς Ἀφροδίτης) partim adſcitis ex Oriente fabulis, partim ornantibus Veneris fabulas poetis; Pindar. P. 2, 27. κελαδέοντι μὲν ἀμφὶ Κινύραν πολλάκις φᾶμαι (carmina) Κυπρίων. De *Cinyra*, περὶ τοῦ Κινύρου, *frequenter memorant carmina Cypriorum;* vbi et Apollinis amaſius eſt et Veneris ἱερεὺς, (v. paullo ante dicta ad §. 1.) cf. Schol. ad e. l. idem diuitiis clarus N. 8, 30. cf. Suid. in καταγηράσεις. Plura autem diuerſorum temporum commenta et hiſtorias in vnum nomen deriuatas eſſe ſuſpiceris, ſi ea compares inter ſe, quae congeſta ſunt a Meurſio, Burman. ad Ovid. Met. X, 298. Intpp. Antonin. Lib. 34. Meziriac. l. l. Cinyram e Syria in Cyprum adductum eſſe conuenit; et quidem Byblo ap. Strabon. XVI. p. 1096. B. fanum Veneris in Libano monte ab eo factum memorat Lucian. D. S. 9. Vſus eſt Cinyrae nomine ipſe Homer. λ, 20. vbi thoracem hoſpitale munus a Cinyra miſſum Agamemnon induit. Ad Cinyram ex filia genus referebat Euagoras, Cypriorum rex, Pauſan. I, 3. p. 8. tam illuſtre nomen hoc

Cinyrae habitum eſt. Idem *Paphon* condidit. Aliis condita dicitur a Papho, quem Cinyrae patrem ab aliis proditum vidimus. Sed et in hoc magna eſt varietas; aliis femina eſt: v. ap. Meurſ. l. c. Cinyrae ſtirps ex Pygmalionis, Cypriorum regis filia, quae ſequitur, aliunde nota non eſt: memorabilis eſt in ea Adonis. Pro Laogore filia ſup. c. 9, 1. §. 2. erat Λαοδίκης τῆς Κινύρου: Elato ea erat nupta Arcadis filio. Aliam progeniem v. ibid. c. 10. cf. Athen. p. 456. A.

ſ. 4. *Adonidis* mythi iterum ſunt e pluribus generibus commixti, etiam diuerſorum numinum, ex Syria, Phoenicia, Aegypto, Cypro; acceſſere poſtea Alexandrinae religiones: quae vel ex Theocriti dulciſſimo carmine notae eſſe poſſunt. Prima notio, ex Oriente profecta, deſignauit naturae vim genetricem, inprimis quod ad τὰ φυτικὰ (regnum vegetatiuum noſtri dicunt) attinet; reſpectu maxime habito ad ſementem in terra latentem, donec ſuo tempore progerminat. Ita factum vt cum Oſiride pro eodem haberetur, vtque transferrentur ab hoc in eum alia. cf. Lucian. de D. S. 6. 7. Poetae Graeci amores Veneris maxime ornarunt, de reliquis parum ſolliciti: collegit fabulas Meziriac ad Ovid. Epp. p. 357 ſq. Suauiſſimus locus eſt Metamorph. X, 503 ſq. Ἀρτέμιδος χόλῳ. Alludit ad hanc narrationem Diana Euripidea Hippolyto promittens vltionem a Venere ſumendam in eius amaſio. Hippol. 1420 ſqq. Alii Martis inuidia factum narrabant, cf. Schol. Lycophr. 831. At a Dionyſo raptum ediderat Phanocles in Ἔρωσι. Verſus ex Plutarcho adſcripſit Ruhnken. Ep. crit. p. 100. §. 2. Heſiodea genealogia Adonidis (cuius veſtigium in Probo ad Virgil. Ecl. 10. eſt: *Adonis, vt Heſiodus ait, Phoenicis et Alpheſiboeae Agenoris*) ad Phoenicias origines Cadmi ſpectauit, ſup. lib. III. c. 1. vbi Phoenix, Cadmi frater, Agenor Europae pater eſt. Probus

ibid. haec appoſuit: "*Antimachus ait regnaſſe Cypro* (Adonidem); *Philoſtephanus libro, quo quaeſtionis poeticae reddit cauſſas, ex Iove ſine vllius feminae accubitu procreatum.*" Ad vltima haec ſpectat Servii Scholion ad Ecl. X, 18. Libellus Philoſtephani addendus iis, quae Voſſius de hiſtor. gr. memorat, eſſe debuit τὰ αἴτια τῆς ζητήσεως ποιητικῆς. Πανύχσις. in codd. πανύασσις eſt, vt ſup. c. 10, 3. v. Ind. Auctt. Eum in Heraclia ſua Adonidis res attigiſſe, mirum eſt; fuere eius Ἰωνικὰ, an in his locum habere poterunt? forte vbi de vrbis Smyrnae originibus egit. Ex hoc poeta petita eſſe arbitror ea, quae Schol. Lycophr. 829. memorat de Myrrha, eumque ſequitur ipſe Lycophron eo loco. Θείαντος. male edebatur Θόαντος. Sed Θεῖας ſatis confirmatur per Antonin. Lib. 34. Schol. Pindari aliosque, vt monuere viri docti Mezir. l. c. Gale ad h. l. Intpp. ad Hygin. f. 58. et ad Antonin. Lib. 34. *Smyrna* h. l. Thiantis filia, ap. Hygin. f. 58. eſt Cinyrae; ibi v. Not. Eſt Ovidii Myrrha Met. X, vbi v. Burman. ad v. 298. filia Cynarae ex Papho, Pygmalionis f. geniti, et Cenchreidis: v. 435. §. 7. ὕστερον δέ. haec ex alio, diuerſoque a ſuperiore, fabulam tractandi genere ſumta, nec ſatis bene aſſuta ſunt. Mortem Adonidis nobilitauit ad noſtram aetatem Bionis epicedium.

ſ. 5. ἐφ' οὗ. *Diluuium Deucalioneum* ſub Cranao contigiſſe, a multis paſſim repetitum: ſic Varro ap. Auguſtin. de C. D. XVIII, 10. et Syncell. p. 157. (125.) alii ſub Cecrope, quod Hieronymus ex Euſebio ſequitur. Narrantur eodem tempore peſtilentiae et incendia Libyam afflixiſſe; in his Phaethontis caſus ponitur: apud Syncell. et Hieronym. eod. l. ſed e Platonis Timaeo. Idem diluuium ſup. I, 7, 2. et ſub Nyctimo vidimus III, 8, 2. Manifeſtum fit haec non fama antiqua a maioribus accepta niti, ſed ſeriorum chronographorum et philoſophantium eſſe com-

menta. §. 2. Menytis filia *Pedias ἐκ Λακεδαίμονος.* erit hic is, de quo ſup. III, 10, 3. pr. ſed ambiguum, ſitne illa vere filia Lacedaemonis, pro Menytis filia habita, an Menys Lacedaemonis progenies, an vrbe Lacedaemone illa accita fuerit. Suſpicor *ἐκ Λακεδαίμονος* ex margine irrepſiſſe. *τὴν χώραν Ἀτθίδα.* Atthidem puellam nomen dediſſe regioni: commentum ſimile aliis multis huius generis. Tradunt idem alii, tum Strabo et Pauſanias; et ab ipſo Cranao *τὰς Κραναὰς Ἀθήνας* ex Pindaro nouimus, v. ap. Meurſ. l. c. de Regg. Athen. I, 13. 14. et Simſon. a. 2500.

ſ. 6. §. 1. *Amphictyon* gener ſocerum expulit: Pauſan. I, 2 extr. habitus ille auctor conſilii Amphictyonum. Pauſan. X, 8. ſed more ſeriorum, ad nomen clarum ex antiquitate rerum origines reuocantium; hoc ſtudio videntur aduerſus grammaticam *συνέδριον ἀμφικτιονικὸν*, h. e. *τῶν ἀμφικτιόνων*, mutaſſe in *ἀμφικτυόνων.* *Δευκαλίωνος.* hoc ipſe ſup. I, 7, 2 extr. tradiderat, et ſic alii: v. Meurſ. I, 15. Scaliger ad Euſeb. p. 33. §. 2. *Erichthonius:* de hoc quidem narratio Boeotico potius quam Attico ingenio digna, ab illepida etymologia parum ingenioſe petita; valde tamen frequentata illa: loca v. apud Meurſ. Regg. Athen. II, 1 ſq. Attigit quoque eam Euripides Eratoſthene teſte, c. 13. ſcilicet in Ione 267 ſq. Fuit autem illa ducta modo ab *ἔρα*, h. *γῆ*, modo ab *ἐρέχθεσθαι*, h. *ἐρεχθίζεσθαι*, modo *ἀπὸ τοῦ ἐρίου καὶ χθονὸς*, v. Etymolog. M. in *Ἐρεχθεύς*, (quem loc. exſcripſit Eudoc. p. 151. alter locus p. 159. ex Schol. Lycophr. 111. petitus eſt). Reliqua, quae praeter etymon ad expoliendum figmentum acceſſere, ſuppeditare potuit partim hoc, quod ex veteris ſermonis ingenio Erichthonius eſt filius Terrae *γηγενὴς* dictus, tanquam *αὐτόχθων* et nutritius Athenes, partim ſerpens Minervae ſignis ex more appoſitus; ſeruatus quoque ſeu vnus ſeu duo ſerpentes in templo

Neptuni Erechthei et Minervae Poliadis v. Hesych. in *οἰκουρὸν ὄφιν.* vbi v. Not. Adi Meurs. Cecropiam c. 20. Simplicius erat, quod antiquiores aiebant editum esse Erichthonium Terra et Vulcano: Eratosth. 13. Pausan. I, 2 extr. Narratur etiam constituta ab eo fuisse ara in acropoli Terrae *κουροτρόφῳ.* v. Suid. h. v. §. 3. *οὕτως· Ἀθηνᾶ.* Sequentia et, inde ab *ὡς δὲ ἐγγὺς* fere iisdem verbis, Schol. Il. *β*, 547. habet laudato tamen Callimacho in Hecale. Multis modis variata res; de qua iam actum alio loco ad Cypseli arcae anaglypha: nam et in his reddita erat Minerva Vulcanum fugiens: Pausan. III, 18. p. 256. Expressa quoque Pallas adstans Vulcano arma facricanti in numo Commodi a Thyatirensibus expresso. (*Antiquar. Aufsätze* P. I. p. 47). Secundum nostrum et alios in Minervam arma facienda locantem ille impetum fecit; alii a Ioue fuisse ei promissam, seu pro armis elaboratis seu pro obstetritia opera in partu Minervae Iovi praestita, seu in mercedem liberatae Iunonis sellae aureae compedibus implicitae; Hygin. f. 166. Poet. Astron. II, 13. tandem fuere, qui mediis amplexibus ex ipso lecto aufugisse Minervam narrarent. cf. Antigonus Caryst. Hist. Mem. c. 12. §. 6. *Πανδρόσῳ τῇ Κέκροπος.* secundum alios trinis sororibus: Pausan. I, 18 pr. Ovid. in eadem narratione Met. II, 555 sq. §. 9. *ἐν δὲ τῷ τεμένει τραφεὶς Ἐριχθόνιος.* haec eadem narrantur de Erechtheo Il. *β*, 547 sqq. quod idem nomen Od. *η*, 81. occurrit. Facit haec confusio vtriusque nominis passim turbas. Videntur *duo Erechthei* constitui posse, alter antiquior, cognomine *Erichthonius*, (Etymol. M. Ἐρεχθεὺς ὁ Ἐριχθόνιος *καλούμενος*) alter is qui inf. 15, 1. *τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον τῆς Ἀθηνᾶς.* est antiquius illud, *διϊπετὲς* quoque habitum. Pausan. I, 26. p. 63. factum illud ex olea: cf. Cecropia Meursii c. 20. §. 10. *Praxithea* pro *Pasithea* requiri vi-

detur, etsi Erechthei vxor infra eodem nomine editur; sed illum cum hoc multa communia aut confusa habere iam vidimus. *Panathenaeorum* origo vtique valde antiqua; probabilius tamen ad Theseum auctorem videtur referri debere, siquidem ille XII. pagos in vnum ἄστυ contraxit; cf. apud Meurs. Panath. c. 3. De his inuentis Erichthonii cf. Eratosth. c. 13. praeterit Apollodorus nobilissimum eius inuentum iungendorum equorum et aurigationis: v. Virgil. Ge. III, 113. 4. quo meruit, vt inter astra receptus Aurigae locum obtineret. Praeter *Pandionem* alium filium Erichthonii proditum videas in fragm. ex Sophoclis Thamyra apud Schol. Oed. Colon. 391. ἐκ μὲν Ἐριχθονίου ποτιμάσθιον ἔσχεθε κοῦρον Αὐτόλυκον, πολέων κτεάνων σίνιν Ἄργεϊ κοίλῳ.

§. 7. *Erichthonius in sacrario Minervae* sepultus. Est autem hoc inter exempla rariora *heroum in fanis sepultorum*: v. Clemens Alex. p. 39. Pott. exscriptus ab Euseb. P. E. II, 6. cf. Dechair ad Athenag. c. 25. p. 113. Exemplum aliud memorabile est Amyclaeum, quo Hyacinthi ossa condita, Pausan. III, 19. Idem Spartae sepulcrum Castoris sub templo III, 13. et Mantineae Arcadis in aede Iunonis viderat, VIII, 9. p. 616. Inductione ex his exemplis probare voluere nonnulli religiones deorum ortas ex honoribus mortalium sepultorum. §. 2. *Pandionis tempore frumenti et vitium satio inuenta.* Hic est ille *aduentus Cereris in Atticam*, de quo sup. I, 5, 1. egerat, et quem in Hymno Homerico tam praeclare narratum illustrauit Ruhnkenii ingenium et doctrina: ab aliis sub Cranao, ab aliis sub Erechtheo factus narratur. *Bacchi aduentum* ex Thebis. cf. sup. c. 5, 1. sub Amphictyone eum in Atticam venisse hospitio exceptum a Semacho καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ νεβρίδα δωρήσασθαι, narratum apud Syncell. p. 157. (125). De *Icario* v. Scholion Ven. B. et

Leid. II. χ, 29. editum ab Valkenar. Hygin. f. 130, et laudd. ibi et a Meurſ. de Regg. Athen. II, 3. add. Lenzii Obſſ. ad Maximi carmen, Ἔργα: (*Neues Magazin für Schullehrer.* Bremen 1794. II. Band II. Stück p. 375 ſqq.) Aliis Icarion eſt, aliis Icarus, vt apud Tibull. IV, 1, 10. noto nunc, poſt Hemſterh. Valkenar. (ad Phoeniſſ. p. 625.) Munker. ad Hygin. f. 130. Verheyk. ad Antonin. Lib. p. 216. obſeruata, vſu. §. 4. Μαίρα, vt ſcribit etiam Heſychius, aliis Μαῖρα, Canis recepta cum Virgine inter ſidera, ſerius tamen nec forte ante Alexandrinos poetas. Praeter ſupra laudd. v. Hygin. P. A. II, 4 et 25. Vtinam Eratoſthenis Ἠριγόνη ſupereſſet! (etſi ille in Cataſterismis eius non meminit) nobile carmen; ad quod auctor Aetnae reſpicit *Athenarum crimen, iam nobile ſidus, Erigone.* vt bene emendat Wernsdorf pro, *carmen.* Fuit quoque Sophoclis tragoedia Erigone. Appellata quoque ea ἑορτὴ Athenienſium ἀλῆτις, vel αἰώρα, de quo nomine multa ſunt notata ad Heſych. et Etymol. M. cf. Valeſ. Emendat. IV, 11. Debentur pleraque poetarum luſibus in Dionyſiacis.

ſ. 8. *Zeuxippe*, et ipſa Nympha, ſi ſoror Paſitheae (ſ. 6 extr.) fuit. Zeuxippen Phoebo amatam memorat Clemens Alex. p. 27, 30. §. 2. Bellum πρὸς Λάβδακον regem Thebarum, ſup. c. 5, 5. memoratum. ἐκ Θρᾴκης h. ex Daulide Phocidis, quam tum tenebant Thraces. vid. Thucyd. II, 29. Strabon. IX. p. 648. A. Pauſan. I, 5. X, 4. p. 807. Conon. 31. *Terei* συμμαχίαν et reliqua etiam Ovidius Met. VI, 424. agnoſcit, ſed hoſtem non Thebis, ſed mari aduectum narrat. Quae ſequitur fabula, §. 3. de *Tereo, Procne* et *Philomela*, vel ex Ovidio notiſſima, multorum poetarum ingenia exercuit. Varios auctores diuerſa plerumque ſequentes v. apud Meurſ. de Regg. Athen. II, 4, 5. adde Conon. 31. ſed notiſſimi ſunt Ovid. Met. VI. et Hygin. f. 45. Fuit quoque Tereus Sophoclis,

non Euripidis: Valkenar. Diatr. p. 16. alius Philoclis de quo v. Brunk. ad Ariſtoph. Av, 281. vt taceam inanem ſpem de Varii Tereo reperto 1788. a viro docto Ger. Nic. Heerkens motam. Diuerſa prorſus fabula eſt ap. Homer. Od. τ, 518. et υ, 66 ſq. de *Pandarei* filiabus; cf. ibi Schol. add. Helladii Chreſtomath. apud Phot. p. 1581. f. et Schol. Sophocl. Electr. 107. Hanc tamen paſſim cum altera confuſam videas. Magis ab his recedit alia narratio Anton. Lib. c. 11. ex Boei Ornithogonia.

Cap. 15.

ſ. 1. De *Erechtheo* Meurſ. l. c. de Regg. Athen. II, 7 ſq. *Butes* ſacerdotium habuit *τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τοῦ Ποσειδῶνος τοῦ Ἐριχθονίου.* immo *τοῦ Ἐρεχθέως.* v. Heſych. et ibi laudd. Meurſ. l. c. c. 12. et in Cecropia c. 18. Fuit ſcilicet in arce contiguum aedi Minervae Poliadis (cf. ſup. ad III, 14, 1. §. 3.) *τὸ Ἐρέχθειον*, quod tres habebat aras, vnam Neptuni et Erechthei, alteram Butae, tertiam Vulcani: Pauſan. I, 26. p. 62. Coepit hinc ſollenne nomen eſſe *Neptunus Erechtheus:* eius ſacerdotium adhuc Ciceronis tempore memorabile fuit: de N. D. III, 19. Butes autem Minervae Poliadis et Neptuni Erechthei, communem aedem habentium, fuit ſacerdos; ab eo ſtirps Butadarum, et *Eteobutadarum:* v. Heſych. h. v. Harpocrat. h. v. qui ſacerdotium tantum ad Athenen Poliadem refert. apud Xenoph. Sympoſ. c. 8. 40. eſt *ἱερεὺς* (Callias) *θεῶν τῶν ἀπ' Ἐρεχθέως, οἳ καὶ ἐπὶ τὸν βάρβαρον σὺν Ἰάκχῳ ἐστράτευσαν.* in quibus nondum video quomodo *θεοὶ οἱ ἀπ' Ἐρεχθέως* dicti eſſe poſſint, qui in ſacris Eleuſiniis coluntur *ex inſtituto Erechthei.* Sunt cenſeo, eius filiae, quae pro patria ſe deuouerant (inf. ſ. 4. §. 8.). Certe Cicero N. D. III, 19. §. 50. *Erechtheus Athenis filiaeque eius in numero deorum:* ſunt eae *θεοὶ αἱ ἀπ' Ἐρεχθέως.*

dii filiae Erechthei. Sic ſup. c. 10. ſ. 2. §. 3. Eurotas ὃς ἦν ἀπὸ Λέλεγος. — Pro perpetuo nomine Neptuni videtur habitum eſſe ab aliis nomen Erechthei: nam Lycophroni v. 158. Ἐρεχθεὺς nude poſitus eſt pro Neptuno. §. 2. *Praxitheae* nomen clarum; vid. l. c. apud Meurſ. II, 13. apud Euripidem Erechtheus cum ea communicabat conſilium de immolanda filia: Plutarch. Parall. p. 310. D. eius generoſa dicta a Lycurgo c. Leocr. in fragment. Eurip. ex tragoedia Erechtheo ſeruata ſunt. Cephiſſi filiam, non neptem, eam edit Lycurg. l. c. 24. — Alia Praxithea inter Lei fuit filias mactatas pro patria: Aelian. XII, 28. In *filiis Erechthei* excidit quartus Ὀρνεὺς, vt eſt apud Euſtath. Il. β, p. 291, 11. et Pauſan. II, 25. p. 168. apud alios Ἀρνεὺς, corrupte; ex Orneo natus Peteos, pater Meneſthei. *Pandorus* Euboeam tenuit: Scymnus Perieg. 572. Alconem et Theſpium addunt alii: de iſto v. Schol. Apollon. I, 97. Sex filias Suidas in Παρθένοι numerat. Variant et apud alios nomina: vid. Meurſ. ibid. Schol. Apollon. I, 211. autem aut alios auctores ſequitur, aut corruptus eſt: Κέκροπος δὲ (immo Ἐρεχθέως) Κρέουσα, Ὠρείθυια, Πρόκρις. Ὠρειθυίας δὲ καὶ Βορέου Χιόνη, Χθονία, Κλεοπάτρα, Ζήτης καὶ Κάλαϊς. Atqui Χθονία retrahenda eſt ad Procridem tanquam ſoror. Ergo: (Ὠρειθ. — Χιόνη.)

§. 3. *Creuſa* cum *Xutho* nota nomina ex Euripidis Ione. Nati ex iis *Achaeus* et *Ion*, (I, 7, 3. §. 2.) a quibus *Achaei* et *Iones* genus duxere, v. inpr. Strabo VIII. p. 588. (383). *Cephalus* Deionis filius: v. ſup. I, 9, 4. II, 4, 7. vixit in Thorico, Atticae pago. *Amores Cephali et Procridis* notiſſimi, ſed diuerſis modis narrati: ſuauiſſime ab Ovid. Met. VII. antiquior ratio Pherecydis eſt in Schol. Od. λ, 320. Coniugium eius cum Minoe ſupra attigit noſter II, 4, 7. §. 2. add. Anton. Lib. 41. Hygin. f. 189. Palaeph. 2, 4. et ad hos alii laudd. item Euſtath. p. 1688, 20.

Mirum autem eius morbum et ſanationem factam per Procridem attingunt Eratoſth. Cataſt. 33. et Hygin. P. A. II, 35. Cui tamen tragico deberi dicemus, quod Procris cum Erechtheo patre concubuiſſe narrata eſt, ex quo natus eſt Aglaurus apud Hygin. f. 253? §. 7. Da *cane* v. ſup. II, 4, 7. p. 152. (vbi et de reditu a Minoe): receptus ille inter ſidera, Hygin. P. A. II, 35. Eratoſth. 33. vbi et canis et iaculum (nam pro δράκοντος haud dubie cum Koppierſ. Obſſ. p. 126. legendum ἄκοντος) ab Europa ad Minoem perueniſſe narrantur. ἦν γὰρ θηρευτική. hinc illa inter Dianae comites apud Callimach. in Dian. 209. §. 8. κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. memoratur Cephalus inter nomina illuſtrium reorum damnatorum in Areopago, quibus huius iudicii auctoritatem firmabant: v. Schol. Eurip. Or. 1681. Exilii huius etiam Pauſan. I, 37. p. 91. meminit, eumque Thebas abiiſſe narrat, vnde poſthac cum Amphitruone aduerſus Teleboas profectus eſt. At ſup. II, 4, 7. §. 3. Thorico Atticae ille ab Amphitruone euocatur, et mox in inſulis Acarnaniae obiectis ſedem fortunarum collocat.

ſ. 2. *Orithyia*, genuina fabula Attica, etiam ex Platonis Phaedro nota; Aeſchyli erat tragoedia Orithyia: de qua v. Ruhnken. ad Longin. p. 242. alia Sophoclis. Loca claſſica ſunt Apollon. I, 211 ſqq. vbi v. Schol. (ex eo delibauit Eudoc. p. 440) Ovid. Met. VI, 678. vbi v. not. Non praetermiſerant fabulam nec Pherecydes nec Acuſilaus. Raptam eam in pompa ex acropoli narrat Schol. Od. ξ, 533. ex Acuſilao. Verum ad Iliſſum raptam eam eſſe potior obtinet fama; etiam ap. Platonem l. c. Alios v. ap. Meurſ. de Regg. Ath. II, 13. et Athen. Attic. c. 4. Cephiſſi fontes Choerilus memorauerat ap. Schol. Apollon. l. c. vbi quoque Simonides (ἐν τῇ ναυμαχίᾳ ſc. ἐν Σαλαμῖνι. quae fuit inter eius μέλη) ἀπὸ βριλισσοῦ φησιν ἁρπαχθεῖσαν. in aprico eſt leg. Ἰλισσοῦ. at ex Areopago abductam alii ede-

bant teſte Socrate in Platone l. c. περῶσαν. παίζουσαν emendauit vir doctus Miſc. Obſſ. Nov. T. IV. p. 462. quo ducere poſſunt plura. Pauſan. I, 19. p. 45. ὁ δὲ Εἰλισσός ἐστιν οὗτος, ἔνθα παίζουσαν Ὠρείθυιαν ὑπὸ ἀνέμου Βορέου φασὶν ἁρπασθῆναι. et Schol. Apollon. l. c. ὁ δὲ Βορέας ἰδὼν Ὠρείθυιαν παίζουσαν ἐν (ἐπὶ) τῷ Ἰλισσῷ ἠράσθη αὐτῆς. Praeiuit Platonis locus in Phaedro: φαίην αὐτὴν πνεῦμα Βορέου κατὰ τῶν πλησίον πετρῶν σὺν Φαρμακείᾳ (puellam ſignificare videtur; alias ἐπὶ Φ. ſi ille quidem fons fuit, vt apud Timaeum Lex. Plat. p. 190 eſt) παίζουσαν ὦσαι. et paullo ante τὰ ὑδάτια — ἐπιτήδεια κόραις παίζειν παρ' αὐτά. Difficile tamen dictu, qui ductus litterarum et ſpecies ad alterum vocabulum ducere potuerit. Apud Apollon. l. c. I, 215. rapuit Boreas Ἰλισσοῦ προπάροιθε χορῷ ἔνι δινεύουσαν. vnde adumbrati verſus Maximi περὶ ἀπαρχῶν vſſ. 415. laudati a Ruhnk. Ep. crit. p. 194. Hemſterh. ad Plutum. p. 183. licet hinc ſuſpicari χορεύουσαν fuiſſe. Forte tamen neutrum locum habet, et περῶσαν, *dum transiret*, e gloſſemate inter lineas irrepſit; ſic apud Platonem legitur ſimpliciter dictum: ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι. Βορέας συνῆλθεν. hinc decantatum illud κῆδος, affinitas Athenienſium πρὸς Βορέαν. v. Herodot. VII, 189. et ibi not. *Boreadae* πλέοντες σὺν Ἰάσονι. ſup. I, 9, 16. §. 8. τὰς Ἁρπυίας διώκοντες, ibid. ſ. 21. §. 5. at ibi fugatis Harpyis incolumes redeunt Boreadae; nunc Atticos auctores ſequitur, tunc Argonauticarum rerum ſcriptores. — περὶ Τῆνον ὑφ' Ἡρακλέους ἀπώλοντο. Gale legit Αἶνον, qui mons fuit Cephalleniae, ad quem vsque Boreadas perſequutos eſſe Harpyias ex Heſiodo prodit Schol. Apollonii II, 297. Bene haec: at vero Hercules eo non perueniſſe memoratur. Contra *de Teno* nihil dubitandum: narratio eſt apud Apollon. I, 1304 ſq. (eumque locum reſpicit Hygin. f. 14. p. 43) in

ea insula, haud multum a Delo dissita, inciderat in eos a ludis funebribus Peliae redeuntes eosque occidit Hercules: insidiantes quidem sibi, vt Aenesidami Τηνιακὰ in Scholiis testabantur. §. 2. Spectant huc verba Marmoris Farnes. supra in rebus Herculis laudati, p. 153. ad II, 5, 9. l. 87. και Ζαταν και Καλαιν υιω Βορεα του Θραικος δικαι.. ας (emendabam καὶ Ὠρειθυίας) επιβουλευσαντας αυτω παρεδωκε (παρεδίωκε?) ον (οἳ) σφαξαντες αυτους (αὐτοὺς) εις θαλασσαν ερριψαν. Etiam Antipater Thess. in Analectis Vol. II. p. 118. XVI. respicit haec.

§. 3. De *Phineo* iam in Argonauticis narrata vidimus; etsi alio modo; I, 9, 21. cf. Obss. p. 77. Hygin. f. 19. et ibi not. Schol. Apollon. II, 178. (quem exscr. Eudocia p. 414). Ad sqq. inprimis cf. Schol. Sophocl. Antig. 979. 992. In hoc laudatur Apollodori nomen, ταῦτα δὲ ἱστορεῖ Ἀπολλόδωρος ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ. atqui multa ibi apponuntur, quae in h. l. non occurrunt: vnde suspicionem Barthii, nos Apollodori epitomen tantum habere, firmari posse obseruabat Burmann. in Catal. Argonaut. in voc. *Calais.* Enim vero vsu Grammaticorum satis didici, laudari ab iis auctores, e quibus minimam eorum, quae allata sunt, partem petiere; solent enim plurima aliunde corrogata interponere. — §. 2. Ἰδαίαν ἐγάμει Δαρδάνου. Nulla Idaeae mentio sup. c. 12. §. 2. inter liberos Dardani; at Idaea Teucri mater §. 1. §. 4. Memorat tamen eam etiam Diodor. IV, 43. qui Dionysium Milesium sequitur: cf. Schol. Apollon. II, 207. Haec Idaea est quam Ovidius intelligit Rem. Am. 454. *Cessit ab Idaea coniuge victa prior.* Εὐρυτίαν vocat Schol. Od. μ, 70. vbi fabula ex Asclepiade ἐν Τραγῳδουμένοις exponitur. Memorat haec quoque Schol. Sophocl. Antig. 991. qui etiam nomina et filiorum et Idaeae apponit, pro qua alios Εἰδοθέαν τὴν Κάδμου ἀδελφὴν nominare ait. De iisdem nominibus add.

ibid. ad v. 975. 979. 983. cf. Schol. Apollon. II, 178. 181. 238. et 140. add. Munker. ad Hygin. f. 19. nam piget haec ſingula recoquere. — τῶν προγόνων de *priuignis*. Schol. Apollon. I, 211. Idaea — ἥτις ἀπεχθῶς ἔχουσα πρὸς τοὺς προγόνους, λέγω δὴ τοὺς ἀπὸ Κλεοπάτρας υἱοὺς, ἐπειρᾶτο τυφλῶσαι αὐτούς. videtur Grammatico Apollodori locus ante oculos fuiſſe; eadem voce in hac fabula vtitur Diodor. IV, 43. vbi illuſtrat eam Weſſel. Poteſt ibidem Diodorus noſtrum auctorem ante oculos habuiſſe videri. — καταψεύδεται. v. ſup. ad III, 13, 3. Schol. Sophocl. l. c. 979. ἡ δὲ . . κατεψεύσατο αὐτῶν πρὸς Φινέα ὡς δῆθεν πειρώντων αὐτήν. et ſic iterum ad v. 992. In ipſo Sophocle eo loco a choro miſerante memorantur duo priuigni excaecati a nouerca et antro incluſi, lugentes malum fatum matris, Boreae filiae. Ceterum mirari licet, hanc inſimulationem ſtupri ementitam et falſam toties in fabulis a poetis repetitam: in Bellerophonte II, 3, 1. in Peleo III, 13, 3. ſic in Hippolyto, in Tenne: v. Schol. Il. α, 38. (vnde Eudoc. p. 392.) Schol. Lycophr. 232. §. 3. ἀμφοτέρους τυφλοῖ v. Weſſel. l. c. n. 28. A nouerca excaecatos Sophocl. Antig. 985 ſq. narrat. — παραπλέοντες δὲ οἱ Ἀργοναῦται σὺν Βορέᾳ κολάζονται αὐτόν. inter alia hoc attigerat iam ſup. I, 9, 21. §. 2. p. 88. Sed vt iam ad e. l. monitum, fabulae de Phineo variis modis narratae ſunt, quia partim in Argonauticis, partim in Heracliis, partim in ſcena fuere tractatae. Quid? quod viſum Phinei filiis reſtitutum ab Aeſculapio in matris Cleopatrae gratiam commentus erat alius poeta, vt narratum fuit a Phylarcho apud Sext. Empir. adv. Grammat. p. 272. Quam fecunda Tragicorum ingenia in fabulis variandis, per tot exempla edocti, fuiſſe putabimus!

ſ. 4. *Eumolpi* nomen modo communicatum pluribus, modo plurium hominum res et facta cumulata in vnum

ſunt nomen. Inprimis illud illuſtrauit inſtitutio initiorum Eleuſiniorum: ad quem tamen inter plures Eumolpos illa referenda eſſet, incerta fama ferebatur. Is, ad quem Hercules ſup. II, 5, 12. §. 2. p. 199. veniſſe dicitur, ſerior aetate fuit; antiquior eſt is, de quo h. l. agitur; venit hic ex Thracia et cum Eleuſiniis aduerſus Athenienſes pugnauit: huic paſſim tribuuntur ſacra Eleuſinia inſtituta, etiam apud Pauſan. I, 38. p. 92. Anteceſſiſſe tamen hunc debet alius, qui cum Triptolemo vixit, ſiquidem, vti huic fruges monſtratae ſunt, ita ille a Cerere teletas accepiſſe dicitur in Hymno Homerico v. 480. Pauſan. II, 14. Add. Clem Alex. Coh. p. 17. (6.) quo referri poteſt is, qui primo loco a Schol. Sophocl. Oed. Col. 1108. (1051.) ponitur, Deiopes ex Triptolemo natae filius. Solent tamen fere veteres aut Thracem, aut alium poſt Thracem, Eumolpum teletarum auctorem facere ſub ipſo Erechtheo. v. laudd. ſup. Obſſ. ad II, 5, 12. p. 176. add. Burman. ad Ovid. Met. X, 93. Meurſ. Eleuſin. c. 2. de Regg. Ath. II, 8. Ad ſeqq. cf. Pauſan. I, 38. p. 92. de Eumolpi tamen natalibus et inſtitutione quae hic traduntur, apud Benthesicymen Neptuni et Amphitrites filiam, nuptam viro, Aethiopi, qui puero adulto alteram filiarum matrimonio elocat, alio loco non reperi memorata. Hauſta ea eſſe ex Calliſthenis Thracicis acute ſuſpicatur Gale e Plutarcho (Parall. p. 313. B.) §. 2. Sequitur: Ποσειδῶν — εἰς Αἰθιοπίαν κομίζει. Mireris, quomodo hoc cuipiam poetae vel mythographo in animum venire potuerit. Sed recordandum eſt, Neptuni numen et religiones e Libya veniſſe: Herodot. II, 50. IV, 188. pluresque de eo fabulas ad Libyam et Aethiopiam ſpectaſſe, vt de Cepheo et Caſſiopea punita ſup. II, 4, 3. §. 2. porro fabulas de Phineo, qui Chiones ſororem matrimonio habebat, a nonnullis ad Libyam reuocatas eſſe, vt ſup. II, 1, 4. §. 4.

potuiſſe igitur et Chiones filium eo abduci. §. 4. *Iſmarus:* eſt is *Immaradus* qui in bello cum Athenienſibus occubuit, apud Pauſan. I, 5. p. 13. I, 27. p. 65. inprimis c. 38. p. 92. Apud Clem. Coh. p. 39. (13.) Immarus, vbi v. Not. Cogitandum autem eſt de Thracibus Daulidem Phocidis tenentibus; etſi res ad ipſam Thraciam referri ſolet. §. 7. Eumolpus Eleuſiniis auxilia fert in bello contra Athenienſes. ἐπικληθεὶς ὑπὸ Ἐλευσινίων. Ornarunt hoc alii ſic: de ſuo iure contendiſſe Eumolpum: cum enim Neptunus prior occupaſſe diceretur acropolin, (ſup. c. 14, 1.) ſe, eius filium, potiore iure regnum Athenarum petere, quam Erechtheum. Hygin. l. c. *Eumolpus, Neptuni filius, Athenas venit oppugnaturus, quod patris ſui terram Atticam fuiſſe diceret.* v. Iſocr. Panath. p. 401. Schol. Eurip. l. c.

§. 8. *De bello inter Eleuſinios et Athenienſes* fama fuit varia: v. loca apud Meurſ. de Regg. Athen. II, 8, 10. Hygin. f. 46. Schol. Eurip. Phoen. 861. In eo bello valde memorabilis fuit *immolatio filiarum Erechthei* v. ibid. II, 9. Notae illae vel ex Cicer. pro Sext. 21. et al. Locus cl. apud Lycurgum c. Leocratem c. 24. p. 201 ſqq. Reisk. Erat id argumentum fabulae Euripideae, ab eodem Lycurgo laudatae, quae inſcripta erat Erechtheus. Puellae hae Παρθένοι dictae: v. Suidas h. v. Eaedem confuſae cum Hyacinthidibus, de quibus paullo poſt ſ. 8. §. 4. Erechthei filiabus ſacra νηφάλια celebrari ſolita, et litatum iis ſine vino narrat Schol. Soph. Oed. Col. 101. e Philochoro. Ἐρεχθεῖ — ἔχρησεν ὁ θεός. Tireſiae hoc vindicat Eurip. Phoen. 861. 2. ſed praeter temporum et rerum ordinem. — τὴν νεωτάτην, Chthoniam ſup. c. 15. 1. §. 3. quae Butae nupſerat, male in Otioniam et Colophoniam ab aliis mutata. Proſerpinae vero nomen multo magis eſt alienum, vt docet de Rhoer. ad Porphyr. de Abſtin.

II, 56. p. 203. e Clem. Alex. cuius verba repetit Euſeb. P. E. IV, 16. p. 157. cf. Meurſ. Att. Lect. VI, 21. et de Regg. Athen. II, 9. §. 9. συνωμοσίαν v. Hygin. l. c. f. 46. Ceterum noſter nec Xuthi, nec Ionis, eius nepotis ex filia, meminit, quorum tamen opera in eo bello fuit praeclara et ab Athenienſibus celebrata: Etymol. M. in βοηδρομεῖν, et Βοηδρομιών. Harpocration in Βοηδρόμια. nam feſtum hoc in rei memoriam fuit inſtitutum. Strab. VII. p. 588. A.

ſ. 5. Ποσειδῶνος δὲ καὶ τὸν Ἐρεχθέα καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ κατακλύσαντος. ira Neptuni in Erechtheum ſuſcepta propter Eumolpum Neptuni filium in pugna caeſum: cum iam vetus odium eſſet ex eo, quod, a Minerva victus, poſſeſſione, ſeu tutela, Athenarum exciderat; inſtigaſſe quoque deus filium ad bellum cum Erechtheo ſuſcipiendum (v. paullo ante p. ſup.) dictus. Sunt nunc in rebus Atticis Neptuni partes eae, quae in Troicis Iunoni. Ceterum de *Erechthei morte* diuerſa fuere tradita: vid. apud Meurſ. l. c. c. 12. Eius aedes in acropoli: verius tamen Erechthei I. quem Erichthonium eſſe, ſupra vidimus ad c. 14, 6. §. 9. Confuſi tamen vterque Erechtheus a multis. Recte apud Syncell. p. 157. (125.) οὗτος Ἐριχθόνιος Ἡφαίστου, ὁ παρ' Ὁμήρῳ Ἐρεχθεύς ἐστι. Interpoſuerant tragici ante Cecropem II. Ionem, Xuthi filium ſeu nepotem, regno Athenarum potitum: v. Eurip. Ion. 578 ſq. quod ſequuti ſunt alii quoque ſcriptores: Strabo VIII, l. c. Conon. c. 27. Alii narrauerant, diſſidentibus inter ſe Erechthei filiis arbitrum captum Xuthum auunculum Cecropi natu maximo regnum adiudicaſſe: Pauſan. VII, 1 pr. §. 2. *Eupalamum* mox inter Metionidas videbimus. — §. 3. De *Cecrope II.* alia dabit Meurſ. l. c. de Regg. Ath. II, 14. et de *Pandione II.* cap. 15. ὑπὸ τῶν Μητίωνος υἱῶν. *Metion* inter Erechthei et Praxitheae liberos c. 15, 1. §. 2. eius filii, dicti vulgo *Metionidae*, Cecrope II. qui Me-

tionis frater erat, mortuo, Pandionem filium regno Athenarum excludere ausi sunt. Nomine designatus ex iis vnus Eupalamus occurrit, eiusque filius Daedalus, apud Pausan. et Diodor. IV, 76. et inf. s. 8. Sicyonem Metionis filium addebant Sicyonii, apud Pausan. II, 6, p. 125. πρὸς Πύλαν, notum heroem in Megarensium mythis; Ctesonis f. Lelegis nepotem: Pausan. I, 39. Apud eund. I, 5. p. 13. θυγατέρα γὰρ εἶχε Πυλᾶ τοῦ βασιλέως Pandion: f. Πύλα vt aliis locis idem. §. 4. κτίζει πόλιν Πύλον. Inter plures vrbes huius nominis, Pylus Messeniae intelligenda: vt ex Pausan. IV, 36. pr. colligitur, vbi pro Πύλος ὁ Κλήσωνος leg. Πύλας. §. 5. Νῖσος. est Nisus, cui Megara obtigerant: inf. s. 8. Pausan. I, 39. p. 95. — Λύκος. Apud Pausan. I, 19. p. 44. est Λύκιος, a quo Lyceum dictum: sed vitiose scriptum probabile fit: nam etiam is aliis locis Λύκον exhibet inter vates, et in institutione initiorum Magnarum Dearum: IV, 1. p. 281. IV, 2. p. 283. Quatuor hi filii Aegeus, Pallas, Nisus, Lycus, sub nomine *Pandionidarum* veniunt, v. c. apud Strabon. IX. p. 601. vbi versus allati ex Sophoclis Aegeo; ibi etiam de regno in quatuor partes inter ipsos diuiso; qua de re paullo post videbimus. Mox inuasit eos πλεονεξία et de regno contentio, quam Tragici inprimis ad fortunae περιπέτειαν inferendam adhibuisse videntur, partim in Aegei rebus partim in Thesei. Nobilis inde fuit *Lyci* στάσις καὶ φυγή, qua eiectus ille ad Termilas in Asia venit et Lyciam a se appellauit: Herodot. I, 173. et ex eo Strabo XII. p. 858. C. p. 983. A. Stephan. h. v. Add. Pausan. I, 19. p. 44. 45. IV, 2. p. 283. Porro vrbem Atheniensium valde exagitauit *Pallantis* progenies; et *Pallantidarum* frequens commemoratio in Thesei rebus, quem regno voluere deiicere: v. Plutarch. Thes. p. 2. D. p. 5. F. Schol. Eurip. Hippol. 35. Caeso Pallante et filiis exulauit

Theſeus, ibid. cf. Pauſan. I, 22. p. 51. Schol. Lycophr. 1324. abſolutus in Delphinio, c. 28. p. 70. Aegeum Σκυρίου εἶναι. vereor vt veram lectionem teneamus, repoſuit hoc Aegius pro συυρίου, quod codd. habent, aitque apud Schol. Lycophr. eſſe Φημίου nomen. Sane ad 1324. Scholion habetur, vbi et Theſeus et Aegeus Phemii filius editur; ſed in ipſo poeta Theſeus eſt ὁ Φημίου παῖς, adeoque Aegeus ipſe Phemius dictus, recondita aliqua a fabula, non eius pater. At apud eund. Scholiaſten ad 494. vbi h. l. reſpicit, eſt: Αἰγεὺς, ὁ Πανδίονος υἱὸς, ἢ Σκυρίου, ἢ κατὰ τὸν Λυκόφρονα Φημίου. Nec damnare nomen velim; potuit ab inſula Scyro duci. Ducunt tamen alia ad Σκίρωνος nomen; nam is, Pylae filius, matrimonio habuit Pandionis II. filiam; cumque inter Scironem et Niſum de regno Megarenſium diſceptatio orta eſſet, arbitro Aeaco dato, Sciron polemarchus, Niſus rex conſtitutus eſt, Pauſan. I, 39. p. 95 extr. Haec fidem faciunt, fuiſſe, qui Pandionis, non vere filium, ſed ex filia nepotem, e Scirone genitum, Aegeum traderet. Diuerſus autem hic *Sciron* ab altero latrone, quem Theſeus ſuſtulit. Confuſi tamen hi duo paſſim: vid. Plutarch. Theſ. p. 4. 4. Megarenſis ille Cychrei filiam duxerat. Credita quoque a nonnullis Endeis, Aeaco nupta, non Chironis, ſed Scironis huius eſſe filia: cf. ſup. ad c. 12, 6. §. 8. Ex Scirone natus Halycus, qui in pugna cum Dioſcuris cecidit: Plutarch. Theſ. p. 15. E. Alius *Scirus* Salaminius memoratus ibid. p. 7. E. ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος. igitur eius fraude an conſilio? ſin eo inſcio, deberet eſſe Πανδίονι. enimuero adoptatum Aegeum a Pandione narrarant alii: θετὸς υἱὸς γενόμενος Πανδίονι Plutarch. Theſ. p. 5. F. Schol. Lycophr. 494.

ſ. 6. *Pandionidae Athenas redeunt*, et *Metionidas* ab Erechtheo oriundos *eiiciunt*. Sic et Pauſan. I, 5. p. 13.

τὴν ἀρχὴν τετραχῆ διεῖλον. cf. Meurſ. l. l. c. 15. eam regni diuiſionem memorat quoque Strabo IX. p. 601. vbi verſus ex Sophoclis Aegeo appoſuit: quibus patet rerum ſummam traditam Aegeo; Lyco littus orientale, ſupra Sunium, Niſo Megaridem, Pallanti τὴν παραλίαν, littus auſtrale, Schol. Ariſtoph. in Veſp. 1218. eadem memorat ſed Lyco Diacriam, Διακρίαν τὴν χώραν, aſſignatam tradit, quo nomine illa regio ſub Piſiſtrato per factiones innotuit: v. Meurſ. Piſiſtr. c. 3. Palmer. Exercitt. p. 4. ad Herodot. et al. Fuit autem Aegeus, fabula Sophoclis, alia Euripidis. §. 2. Aegeus regnum obtinuit, vtpote maior natu, Pauſan. I, 5. p. 13. §. 3. δεδοικὼς τοὺς ἀδελφοὺς, inprimis Pallantem cum filiis L. numero, Plutarch. Theſ. p. 2. D. §. 4. Etſi fabula toties decantata fuit, non tamen perſpicuum, quis nexus ſortis ab Aegeo acceptae cum iis quae ſequuntur ſit. Videtur deus interdicere Aegeum a congreſſu cum muliere, antequam Athenas redierit: ergo proles ipſi erat Athenis expectanda. At Aegeus Troezenem cum perueniſſet, Pittheus, τὸν χρησμὸν συνεὶς, filiam ſuam ad eum ignarum adducit; quid igitur ille in hoc ſpectauit? videntur plures oraculi verſus fuiſſe, qui reliqua monerent; niſi hoc ipſum reſpexit reſponſum quod filii, ex Aethra nati, incuria in velis mutandis in reditu e Creta ei mortem erat illatura.

ſ. 7. §. 1. καὶ Τροιζῆνα διοδεύων. ſeu cum iter parum tutum eſſet, quod Delphis recta Athenas ferret, ſeu vt Pittheum de ſortis ſententia conſuleret, (v. Eurip. Medea 683 ſq. Schol. 666.) virum ſapientia clarum: Plutarch. Theſ. p. 2. A. B. σοφὸς καὶ χρησμολόγος καὶ ἱερὸς θεοῖς Schol. Eurip. Hippol. 11. et ipſe Eurip. Med. 686. σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ τρίβων τὰ τοιάδε. naui itaque Corinthum eſcendit Aegeus, vt terra Troezenem pergeret; vnde Euripides eum in Medeam incidere fecit in ea vrbe

v. 663 ſqq. 667. 682. Nec tamen ſatis aſſequor, quid Pittheus aut interpretando ſequutus ſit, aut conſilio dato: niſi quod prouidere debuit, prolem ex Aegeo naſcituram fore virum clarum: is itaque vt ex filia ſua ſuſciperetur, conſequi forte voluit. καὶ Ποσειδῶν. haec apud Troezenios erat fama domeſtica, a quibus Neptunus inprimis colebatur: Plutarch. p. 3. B. Ea quae ſequuntur, apud alios quoque leguntur; v. Plutarch. l. c. Hygin. f. 37. cf. Meurſ. in Theſeo c. 3. de Regg. Athen. III, 2. §. 3. Calceos et enſem reliquerat Aegeus, vt eſſent ἀναγνωρίσματα pueri. cf. Pauſan. I, 27. p. 66. §. 4. τὸν τῶν παναθηναίων ἀγῶνα ἐπετέλει. Pal. ἀπετέλει. melius ait Galeus; voluit, puto, de ἐπιτελεῖν hoc pronuntiare; nam hoc ſollenne; vt mox §. 7. τὴν θυσίαν. *Androgei caedes* in Atticis valde memorabilis: inprimis propter arma a Minoe Athenienſibus illata ad poenas repetendas. cf. Hygin. f. 41. et not. ἐνίκησε πάντας: pentathlo, vt addit Zenob. IV, 6. qui h. l. in nonnullis expreſſit. Inſtituti hinc poſtea alii ludi in *Androgei* honorem, ſub *Eurygyae* nomine, v. Heſych. e Meleſagora in ἐπ' Εὐρυγύῃ ἀγών. vbi verſus Heſiodeus ſubiicitur: Εὐρυγύης δ' ἔτι κοῦρος Ἀθηναίων ἱεράων. Androgeon vitae reſtitutum ab Aeſculapio memorat Propert. II, 1, 63. §. 5. De *tauro Marathonio* ſup. II, 5, 7. et Obſſ. p. 151. Profectus ad eum Theſeus ab Hecale exceptus fuerat; de quo fuit Callimachi poema Hecale. *Androgeon* ab eo necatum etiam Pauſan. memorat I, 27. p. 67. Ludos funebres Laio habitos ſupra III, 5, 8. §. 1. haud memorauerat Apollodorus. §. 7. *Paros* in Minois ditione erat: v. ſup. II, 5, 9. §. 3. vnde et, non tam nomen, quam epitheton, fuit, vt Minoa diceretur. Ceterum h. l. docemur, *Gratiarum religionem* apud Cretenſes fuiſſe, et quidem valde antiquam. Lacedaemonios Gratias coluiſſe, e Pauſan. IX, 35 pr. nouimus;

forte e Creta acceptas. καὶ τὴν θυσίαν ἐπετέλεσεν. Nota res, hoc idem factum a Xenophonte, audita Grylli filii morte; fed is, audito, fortiter pugnantem occidiffe, coronam depofitam iterum capiti impofuit. (Diog. Laert. II, 54. 55.) at Minos corona et tibia facrum peregit. Vnde ductus mos facri ap. Parios: exemplo fimili, quo tot alia facra certos ritus a cafu fortuito accepere. Ita Rhodiorum facrum Soli factum fine igni: apud Pindar. Ol. VII, 86. v. fup. Obff. p. 26.

f. 8. §. 1. θαλασσοκρατῶν, Minos: iam fup. III, 1, 3. extr. §. 3. p. 246. quae potentia maritima, per fe parum memorabilis, faltem ad archipelagum fpectaffe putanda: (cf. Comment. *de Caftoris epochis populorum, qui maris imperium tenuiffe feruntur*: T. I. *Nov. Comment. Soc. Gott.*). Effe autem haec de Minoe II. accipienda, fi nexum et feriem mythorum teneas, haud dubites. De *Megaris* a *Minoe* captis, de *Nifo* et *Scylla*, omnia vulgata: fpectabant ea ad *fabulas* non *Megarenfium;* nam illi nihil omnium admittebant eorum, quae de bello Cretico et vrbe a Minoe capta narrabantur: Paufan. I, 39 extr. fed ad *Atticas:* de quibus idem I, 39. p. 95. vbi et de Nifo. De eodem et Scylla Ovid. Met. VIII, pr. Hygin. f. 198. Ciris Virgilio tributa et not. ad eam. E graecis inpr. Schol. Eurip. Hippol. 1200. Νίσου τοῦ Πανδίονος: v. fup. c. 15, 5. §. 5. *Megareus* Hippomenis f. ἐξ Ὀγχηστοῦ, nota Boeotiae vrbe Neptuno facra Il. β, 506. De hoc Megareo, Neptuni filio, fama Boeotorum ap. Paufan. I, 39. p. 95. habetur: venerat is auxilio Nifo, eoque caefo et in vrbe fepulto vrbs, quae antea Nifa erat, Megara appellata: cf. I, 42. pr. Megareum Onchefti f. Neptuni nepotem, et Megarei fororem a Nifo matrimonio habitam, memorat Plutarch. Quaeft. Gr. p. 298. A. loco valde corrupto. Confentit in nomine Megarorum ab eo ducto Scymnus Chius

Perieg. 504. λέγουσι δ' Ὀγχηστοῦ γενόμενον ἐγκρατῆ Μεγαρέ' ἀφ' αὐτοῦ τοῦτο θέσθαι τοὔνομα. At Megarenſes Megareum ducta Niſi filia Iphinoe ſocero in regno ſucceſſiſſe ferebant: Pauſan. I, 39 extr. In patre Megarei vitio laborare videtur, certe alios auctores habere, Stephan. in Μέγαρα. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ Μεγαρέως τοῦ Ἀπόλλωνος (f. fuit Ποσειδῶνος) ἢ τοῦ Αἰγέως, τοῦ Πανδίονος, (an excidit τοῦ Κέκροπος) τοῦ Ἐρεχθέως, τοῦ Ἡφαίστου. Inhabitarunt autem haec loca primum Leleges e ſtirpe Pelasgica, tum Iones, vna cum Attica, Megaridem occuparunt; (Strab. IX. p. 600. 1.) Tandem ſub tempora belli cum Codro geſti Dores Megara coloniam deduxerunt, factaque eſt vrbs Dorici nominis: Scymnus v. 501. 2. 3. Strabo l. c. p. 602. (393.) Pauſan. l. c. p. 95. cf. Vinding. Hellas p. 174 ſqq.

§. 4. *Athenae obſeſſae a Minoe.* Etiam de hoc bello, moxque de deditione, omnia ſunt vulgata. Plutarch. Theſ. p. 6. Pauſan. al. Meurſ. de Regg. Athen. III, 2. Ipſa breuitate obſcurata eſt narratio. Cur Minos Athenas adoriturus Megara petierit, aliter vix expedias, quam quod Niſus rex ſocius Athenienſium erat. Megaris captis domum ille rediit, nam Scyllam e naui ſuſpenſam ſecum abſtraxit; vt et in Ciri res exponitur, 389 ſq. Fac tamen Megaris captis eum ſtatim Athenas claſſe petiiſſe, ſupplendum eſt in noſtro; obſeſſis Athenis, et obſidione protracta, Minoem vota feciſſe Iovi patri, vt ipſe iniuriae vltionem ſuſciperet pro nece Androgei filii inſidiis Aegei occiſi, tum in vrbe ſubortam eſſe famem et luem. Ad narrationem cf. Diodor. IV, 61. vbi et Aeaci preces interponuntur, de quibus ſup. III, 12, 6. §. 10. vidimus

§. 5. *Hyacinthi filiae* pro patria immolatae; Harpocrat. in Ὑακινθίδες. vbi v. Valeſ. Hygin. f. 238. Factum fere idem, quod de Erechthei filiabus narratum ſup. ſ. 4. §. 8. Vnde opportunitas nata, vt vtraque narratio variis modis

confunderetur; ita Hyacinthides et Παρθένοι male pro iisdem habitae, nec modo apud Suid. in Παρθένοι, et similes, verum ab ipsis Atticis: Demosth. in Epitaph. p. 1397. l. 16. Reisk. Aliter de his statuebat Lennep. ad Coluth. Animadv. II, 9. doctius Wessel. ad Diod. XVII, 15. add. Meurs. Lect. Att. IV, 18. Tertia narratio similis prorsus argumenti est de *Lei filiabus* (τῶν Λεὼ θυγατέρων) quarum τέμενος fuit τὸ Λεωκόριον Athenis; notae eae esse possunt vel ex Cic. N. D. III, 19. Aelian. XII, 28. vbi v. Perizon. Meminit earum Demosth. Epitaph. p. 1398, 5. Reisk. vbi dirimenda τὰς Λεὼ κόρας. et Aristides Or. in Leptin. p. 72. Morell. Similis tandem narratio de Orionis filiabus apud Thebanos: Antonin. Lib. 25. Ovid. Met. XIII, 693. Iam hic *Geraestus Cyclops* aliunde mihi non notus. Geraestus vrbs Euboeae ap. Steph. ἀπὸ Γεραίστου τοῦ Διός. Alius Geraestus Neptuni f. ab eodem in Παρθενόπολις laudatur. Dubitare tamen nolim, an nomen verum sit; nam fuit apud Geraestios praecipua religio Neptuni; cuius fuit filius Cyclops; potuit fingi ab aliquo poeta dramatico Geraestus eius filius. §. 8. In tributo XIV. obsidum quot annis Cretam mittendorum, porro *per nouem annos*, additum in foedere ap. Plutarch. p. 6. D. et ap. Diodor. l. c. sed mirum est, quod simul apponitur, εἰς ὅσον ἂν χρόνον ζῇ τὸ τέρας. Melius paullo post c. 9. §. 2. noster ἀνὰ πᾶν ἔτος. quod Virgil. Aen. VI, 22. sequitur. Sed et ipsum hoc ornatum variis modis: vide v. c. Plutarch. p. 6. 7. Ovid. Met. VII, 171. et ibi Not. Hygin. f. 41. n. 6. Alia in iis, quae congessit Meurs. de Regg. Ath. III, 2. et in Creta, et in Theseo.

De *Minotauro* cf. vel Diodor. IV, 61. Fuerat hic a Theseo sublatus: argumentum fabulae Euripideae Thesei nomine inscriptae. Narratio de Theseo periit in iis, quae in fine desunt.

§. 9. De *Daedalo* nuper eſt actum in commentariis de artis priſcae ortu et incrementis. Antiqua v. vel in Diodor. IV, 76-9. Pauſan. I, 4. p. 531. de *operibus*, congeſta apud Iunium Catal. Artif. vet. ſed loc. claſſ. Schol. Eurip. Hecuba 838. De eius fuga ad Cocalum in Siciliam egerant Ephorus lib. VII. et Philiſtus lib. I. vt ex Theon. Progymn. c. 2. intelligo. Fuit etiam Sophoclis tragoedia Daedalus; alia Καμίκιος ἢ Μίνως. Mirum de Icaro nihil a noſtro memorari de quo egerat Callimachus in *Αἰτίοις*, et Philoſtephanus, laudati Schol. Il. β, 145. Apud Plinium lib. VII. p. 414. ipſe Daedalus, apud alios Perdix, at h. l. Talos, ſerrae inuentor, et quidem imitatione mandibulae ſerpentis dentibus aſperae. Conuenit Diodor. IV, 76. Aliter Ovidius noto loco Met. VIII, 244. cum ſpina piſcis aſſerem radi vidiſſet: Sic et Hygin. f. 274. Sororis filium a Daedalo interfectum eſſe, conſentiunt ſcriptores: etiam Ovidius, etſi nomen non apponit. Talon nominat etiam Diodor. l. c. Apud Hygin. f. 39. et alios Perdix eſt. v. ibi Munker. At enim apud noſtrum ſoror Tali eſt Πέρδιξ. §. 2. κριθεὶς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. Eſt et Daedalus inter antiqua huius generis reorum exempla: apud Schol. Eurip. Or. 1648.

Cap. 16.

§. 1. De *Theſeo* praeter ceteros ſcriptores rerum Atticarum (de quibus ſup. ad c. 14. pr.) fuit poema epicum, Theſeis, Pythoſtrati alicuius ſeu Nicoſtrati, quem Diog. Laert. II, 59. memorat tanquam fratrem Xenophontis alicuius: aetatem hoc vnum declarat, quod Xenophon Epaminondae et Pelopidae vitas ſcripſerat. In eo carmine Amazonum incurſio in Atticam pro commento poetae habita ab ipſo Plutarcho p. 13 D. Partem earum rerum complecti potuit ἡ Ἀμαζονὶς, aliud epos. De Theſeo et

Ariadne fuit locus in Carmine Cyprio. Thefei famam multo magis celebrauere tragoediae, in quibus frequens eius nomen; fuere Thefeus Sophoclis, et Aegeus, in quo filium Athenas venientem agnitum a patre exhibuiffe videtur; fuiffe quoque Thefea Euripidis iam ante monitum. Nouo more res eius tractare coepere fcriptores, qui democratiam ab ipfo inftitutam ferebant; quo nomine in ora oratorum Atticorum venit: v. c. non vno loco Ifocratis. Demofthenis adv. Neaer. p. 873. C. D. Sic tamen Euripides quoque Suppl. 352. 404. et al. Gaudebant Athenienfes tam claro libertatis auctore. Inde eum adminiftrandae mirum artificem et auctorem exhibuere hiftorici prauo inftituto mythica in hiftoriam pragmaticam redigentium: quos Diodorus fere fequitur. Pictura quoque erat in Ceramico: Thefeus cum Democratia et Populo: Paufan. I, 3. p. 8. 9. Excerpta ex tam variis fcriptoribus appofuit Plutarchus in Thefeo, fed iudicio, vt folet, non fatis feuero adhibito, vt diftingueret figmenta feriorum, inuenta poetarum, et famam prifcam. Quod Thefeus XII. demos in vnum corpus, ἄστυ, coegit, fundus eft omnium, quae vere narrari poffunt. §. 2. ὑπὸ ἀνδρῶν κακούργων. de his multi multa: v. locum Ovid. Met. VII, 433 fqq. Plutarch. p. 4. 5. Hygin. f. 38. Diodor. IV, 59. Meurf. in Thef. Meziriac. ad Heroid. p. 138 fq. T. I.

§. 3. *Periphetes: Corynetes* dictus a claua, qua vtebatur, quamque ei extortam poftea geftauit Thefeus. Eadem habet Plutarch. p. 4. A. B. Diodor. IV, 59. Filius *Vulcani:* etiam Paufan. II, 1. p. 112. et Ovid. Met. VII, 437. *tellus Epidauria per te Clauigeram vidit Vulcani occumbere prolem.* Neptuni tamen filius eft ap. Hygin. f. 38. vbi Munk. *Anticlea*, mater, videtur effe nulla alia, quam Antolyci filia, a Sifypho compreffa et Laertae nupta. Notus eft alius Κορυνήτης Areithous Il. η, 138. fraude interfectus

a Lycurgo Arcade ſupra III, 9, 1. §. 3. memorato; de eo Pherecydes Fragment. p. 206. §. 3. πόδας δὲ ἀσθενεῖς ἔχων. mirum hoc! quod qua ratione aut vnde petitum eſſe putabimus? Suſpicor inde ductum eſſe, quod ille Vulcani filius eſſe ferebatur; huius autem claudicatio nota eſt.

ſ. 2. *Sinin* iidem memorant, qui reliqua. v. apud Meurſ. Theſ. c. 5. add. Schol. Eurip. Hippol. 977. Nomina parentum, etymum ſi ſpectes, videntur ex re facta; *de Polypemone natus* occurrit apud Ovid. in Ibin 409. qui videtur Procruſtes eſſe; at Polypemon, cognomine Procruſtes, eſt apud Pauſan. I, 38. p. 92 extr. Idem Sinis Neptuni filius eſt ap. Schol. Pindari Iſthm. Arg. §. 4. In Sini pityocampte deficit libellus. Sequebantur nunc reliqua de Sinone forte et de Phaea, de ſue Cromyonia, nec non de Procruſte ad Cephiſſum fl. Eleuſinis, et Cercyone, iter infeſtantibus; tum, quomodo a patre ille agnitus, mox in Cretam miſſus, domito Minotauro redux, patri in regno Athenarum ſucceſſit. Interpoſita eſſe debuere de *Phaedra* et *Ariadne* ea, quae ſupra III, 1, extr. promiſerat. Rebus Atticis expoſitis, puto, ad *Pelopem* rediit, eiusque genus perſequendo ad Agamemnonem, cumque hoc ad *bellum Troianum* peruenit, tandemque in redeuntium Archiuorum *erroribus* (ἐν Νόστοις) ad calcem libelli ſubſtitit.

INDEX SCRIPTORVM AB APOLLODORO IN BIBLIOTHECA LAVDATORVM.

Acuſilaus: II, 1, 1. §. 7. et III, 8, 1. pr. *de Pelasgo.* II, 1, 3. pr. *Argus γηγενής.* II, 2, 2. §. 2. *de Proetidibus.* II, 5, 7. §. 1. *de tauro Cretenſi.* III, 4, 4. §. 2. *de Actaeone.* III, 11, 1 pr. *de Megapenthis matre.* III, 15, 6. §. 5. *de Aſopi parentibus.* III, 15, 2. §. 2. *de Boreadis ab Hercule necatis.* Spectant haec omnia ad fabulas antiquiſſimas, maxime Argolicas, quas ab Acuſilao tractatas eſſe conſtat; ſatis tamen ſóbrie, quippe qui vltra Ogygem, Phoroneum et Inachum, nihil Graecos memorare poſſe edixerat. Fuere eius *Genealogiae.* περὶ Γενεαλογιῶν, (liber tertius laudatur a Schol. Apollon. IV, 992. et Harpocrat. in Ὁμηρίδαι) debuere deorum et heroum eae eſſe, ſi loca in quibus ad eas prouocatur, compares, et quod a Clemente traditum Strom. VI. p. 752. (267.) memineris, eum non niſi Heſiodum proſa extuliſſe: τὰ δὲ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὔμηλος καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι. ſi tamen, vt in fragmento apud Harpocrationem modo laudato habetur, Homeridas attigit, deſcendiſſe eum vsque ad ſeriora tempora neceſſe eſt. Solet ille inter ſcriptores antiquiſſimos, (v. loc. claſſ. in Dionyſ. Halic. de Thucyd. Iudic.) cum Cadmo Mileſio excitari.

Pauca de eo ſunt apud Suidam, nec multo plura dare potuere Voſſius de H. Gr. IV, 2. Ionſ. I, 3. Valeſ. ad Harpocrat. Ὀμηρίδαι. Paullo ante bellum Perſicum Ol. 72. 75. eum vixiſſe probabile ſit. Primum inter ſcriptores, qui eum laudarit noſtrum eſſe Apollodorum, olim credideram; enimvero memoratus ille eſt iam in Platonis Sympoſ. p. 178. C. (ed. Stephan. T. III.) Apud Suidam in *ἱστορῆσαι* et *συγγράφω* et in Ἑκαταῖος ter repetuntur verba: *Ἑκαταῖος πρῶτος ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε, συγγραφὴν δὲ Φερεκύδης. (orationem ſolutam). τὰ γὰρ Ἀκουσιλάου νοθεύεται.* non conſtat quam antiquus ille auctor ſit, quem Suidas hic exſcripſit. Potuit interire Acuſilaus poſt Apollodori tempora; ſeu diſtracta bibliotheca Attalica, ſeu cremata parte Alexandrinae; potuit inde alius libellus ei ſubſtitui: quod in Cadmo, Ariſtea et ſimilibus Dionyſius Halic. factum narrat loc. excit. Ita tamen nonnulla ex iis, quae in Schol. Apollonii et aliorum memorantur, ſi quidem ex Grammaticis Alexandrinis deriuata ſunt, ex genuinis Acuſilai libris ſeruata videri debent. Poſt tempora editionis Apollodori prioris, fragmenta Acuſilai collegit vir doct. Sturz ad calcem fragmentor. Pherecyd. 1789.

Ἀλκμαιωνίς. I, 8, 5. §. 3. *de Tydei exilio.* carmen epicum, Alcmaeonis fata complexum, quae forte inde expoſita a noſtro eſſe lib. III, 7, 5. ſuſpicatus ſum Obſſ. p. 257. Multa in eo ad Aetoliam ſpectantia eſſe debuere. De Tydeo ob caedem commiſſam exulante ad hoc poema prouocatur lib. I, 8, 5. §. 3. vbi Ἀλκμαιονὶς ſcribitur, eodem modo quo Ἀλκμαίονες et Ἀλκμαίωνος. (Propert. III, 5. 41. *Aut Alcmaeoniae furiae:* Ἀλκμαιόνιαι) Ἀλκμαιωνὶς ſcribi volebat Bentlei. Epiſt. ad Mill. p. 19, et ſic etiam vbique ſcriptum vidi apud Pauſan. et Strabon. Hic lib. X. p. 695. A. ex eo memorat Icarii, qui Penelopes pater fuit, duo filios, qui in Acarnania regnarunt.

Apollonius: I, 9, 21. §. 8. de Harpyis vsque ad Insulas Strophades fugatis: (lib. II, 284.)

Asclepiades II, 1, 3. §. 3. *Argus Arestoris f.* III, 1, 2. §. 6. *Crete Minois vxor.* Est hic Asclepiades Tragilensis. Stephan. Byz. Τράγιλος πόλις μία τῶν ἐπὶ Θράκης, πρὸς τῇ Χεῤῥονήσῳ καὶ Μακεδονίᾳ. Ἐκ ταύτης ἦν Ἀσκληπιάδης ὁ τὰ Τραγῳδούμενα γράψας ἐν ἓξ βιβλίοις. Saepe excitatur a Grammaticis Pindari, Homeri, al. Erat autem opus hoc versibus scriptum, vti intelligi potest, si forte non satis tuto ex fragm. ap. Athen. X. p. 456. B. de Sphingis aenigmate, (vnde primus versus ap. Schol. Eurip. Phoen. 50. recitatur) certe tamen ex versibus a Schol. Pindari P. III, 14. de Arsinoe Aesculapii matre seruatis: quos videre licet sup. Obss. p. 276. ad III, 10, 3. §. 7.

Asius. III, 8, 2. §. 2. *Callisto Nyctei filia.* Fuit in paucis, qui hoc poema legerunt, Apollodorus. Plura ex eo commemorat Pausanias: de quibus docte disputauit Valkenar. Diatr. p. 58. 59. quem vide. Fuit Samius, Amphiptolemi filius, ex poetis antiquissimis, ἔπεσι genealogias persequutus. Versus ex eo alii apud Athen. XII. p. 525. F. legi possunt. Monuerat nonnulla de eo Aegius ad II, 4, 2.

Castor Rhodius: cuius χρονικὰ ἀγνοήματα, *errores circa temporum notationes* lib. II, 1, 3. §. 1. laudantur de Io, Inachi filia. Memoratur liber etiam ap. Suid. inter reliqua eius scripta. Nec alia superest memoria. Intelligitur tamen in Hieronymi Chron. Euseb. opus hoc, cum Castor de regno Argiuorum, Assyriorum, Atheniensium, laudatur: vbi v. Scalig. et Vallars. De Castore cf. Meurs. in Biblioth. Gr. h. v. Ionsius de Script. hist. philos. II, 15, 1. add. Commentat. de Castoris epochis pop. θαλασσοκρ. T. I. Nov. Comment. Soc. Gott.

Cercops: II, 1, 3. §. 3. *Argus Argi et Ismenes filius.* II, 1, 4. §. 14. *Hesione Nauplii vxor.* Perperam in his locis legebatur Cecrops. Apud Athen. XIII. p. 557. A. ex eo memoratur Aegle inter Thesei vxores, propter quam quoque Ariadnen reliquit. Fuit Cercops Pythagoreus, cuius erat ἡ εἰς ᾅδου κατάβασις et ὁ Ἱερὸς λόγος, carmina Orphica. Clem. Alex. Strom. I, p. 397. (144.) Est is, cuius Cicero meminit N. D. I, 38. vbi *hoc Orphicum carmen* ad alterutrum ex illis duobus reuocandum est. Apud Athen. XI. p. 503. D. sunt verba καὶ ὁ τὸν Αἰγίμιον ποιήσας, εἴθ' Ἡσίοδός ἐστιν, ἢ Κέρκωψ ὁ Μιλήσιος. Diog. Laert. autem II, 46. inter eos, qui inuiderunt aliis, καὶ Κέρκωψ Ἡσιόδῳ ζῶντι (ἐφιλονείκει). Hoc si verum est, duo Cercopes fuisse, cum Menagio esset statuendum; vnum multo antiquiorem, Milesium, alterum Pythagoreum. Sed Diogenem errasse probabile mihi fit: audiuerat Aegimium ab aliis Cercopi tribui; hunc igitur in Hesiodi famam inuolasse credidit. De locis autem in Apollodoro laudatis licet adhuc suspicari aliud; ad Argolica illi spectant; iam in Aegimio de Io eiusque erroribus actum fuit, vt ex loco Steph. Byz. in Ἀβαντὶς apparet, loco inde laudato: an igitur Apollodorus Aegimium tanquam Cercopis carmen respexit?

Demaratus, Δημάρατος I, 9, 19. §. 7. vbi male Δημαρέτης scriptum erat. *Herculem Colchos peruenisse* tradiderat. Ex eodem fabula excitatur in Schol. Apollon. I, 1290. et de Erechtheo filias mactante in Clem. Alex. Coh. p. 37. (12.) Fuere eius cum alia scripta, tum περὶ τραγῳδουμένων. Voss. de H. Gr. lib. III. h. v. Meurs. Biblioth. Gr. h. v.

Dionysius. Διονύσιος. I, 9, 19. §. 7. *Argonautarum ducem ediderat Herculem.* Eadem Schol. Apollon. I, 1290. vbi *Mitylenaeus* dicitur. Sed leg. ὁ Μιλήσιος. qui alibi

quoque apud illum Schol. laudatur: ex eodem de Phineo ad lib. II, 207. Eſt hic nobilis ille cyclographus, cuius aetas inde ab vltimis Hecataei proceſſit vltra Olymp. 73. Scripſerat ille praeter hiſtorias τὰ μετὰ Δαρεῖον, et τὰ Περσικὰ, etiam Μυθικὰ, Ἀργοναυτικὰ, Τρωϊκά. Haec, et forte alia, conficiebant Κύκλον μυθικὸν, quibus ſubiunxit Κύκλον ἱστορικὸν, libris VII. ad quem forte τὰ μετὰ Δαρεῖον et τὰ Περσικὰ ſpectabant; non vero quod plerumque ſtatui video, etiam a Weſſel. ad Diodor. p. 220. ad mythica. v. ad Virgil. Aen. II. Exc. I. Κύκλος ille μυθικὸς modo indefinite laudatur, etiam adiecto libri numero, modo ſigillatim per partes. Ad Argonautica pleraque ex iis, quae paſſim afferuntur, ſpectant, v. c. quae ad Apollon. add. Weſſel. ad Diodor. T. I. p. 291. Apud Athenaeum bis appellatur Samius περὶ κύκλου lib. XI. p. 477. E. 481. E. altero quidem loco ἐν ἕκτῳ περὶ τοῦ κύκλου (apud Clem. Alex. p. 42, 5. ed. Pott. (30 extr.) ἐν τῷ πέμπτῳ μέρει τοῦ κύκλου) et ſic appellatum video a Valkenario ad Phoeniſſ. Eurip. p. 735. Locus de eo claſſ. apud Diodor. III, 52. vbi ſe fabulas ait perſequi de Amazonibus ἀκολούθως Διονυσίῳ τῷ συντεταγμένῳ τὰ περὶ τοὺς Ἀργοναύτας καὶ τὸν Διόνυσον, καὶ ἕτερα πολλὰ τῶν ἐν τοῖς παλαιοτάτοις χρόνοις πραχθέντων. et c. 65. — Διονυσίῳ τῷ συνταξαμένῳ τὰς παλαιὰς μυθοποιΐας. οὗτος γὰρ τάτε περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τὰς Ἀμαζόνας, ἔτι δὲ τοὺς Ἀργοναύτας, καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰλιακὸν πόλεμον πραχθέντα, καὶ πόλλ᾽ ἕτερα συνέταξε, παρατιθεὶς τὰ ποιήματα τῶν ἀρχαίων, τῶν μυθολόγων καὶ τῶν ποιητῶν. Haec praeſtat tenere. Alia v. apud Meurſ. de Dionyſiis. Voſſ. de H. Gr. Ceterum ſaepe in Grammaticis nudo nomine excitatur ὁ Διονύσιος, v. c. Schol. Eurip. Phoen. 675. Διονύσιος ὁ κυκλογράφος. in Schol. ad Heſiod. Op. prooem. p. 3. dixerat Homerum vixiſſe bello Thebano et bello Troiano.

Eumelus. III, 8, 2. §. 2. *Callisto Lycaonis filia.* III, 9, 1. §. 1. *Chrysopelea Elati et Aphidantis mater.* III, 11, 1. §. 1. *Xenodamus, Menelai filius.* Habetur et hic inter poetas Cyclicos, Eumelus Corinthius, estque ex antiquissimis, cum apud Hieronym. Chron. Euseb. ad Ol. IV. et IX. referatur. Spectare illa superius apposita potuere ad eius Εὐρωπίαν, e qua in Schol. Il. ζ, 130. fabula de Lycurgo Bacchum fugante narratur. Cf. Scalig. ad Euseb. p. 72. Schol. Pindari O. 13, 75. Ex pluribus, quae ad eum referebantur, vnum Prosodion in Apollinem et Delum Pausanias pro genuino habebat IV, 33. p. 361. IV, 4. pr. non *Corinthiaca*, prosa scripta, II, 1. cf. nunc Groddeck in *Bibliothek der alten Litt.* 11. Stück p. 94.

Euripides. II, 1, 4. §. 4. *Beli filii cum Aegypto et Danao, Cepheus et Phineus.* III, 6, 8. §. 2. *Parthenopaeus a Periclymeno caesus.* III, 7, 7. §. 2. *de Alcmaeone.* III, 9, 2. §. 8. *Atalanta Maenali filia.* Ad quas tragoedias haec spectasse videri debeant, ad loca singula notatum est.

Hellanicum non memorat, eumque omnino nec sequi nec consuluisse videtur.

Herodorus: Ἡρόδωρος. pro quo perperam in superiorib. edd. et in codd. Ἡρόδοτος legebatur communi ac perpetuo errore v. Wesseling. Diss. Herodotea c. 3. Toup. ad Schol. Theocr. p. 219. Worth. ad Tatian. adv. Gent. 45. Idem nomen alibi mutatum in Heliodorus. cf. Valken. Diss. de Scholiis Homer. p. 149. In Apollodoro laudatur nomen locis seqq. lib. I, 9, 19, §. 5. *Herculem non cum Argonautis nauigasse, sed apud Omphalen seruiisse;* et III, 6. §. 2. *Niobes liberos mares duo, tres autem feminas fuisse.* Eum Apollodorus in multis aliis ante oculos habuisse videtur: II, 4, 9. §. 4. de specie corporis Herculis: vbi cf. Obss. p. 135. Memorat ex eo Herculis cum The-

ſeo congreſſum Plutarch. Theſ. p. 14. D. Fuit Herodorus inter antiquiores ſcriptores. Ionſius II, 2, 5. eum ad Theophraſti aetatem refert. *Ponticum* appellat Tzetza Chil. II, 209. 236. et Schol. Lycophr. 662 et 1332. Apud Athenaeum autem XI. p. 474. F. Heracleota habetur. Bryſonis pater editus ab Antigono Caryſtio c. 48. Quae ſupra adſcripta ſunt, cum plerisque quae ex eo laudantur v. c. ap. Plutarch. Steph. Byz., ad eius τὰ καθ' Ἡρακλέα ſpectarunt, cuius librum X. et XVII. Athenaeus laudat, IX, extr. p. 410. F. In Schol. Apollonii laudatur ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλείας, quod Voſſius de H. Gr. III. p. 177. de vrbe Heraclea accipiebat; immo vero περὶ Ἡρακλέους legendum. Locum de Iberia et populis eam incolentibus ex libro X. τῶν καθ' Ἡρακλέα Stephan. Byz. habebat in Ἰβηρίαι, vnde eum ſeruauit Conſtantin. Porphyrog. de Themat. II, 23. Sed fuere eiusdem Herodori τὰ Ἀργοναυτικὰ, l. οἱ Ἀργοναῦται, in Schol. Apollonii aliquoties laudata. Idem laudatur aliquoties in Schol. Pindari; qui eum excitat ἐν Οἰδιπόδι· ἐν Πελοπείᾳ. Egit poſt ſuperiorem editionem de eo Groddeck. loc. laud. p. 72. Latet eius nomen adhuc in multis locis in ſimile aliud deflexum v. c. Schol. Eurip. Hippol. 545. cf. Voſſ. Ionſ. Si Schol. Apollonii II, 1215. fides haberi poſſet, carmine ille ſcripſiſſe putandus eſſet; laudat tanquam Herodori verſus duo de Nyſa: qui tamen ex hymnis Homericis laudantur a Diodor. I, 15. vt probabile ſit, quod et Weſſelingium ſtatuiſſe video, Scholia lacunam habere.

Heſiodus: I, 8, 4. de *Periboea Oenei coniuge.* I, 9, 21. §. 7. *Ocypode Harpyia.* II, 1, 1. §. 7. et III, 8, 1. §. 1. *Pelasgus αὐτόχθων.* II, 1, 3. §. 1. *Io, Pirenis filia;* eod. loco §. 2. *deos ridere periuria amantum.* II, 2, 2. §. 2. *Proetides inſanientes.* II, 3 1. §. 6. *Chimaera ex Typhone et Echidna nata.* II, 4, 2. §. 7. *de Perſeo ἐν Ἀσπίδι.* ſed

locus ab interpolatione profectus. III, 5, 6. §. 2. *de Niobes liberis.* III, 6, 7. §. 5. *de Tiresia.* III, 8, 2. §. 2. *de Callisto.* III, 9, 1. §. 8. *Atalanta Schoenei filia.* III, 14, 4. §. 2. *Adonis Phoenicis et Alphesiboeae f.* Quae omnia ἐκ Καταλόγου γυναικῶν depromta fuere. Continuata videtur fuisse Theogonia per plures partes, quae heroes natos e congressu deorum cum feminis mortalibus enarrabant; inque his Herculem; qui quidem locus, ex parte saltem, superest, sub nomine Clipei Herculis. Parata erat via iam in extremis Theogoniae, vbi expositi sunt amores dearum erga mortales; pergit: Νῦν δὲ γυναικῶν φῦλον ἀείσατε. Ita mihi quidem de his statuendum esse videtur. Aliis alia. V. Valesii Emendatt. Addenda p. 222. Idem carmen vulgo appellatum Ἠοῖαι μεγάλαι. potuit quoque appellari γενεαλογίαι ἡρωϊκαί. Egit nuper de his quoque Groddeck l. c. p. 79.

Homerus. I, 3, 5. *de Vulcano, Iovis filio.* (Il. α, 578.) II, 2, 1. §. 3. *Antea, Proeti vxor.* (Il. ζ, 160.) II, 3, 1. §. 6. *Chimaera ab Amisodaro nutrita.* (Il. π, 328.) III, 1, 1. §. 5. *Sarpedon Iouis et Laodamiae filius* (Il. ζ, 198.) III, 5, 6. §. 2. *de Niobes liberis.* (v. Il. ω, 602.)

Mnesagoras. III, 10, 3. §. 12. vbi auctor perhibetur famae *de Glauco per Aesculapium* (non per Polyidum) *in vitam reuocato.* Vitio laborat nomen haud dubie, et refingendum *Amelesagoras vel Melesagoras*, quod iam docuit Meurs. ad Antigon. Caryst. c. 12. Voss. H. Gr. I, 2. p. 58. Opp. vtrum verius non liquet. Videtur mihi vtraque forma vsu frequentata fuisse; add. Intp. Hesych. in ἐπ' Εὐρυγύῃ ἀγών. Fuit inter vetustiores scriptores ante bellum Peloponnes. cum Hecataeo, Charone et Acusilao; sec. Dionys. de Thucyd. iudicio. p. 225. Ab Antigono *Atthidem* scripsisse traditur; et ad res Atticas redeunt ea, quae ex eo laudantur cum ab ipso Antigono, tum in He-

fychio; de Hippolyto itaque et ipfe narrare debuit, inque his forte et Glaucum memorauit, cum diuerfe tradita adiiceret.

Naupactica: III, 10, 3. §. 12. de *Hippolyto ab Aefculapio refufcitato.* ὁ τὰ Ναυπακτικὰ συγγράψας. Reditum Heraclidarum in eo defcriptum effe fufpicabar (olim in Not. p. 506.) nam illi ad Naupactum Aetoliae claffem fabricati funt: Apollod. II, 8, 2. §. 8. add. Steph. Byz. in Ναύπακτος. Enimuero non infpexeram nec fatis memineram Paufaniam, qui lib. X. extr. Naupactica meminit; ait "ea tribui Milefio homini: at Charonem Pytheae filium (eft autem is Lampfacenus, vt ex feqq. patet) tradere ea facta *a Carcino Naupactico:* hoc quidem, pergit, probabilius: nam vnde homo Milefius nomen Naupactica impofuiffet ἔπεσι πεποιημένοις εἰς γυναῖκας?" p. 898. Carmen ergo *feminas in fabulis illuftres* attigit; vna *cum earum profapiis:* nam idem Paufan. IV, 2. pr. in eundem locum et ordinem id ponit, quo magnas Eoeas, καὶ ἃ Κιναίθων καὶ Ἄσιος ἐγενεαλόγησεν. nomen autem a patria auctoris nactum eft. In mulieribus, de quibus actum erat, fuit Medea: v. Paufan. II, 3. p. 118 extr. quo accidit, vt res Argonauticas attingeret fcriptor. Lectum fuit carmen a paucis. Laudatur aliquoties in Schol. Apollonii vt IV, 59. παρὰ δὲ τῷ τὰ Ναυπακτικὰ πεποιηκότι οὐκ ἐστὶ κατὰ τὴν ἰδίαν προαίρεσιν ἐξιοῦσα ἡ Μήδεια, ἀλλ' ἐφ' ἑστίαν καλουμένη leg. ἐφ' ἑστίασιν. add. ad v. 86. 87. vbi et verfus aliquot ex hoc carmine. Porro ad lib. II, 299. de Harpyiis, quae in Cretam fe contuliffe dictae funt. Apud eund. Schol. hoc loco II, 299. *Neoptolemus* auctor perhibetur; forte *Parianus*, cuius Gloffae a pluribus memorantur, et qui idem Dionyfiadem fcripferat: Athen. III, p. 82. D. At cum Paufania Charoni affentiendum. A patria auctoris nomen inditum eodem modo quo τὰ

Κύπρια inſcripta ſunt. Attigit haec quoque Groddeck l. c. p. 90 ſq.

Νόστοι. II, 1, 4. §. 14. ὁ τοὺς Νόστους γράψας *Philyram Nauplio nupſiſſe* tradiderat. Simili modo abſolute ſine auctoris nomine οἱ Νόστοι ap. Pauſan. X, 28. p. 868. de rebus inferis p. 870. de Clymene Minyae f. Cephalo nupta et p. 872. de Maera. Apud Schol. Apollon. et Athenaeum Lyſimachus ἐν Νόστοις memoratur; alibi Anticlides apud Athenaeum IV. p. 157. F. v. Caſaubon. ad Athen. IV, 14. Multos fuiſſe qui Νόστους (non τὸν Νόστον) ſcripſerant, etiam in Suida monitum. Paucis tamen lectos fuiſſe inde colligas, quod raro ex iis aliquid affertur. Steſichoro quoque Νόστον tribuere videtur Tzetza Poſthom. 750. Στησίχορος δ' ἐρέησιν ἑοῖς ἐπέεσσιν νόστον. potuit hoc fieri in eius Ἰλίου πέρσει: poteſt quoque temere aut per errorem memoraſſe.

Orphici: III, 10, 3. §. 12. *Hymenaeus ab Aeſculapio reſuſcitatus.* Ita apellatos arbitror poetas, quorum erant carmina, vulgo ad Orpheum referri ſolita, inque his praecipuum: ὁ ἱερὸς λόγος, *Onomacritus, Cercops.* v. Clem. Alex. Strom. I. p. 397. (144.)

Panyaſis. I, 5, 2. *Cererem ad Eleuſinem, patrem Triptolemi, veniſſe.* III, 10, 3. §. 17. *Tyndareus ab Aeſculapio reſuſcitatus.* III, 14, 4. §. 2. *Adonis Thiantis filius, Smyrnae frater.* Herodoti ille auunculus ſeu patruelis, circa Ol. LXXVIII. idem aruſpex et poeta. v. Suidas, et inde Voſſ. de H. Gr. IV, 6. inter quinque principes epicos habitus. v. Tzetza in proleg. Lycophr. et Proclus in Chreſtomath. ap. Phot. p. 981. nobiliſſimi carminis, *Heracleae,* auctor. Ab eodem Ἰωνικὰ verſu pentametro ſcripta fuere. Iudicium de eo v. Quinctil. X, 1, 54. Memoratur aliquoties ab Pauſania, Athenaeo et Stephano Byz. vbi v. Pi-

nedo Breuiar. Auctor. In Schol. Pindari P. III, 177. verſus de Thyone Bacchi nutrice aſſertur.

Pherecydes. I, 5, 2. *Triptolemum Oceani* (Vrani) *et Terrae filium eſſe.* I, 8, 5. §. 3. *de Tydei exilio.* I, 9, 19. §. 6. *Herculem Aphetis relictum ab Argonautis.* II, 1, 3. §. 3. *Argus Inachi filius.* II, 4, 8. §. 5. *de Hercule puero ſerpentes elidente.* II, 7, 5. §. 2. *de cornu Amaltheae.* III, 1, 1. §. 7. *Thaſus Cilicis f.* III, 4, 1. §. 6. *de Spartis.* III, 4, 2. §. 3. *fatale monile Cadmo ab Europa datum.* III, 6, 7. §. 3. *Tireſias a Minerva excaecatus.* III, 8, 2. §. 2. *Calliſto Cetei filia.* III, 12, 6. §. 8. *Telamon familiaris Pelei, non frater.* Alia eius mentio facta eſt in Obſſ.; nam hic ſcriptor ab antiquioribus grammaticis omnium maxime eſt frequentatus. In Herculis rebus ſaepius eum laudauimus; totum caput ex eo eſt ap. Liberalem c. 33. nec non in rebus Cadmi. Omnino non admodum difficile erit, ea quae paſſim ex Pherecyde laudantur, ita diſponere et collocare, vt totius libelli ordo et conſpectus ante oculos poni poſſit. Eſt hoc inter ea, in quibus ingenium iuuenile exercere ſe poſſit. (Atque hoc poſt iſta ſcripta exſequutus eſt vir doctiſſ. Sturz, in Pherecydis Fragmentis 1789. 8.) Cum *duo* fuerint Pherecydae, vt diſerte a Strabone et ab Eratoſthene ap. Diog. Laert. monitum, *alter Syrius* fuit, antiquior, qui circa Ol. LIX. floruit, ſub Cyro et Servio Tullio, Pythagorae magiſter vulgo creditus, primus orationis ſolutae auctor: (qua de re fuſe Salmaſ. ad Solin. p. 590 ſqq. ſed pauca expedit) et ille quidem primus in philoſophicis auctor; nam in hiſtoriis Cadmus ſecundum Plinium, aut Hecataeus fuit primus proſae auctor, ſi Suidas recte tradidit. Certe ap. Diogenem Laert. I, 116. *τοῦτον φησὶ Θεόπομπος πρῶτον περὶ φύσεως καὶ θεῶν Ἕλλησι γράψαι.* adeo nec hiſtorias. *Alter iunior,* ſed et ipſe Herodoto antiquior, *Athenienſis* fuit.

Dubitari poteſt, ad vtrum illa, quae a Grammaticis laudantur, referenda ſint. Antiquioris iſtius Θεογονία fuiſſe dicitur X. libris: quod iam per ſe parum probabile; nam antiquiſſima ſcripta, ex quo litteris mandari res coepere, erant breuia ac paucis foliis comprehenſa; ideo res et hiſtorias tantum ſummatim expoſitas fuiſſe mirum non eſt. Sed et nomen et numerum ab altero ad priorem reuocaſſe videntur, cuius nomen et memoria tantum erat ſuperſtes, libellusque ei vulgo attributus, cuius primos verſus Diogenes appoſuit ſ. 119. Apollonio grammatico ſi fides habenda, inſcriptus erat Θεολογία. et Clem. Alex. Strom. V. p. 676. ἡ Φερεκύδους Θεολογία τοῦ Συρίου. Alterius, qui γενεαλόγος (apud Dionyſ. Halic. Ant. I, 13. Φερεκύδην τὸν Ἀθηναῖον, γενεαλόγων οὐδενὸς δεύτερον) et ἱστορικὸς dictus, vt prior ille θεολόγος fuit appellatus, ἱστοριῶν libri fuere X. nam quod in Schol. Apollon. IV, 1091. ἐν δωδεκάτῳ laudatur, ex corruptela profectum. In Etymol. M. Φερεκύδης ἐν Αὐτόχθοσιν laudatur; recte Sylburg. Pherecratem Comicum ſubſtituit. Nec minus contaminata eſſe arbitror verba Suidae in Φερεκύδης Ἀθηναῖος: ἔγραψεν Αὐτόχθονας. ἔστι δὲ περὶ τῆς Ἀττικῆς ἀρχαιολογίας ἐν βιβλίοις δέκα. qui haec ſcripſit, in ſimilem locum corruptum inciderat; etſi Pherecydis hiſtoriae nomine ἀρχαιολογίας, ex argumenti natura, appellari poterant. Eundem et Athenienſem quod Athenis vixit, et Lerium, a patria Lero inſula dictum fuiſſe, non improbabile fit, poſt Voſſii diſputationem de H. Gr. IV, 4. Verum adeunda primo loco Pherecydis fragmenta a Sturzio digeſta.

Philocrates III, 13, 8. §. 5. *Polymela, Patrocli mater.* Vnus de eo locus ſuccurrit apud Athen. VI. p. 264. A. Φιλοκράτης δ' ἐν δευτέρῳ Θετταλικῶν, εἰ γνήσια τὰ συγγράμματα, καλεῖσθαί φησι τοὺς Πενέστας καὶ Θετταλοικέτας.

Pindarus II, 4, 2. §. 7. *de Perſeo:* ſed locus ab interpolatore profectus. v. Obſſ. ad e. l.

Piſander: I, 8, 5. §. 2. *de matre Tydei, Gorge, Oenei patris filia.* De hoc actum Exc. ad Virgil. Aen. lib. II. Excurſ. I. Fuit Rhodius, et ipſe inter poetas principes, *Heracleae* auctor.

Steſichorus. III, 10, 3. §. 12. *Eriphyle ab Aeſculapio in vitam reuocata.* v. Obſſ. ad e. l. De hoc olim diſputatum in Fragmentis Steſichori, P. I. a Suchfort doctiſſ. viro vulgatis.

Teleſilla. III, 5, 6. §. 5. ex *Niobes liberis duas filias ſeruatas fuiſſe.* Nota in hiſtoriis propter virtutem, qua moenia Argorum defendit aduerſus Spartanos; tum clara inter poetrias lyricas propter ᾄσματα. v. Pauſan. II, 20. p. 157. Eadem fere ap. Suidam. Egere de ea Fabric. et Wolf. Refertur ad Ol. 139. ante C. n. 224.

Thebais, ὁ τὴν Θηβαΐδα γράψας. I, 8, 4. pr. *de Periboea, Oenei vxore.* Diuerſa haec ab Antimachi Thebaide, eaque antiquior: cf. Valken. ad Phoeniſſ. p. 25. ὁ τὴν κυκλικὴν Θηβαΐδα πεποιηκὼς eſt ap. Athen. XI, 3. p. 465 F. vbi aliquot inde verſus de diris Oedipi in filios recitantur: alios habet Schol. Sophocl. Oed. Col. 1440.

Tragici: II, 1, 3. §. 1. *Io, Inachi filia.* II, 1, 4. §. 14. *Nauplii vxor. Clymene Catrei f.* II, 2, 1. §. 3. *Stheneboea Procti vxor.*

TABVLAE GENEALOGICAE

h. e. STIRPS DEORVM ET HEROVM SECVNDVM APOLLODORVM *).

TAB. I.

Coelus‿Terra: I, 1, 1.

1) Centimani: Briareus, Gyes, Cottus.
2) Cyclopes: Arges, Steropes, Brontes.
3) Titanes: Oceanus, Coeus, Hyperion, Crius, Iapetus (cuius ſtemma v. Tab. II.) Cronus (cuius ſtemma Tab. II.)
4) Titanides: Tethys‿*Oceanus.* v. Tab. II. Rhea‿*Cronus.* v. Tab. II. Themis‿cum Iove. v. Tab. V.
Mnemoſyne‿cum Iove. v. Tab. V. Phoebe. Dione c. Iove Tab. V. Thia. Tab. II.
5) Ex praeſectis Coeli genitalibus, Erinnyes: Alecto, Tiſiphone, Megaera.

*) Inſertae iam erant tabulae genealogicae editioni Galeanae; quas cum recudendas tradere vellem, vidi eas nec Apollodoream rationem ſeruare, nec omnino fidem et curam praeſtare. Impoſitam itaque mihi vidi moleſtiam hanc, vt nouas tabulas concinnarem. Quae litteris *curſiuis*, quas vocant, exarata ſunt, declarant nomina eorum, qui matrimoniis et affinitatibus in ſtirpem immigarunt.

Tab. II.

Stemma Titanum.

1) Oceanus ⌣ Tethys I, 2, 2.

Oceanides: in his Aſia, Styx, Electra, Doris, Eurynome, Amphiro, Metis.

2) Coeus ⌣ Phoebe ibid.

Aſteria. — Latona: c. Iove v. Tab. V.

3) Hyperion ⌣ Thia ibid.

Eos. — Sol. — Luna.

4) Crius ⌣ *Eurybia.* ibid.
Ponti f.

Aſtraeus ⌣ *Eo.* — Pallas ⌣ *Styx.* — Perſes ⌣ *Aſteria.*

Aſtraeus ⌣ *Eo*: Venti. Aſtra.

Pallas ⌣ *Styx*: Nice. Cratos. Zelus. Bia.

Perſes ⌣ *Aſteria*: Hecate.

5) Iapetus ⌣ *Aſia* Oceani f.

Atlas. v. Tab. XIII. — Prometheus. — Epimetheus. e Pandora. — Menoetius.

Prometheus: Deucalion ⌣ *Pyrrha.* v. Tab. VIII.

Epimetheus e Pandora: *Pyrrha.* — Amphictyon. Tab. XVIII.

6) Cronus ⌣ 1) *Rhea* ſoror. 2) *Philyra.* e qua Chiron. I, 2, 4.

Veſta. — Ceres. — Iuno. — Pluto. — Neptunus. Tab. VI. — Iupiter. Tab. V.

Ceres e Iove: Proſerpina I, 5, 1.

Iuno: Vulcanus I, 3, 5.

Tab. III.

Pontus ◡ *Terra* I, 2, 6. 7.

- α) Phorcus ◡ *Ceto*.
  - Phorcides f. Graeae Enyo, Pemphredo, Dino; et Gorgones Euryale, Stheno, Medusa II, 4, 2.
    - e Neptuno
      - Pegasus. Chrysaor ◡ *Callirrhoe* Oceani f.
        - Geryon.
- β) Thaumas ◡ *Electra*, Oceani f.
  - Iris. Harpyiae: Aello, Ocypete (Celaeno)
- γ) Nereus ◡ *Doris*, Oceani f.
  - Nereides. v. I, 2, 7.
- δ) Eurybia ◡ *Crius* v. Tab. II.
- ε) Ceto ◡ *Phorcus*.

Tab. IV.

E Terra: γηγενεῖς. Orion; I, 4, 3. Gigantes I, 6, 1.

et Tartaro Typhon ‿ *Echidna*
I, 6, 3.

1) Orthros II, 5, 10. §. 3.
2) Draco Hesperidum ibid. s. 11. §. 2.
3) Aquila Prometheo addita ibid. s. 11. §. 12.

Tab. V.

Iovis progenies. I, 3, 2.

1) e Iunone: Hebe. Ilithyia. Mars. Vulcanus I, 3, 5.
2) e Themide: Horae: Irene, Eunomia, Dice.
Coeli f. T. I. | Moerae: Clotho, Lachefis, Atropos. Nymphae ad Eridanum II, 5, 11. §. 4.
3) e Dione: Venus. Tab. I.
4) ex Eurynome, *Oceani* f.: Charites: Aglaia, Euphrofyne, Thalia, Oceani f. Tab. II.
5) ex Styge, *Oceani* f.: Proferpina.
6) ex Mnemofyne, Mufae. I, 3, 1-4.
1. Calliope: cui ex Oeagro f. Apolline: Linus. Orpheus.
2. Clio. ex Piero: Hyacinthus.
3. Euterpe. e Strymone: Rhefus.
4. Thalia. ex Apolline: Corybantes.
5. Melpomene. ex Acheloo: Sirenes.
6. Erato. 7. Terpfichore. 8. Vrania. 9. Polymnia.
7) ex Metide: Minerva. I, 3, 6.
8) e Latona: Apollo. Diana I, 4. 1. Tab. II.
9) ex Elara, Orchomeni f. Tityus. ibid.
10) e Protogenia: Aethlius I, 7. 2. v. Tab. VIII. b.
11) e Niobe: Argus et Pelasgus. v. Tab. X.
12) e Leda: Caftor et Pollux. v. Tab. XIV.
13) ex Electra: Iafion et Dardanus. Tab. XV.
14) e Taygete: Lacedaemon. Tab. XIV.

Tab. VI.

Neptuni progenies.

Ex Amphitrite Oceani f. { Triton
Rhode — Soli nupta.
I, 4, 4.

ex Iphimedia Triopis f. Aloeo nupta I, 7, 4. { Otus. Ephialtes Aloidae dicti.

ex Libya, Agenor. Belus v. Tab. X.

ex Hippothoe Mestoris f. v. Tab. X, a.

f. Proteus, e quo Polygonus et Telegonus II, 5, 9. §. 14.

e Medusa, Pegasus et Chrysaor.

f. Alebio. Dercynus. II, 5, 10. §. 9.

f. Eryx ibid.

f. Antaeus II, 5, 11. §. 6.

e Lysianassa, Epaphi f. Busiris ibid. §. 7.

ex Astypalaea, Eurypylus II, 17, 1.

ex Molione Eurytus et Cteatus v. II, 7, 2. §. 2. Tab. VIII, b.

Tab. VII.

a) Sol. ‿ Perſeis
I, 9, 1.

Aeetes: ‿ 1) vxor. 2) *Idya*, ex hac — Perſes. I, 9, f. — Circe. — Paſiphae. nupta Minoi. Tab. XI.

Aeetes ex vxore 1): Chalciope e Phrixo (Tab. VIII. *c*.)
Argus Melas Phrontis. Cytiſorus

Ex Idya: Medea. I, 9, 23. §. 6. nupta Iaſoni t. VIII. *c*. 7. et Aegeo t. XVIII. e quo Medus. — Apſyrtus. I, 9, 24.

b) Apollo: ex Arſinoe Leucippi f. Tab. XIV.
ſ. ex Coronide Phlegyae f. } Aeſculapius. III, 10, 3. §. 6.

c) Mars: ex Agraulo (Tab. XVIII.) Alcippe
ex Pyrene Cycnus. II, 5, 11. §. 3.
ex Pelopia Cycnus alter II, 7, 7. §. 5.
f. Dryas I, 8, 2. §. 6.
e Demonice Euenus v. Tab. IX. a.

Tab. VIII.

Hellen ‿ Orſeis nympha (I, 7, 2. §. 7.)
Deucalionis f.
(Tab. II.)

Dorus ‿ . . . . Xuthus ‿ *Creuſa* Aeolus.
a quo *Do-* I, 7, 3. (t. XVIII.) v. t. VIII. *a.*
rienſes dicti §. 2.
Xanthippe ‿ *Pleuron*
I, 7, 7. §. 1. v. T. IX. *a.*

Achaeus. Ion. Diomede ‿ *Deion.*
a quo a quo Tab. VIII. *c.* 3.
Achaei. Iones.

Tab. VIII. *a.*

Aeolus ‿ Enarete

Filii: Cretheus. Siſyphus. Athamas. Salmoneus. Deion. Magnes. Perieres. I, 7, 3. §. 4.

Filiae: Canace. Alcyone. Piſidice. Calyce. Perimede. ibid.

Tab. VIII. *b.*

Aeoli filiae (I, 7, 3.)

1) Perimede ‿ *Achelous*
Hippodamas Orestes (I, 7, 3. §. 5.)

2) Pisidice ‿ *Myrmidon*
Antiphus. Actor (I, 7, 3. §. 5.)
|
Eurytion (I, 8, 2. §. 4. III, 13, 1.)
|
Antigone ‿ *Peleus. ibid.*
v. Tab. XIII.

3) Alcyone ‿ *Ceyx* I, 7, 4.

4) Canace ‿ *Neptunus.*
Opleus. Nereus. Epopeus. Aloeus ‿ *Iphimedia.* Triops
e qua |
Aloidae Iphimedia
Tab. IV. Aloeo
nupta
I, 7, 4. §. 2.

5) Calyce ‿ *Aethlius*
| Tab. V.
Endymion
Elidis conditor
I, 7, 5. pr.
v. Tab. IX.

Tab. VIII. *c.*

Aeoli filii. *)

1) Athamas. Vxores I, 9, 1.

a) *Nephele.* e qua Phrixus. Helle, de quo Tab. VII.

b) Ino e qua Learchus, Melicertes.

c) *Themisto* I, 9, 2. §. 3.

Leuco. Erythrius. Schoeneus. Ptous.

Schoeneus — Atalanta.

2) Sisyphus ‿ *Merope* Atlantis f. v. Tab. II. et XIII.
I, 9, 3.

Glaucus ‿ *Eurymeda*

Philonoe ‿ Bellerophontes: eius frater Deliades II, 3, 1.
Iobatae f.
II, 3, 2.

*) Cf. Rhodom. ad Diodor. V, 81. (T. I. p. 397. Wess.)

3) Deion ‿ *Diomede*, Xuthi f.
f. Deioneus
I, 9, 4.

Afteropea. | Aenetus. | Actor. ex *Aegina* Afopi f. | Phylacus. | Cephalus ‿ *Procris* II, 4, 7. t. XVIII.

Actor. ex *Aegina* Afopi f.:
Menoetius e Sthenele Acafti f. f. Periapide f. Polymela III, 13, 8. §. 5.
Patroclus v. Not. p. 338. ad III, 12, 6. §. 8. Obff. p. 311 et 318.

Phylacus.:
Iphiclus I, 9, 12. §. 5.
Podarces. *ibid.*

4) *) Perieres ‿ *Gorgophone* Perfei f. v. Tab. XI.
I, 9, 5. pr.
Aphareus. Leucippus. (Tyndareus. Icarius: fed v. Obff. p. 282.) Borus, qui Polydoram duxit v. Tab. XVII.

*) Al. Cynortae f. v. Tab. XIV.

5) Magnes ‿ *Nais*
I. 9, 6.

Polydectes. Dictys, tum Pierus I, 3, 3.

6) Salmoneus ‿ *Alcidice:* cui ille ſuperinduxit pellicem Sidero
I, 9, 7.

Tyro ex *Neptuno*

Pelias ‿ *Anaxibia* Biantis f. ſ. Philomache Amphionis f.

Acaſtus (e quo Sthenele III, 13, 8. §. 5.) Piſidice. Pelopea. Hippothoe. Alceſtis.

Neleus ‿ *Chloris* Amphionis f. v. Tab. XI. *b.*

Pero. XII. filii, in his Periclymenus et Neſtor (I, 9, 9.) ‿ *Anaxibia.*

Piſidice. Polycaſte et VII. filii, in his Piſiſtratus. Antilochus. Thraſymedes. *ibid.* §. 3.

7) Cretheus ‿ *Tyro*, Salmoneis f.
I, 9, 11. 12. 13. | Tab. VIII. *c.* 6.

Polymede ‿ Aeſon.
Autolyci f. | I, 9, 16. pr.

Iaſon. Promachus I, 9, 27. §. 2.

α) ex *Hypſipyle*
Euneus. Nebrophonus,
I, 9, 17. §. 3.
β) ex *Medea* Mermerus. Pheres.
I, 9, 28. §. 3.
γ) *Glauce*, Creontis f.
ibid.

Amythaon ‿ *Idomene*
| Pheretis f.

Bias ‿ *Pero* — Melampus
I, 9, 12. | Nelei f. — |
Talaus ‿ *Lyſimache* — Abas
| — |
(v. p. ſq.) Lyſimache ‿ *Talaus*.

Pheres ‿ . . Clymene Minyae f.
|
α) Idomene nupta Amythaoni.
β) Admetus ‿ *Alceſtis* Peliae f.
|
Eumelus.
γ) Lycurgus ‿ *Eurydice*
|
Opheltes.
I, 9, 14. §. 2.
δ) Periapis habita Patrocli
mater III, 13, 8. §. 5.
v. Tab. VIII. *c.* 3.

Talai progenies I, 9, 13.
(v. p. anteced.)

α) Adrastus ‿ *Amphithea*,
Pronactis f.

a) Argia nupta Polynici v. Tab. XI. *a.*
b) Deipyle nupta Tydeo v. Tab. IX. *e.*
c) Aegialea nupta Diomedi *ibid.*
d) Aegialeus
e) Cyanippus.

β) Parthenopaeus.
Promachus.

γ) Pronax.
Lycurgus. Amphithea Adrasto nupta.

δ) Mecisteus.
Euryalus.

ε) Aristomachus

ζ) Eriphyle ‿ *Amphiaraus* v. Tab. IX. *f.*

8) Cercaphus ap. Strabon. IX. p. 670.
Ormenus Obss. p. 196.
Amyntor II, 7, 7. §. 6.

Phoenix III, 13, 8. §. 4.
Enaemon
Eurypylus III, 10, 8.

Tab. IX.

Endymion ‿ *Nympha Nais*
cf. Tab. VIII. *b.*
(I, 7, 5.)

Aetolus ‿ *Pronoe*

Pleuron — Calydon.
v. Tab. IX. *a.* — IX. *b.*

Eiusdem Endymionis f. Epeus

Alector
Amarynceus.
Diores

Hymine ‿ *Phorbas*
Lapithae f.

Augeas
II, 5, 5.
Phyleus
c. al. filiis
ibid. §. 5. et
Epicaste f.
Tab. X. d. η.
ex Phyteo
Meges III, 10, 8. §. 1.

Actor ‿ Molione
ex Neptuno
Eurytus. — Cteatus.
II, 7, 2. §. 2.

Tab. IX. *a.*

Pleuron ‿ *Xanthippe*, Dori f. I, 7, 7.

Agenor ‿ *Epicaste*. Sterope. Stratonice. Laophonte.

Porthaon ‿ *Euryte*. Demonice ‿ *Mars*

Euenus. v. Tab. IX. *c*. Molus. Pylus. Thestius. v. Tab. IX. *d*.

Oeneus. v. Tab. IX. *e*. Agrius. Alcathous. Melas. Lycopeus. Sterope ‿ *Achelous*.

Agrius: filii I, 8, 6.

Melas: filii I, 8, 5 §. 3

Sterope ‿ *Achelous*: Sirenes I, 7, 10. §. 2.

Tab. IX. *b.*

Calydon ‿ *Aeolia* Amythaonis f. I, 7, 7.

Epicaste ‿ *Agenor* v. Tab. IX. *a*. Protogenia ‿ *Mars*

Protogenia ‿ *Mars*: Oxylus *ibid.*

Tab. IX. *c.*

Euenus ‿ . . . .
I, 7, 8. |
t. IX, *a.* Marpessa ‿ *Idas* Apharei f.
| v. Tab. XIV.
Cleopatra ‿ *Meleager.* Tab. IX. *e.*

Tab. IX. *d.*

Thestius ‿ *Eurythemis* I, 7, 10.
Tab. IX. *a.* |

1. Althaea ‿ *Oeneus* Tab. IX. *e.*
2. Leda III, 10, 5. 6. nupta Tyndareo Tab. XIV.
3. Hypermnestra.
4. filii: Iphiclus. (I, 9, 16. §. 8.) Euippus. Plexippus. Eurypylus. I, 8, 10.

Tab. IX. *e.*

Oeneus. (v. Tab. IX. *d.*)

1) ‿ *Althaea* I, 8, 1.

Toxeus.	Thyreus.	Clymenus.	Gorge nupta Andraemoni ibid. et I, 8, 6. §. 2.	Deianira nupta Herculi Tab. X. d.	Meleager I, 8, 2. qui duxit *Cleopatram* Tab. IX. *c.* I, 8, 2. §. 5.

2) ‿ *Periboea*, Hipponoi f. I, 8. 4.

(f. et Olenias) I, 8, 5. §. 3. Tydeus ‿ *Deipyle* ibid. f. 5. §. 4.

Diomedes ‿ *Aegialea.* I, 8, 6, 3. Obſſ. p. 54.

Tab. IX. *f*.

Melampus ‿ . . . . .
Amythaonis f. | ſ. vna Proetidum
v. Tab. VIII. *c*. 7. | ſ. Iphianira Megapenthis f.

Abas Theodamas. *) Antiphates. Mantius

Lyſimache nupta Talao v. T. VIII. *c*. 7.

Antiphates → Oicles → Amphiaraus ‿ Eriphyle | Talai f. T. VIII. *c*. 7.

Alcmaeon ‿ 1) *Arſinoe*. Amphilochus III, 7, 5. 6.
| Phegei f.

‿ 2) Callirrhoe
| Acheloi f.

Amphoterus. Acarnan.

*) Ita Od. *o*, 242. 243. At Pauſan. VI, 17. Mantii f. Oicles.

Tab. X.

Inachi ſtemma II, 1.

Oceanus ‿ Tethys.

Inachus ‿ Melia Oceani f.

Phoroneus ‿ *Laodice.* Aegialeus.

Apis. Niobe ‿ ex *Iove*

Argus ‿ *Euadne.* Pelasgus. v. Tab. XII.

Iaſus. Piranthus. Epidaurus. Criaſus.

Iaſus.
|
Agenor
|
Argus panoptes ‿ *Iſmene* Aſopi f.
|
Iaſus
|
Io ‿ ex *Iove*
|
Epaphus ‿ *Memphis* Nili f.

Libya ‿ ex *Neptuno* — Lyſianaſſa ex Neptuno

Libya's children: Agenor. v. Tab. XI. — Belus. Tab. X, *a.*

Lyſianaſſa ex Neptuno
|
Buſiris II, 5, 11. §. 7.
|
Amphidamas ibid. §. 9.

Tab. X. *a.*

Belus ‿ *Anchinoe*
v. Tab. X. II, 1, 4. | Nili f.
Aegyptus. Danaus. (Cepheus. Phineus ſec. Eurip.)
filii L. ‿ filiae L.
quorum nomina et nuptias
v. II, 1, 5.
in iis Lynceus ‿ Hypermneſtra. Amymone ‿ e *Neptuno*
| II, 1, 4. §. 13.
Abas ‿ *Ocalea* Nauplius ‿ *Clymene*
II, 2, 1. | Mantinei f. | Catrei f.
Eurydice ‿ Acriſius. Proetus Palamedes. Oeax. Nauſimedon *ibid.*
Lacedaemonis f. | v. Tab. X. *c.*
Danae: e Iove
|
Perſeus

TAB. X. *b*. Stemma Perſei et Perſidarum.

Perſeus ‿ Andromeda
II, 4, 3. §. 2.

α) Perſes.

β) Alcaeus ‿ *Hipponome.* Menoecei f.
- *Alcmena* ‿ Amphitruo. Electryonis f.
  - Iphicles et e Iove Hercules II, 4, 8.
    - 1. ex *Automeduſa* Alcathoi f. v. Tab. XVI.
      - Iolaus cui data *Megara* II, 6, 1.
- Anaxo.
- Perimede nupta Licymnio II, 4, 6. §. 6.

γ) Meſtor ‿ *Lyſidice.* Pelopis f.
- Hippothoe ‿ e *Neptuno*
  - Taphius
    - Pterelaus.
      - Comaetho. II, 4, 7.
      - Sex filii II, 4, 5.

δ) Electryon ‿ *Anaxo.* Alcaei f. II, 4, 5. §. 3.
- (*a*) *Amphitruo* ‿ Alcmena: et filii IX. ibid. §. 7. tum Licymnius e Midea nothus. cui nupta *Perimede* Amphitruonis ſoror II, 4, 6. §. 6.
  - e Iove Hercules v. Tab. X. d.
- *b*) *Rhadamanthus* II, 4, 11. §. 8.

ε) Sthenelus ‿ *Nicippe.* Pelopis f.
- Alcinoe.
- Meduſa.
- Euryſtheus ex Antimache de qua v. Tab. XII. 1. Admete et v. filii II, 8, 1. §. 3.

ζ) Heleus

η) Gorgophone Perieri nupta v. Tab. VIII. *c*. 4.

Oeonus Obſſ. p. 188. Argius. Melas. II, 7, 7. §. 8.

TAB. X. *c.*

Proetus ‿ *Antea* s. Stheneboea
(v. Tab. X. *a.*) Acrisii frater

Lysippe et Iphianassa II, 2, 2. *Melampodi* et *Bianti* t. VIII. c. 7. nupta II, 2, 2. §. 7.

Iphinoe

Megapenthes.
| Anaxagoras

Alector
| Iphis

Eteoclus.

Euadne. nupta Capaneo.

Laodice nupta Hipponoo.

Hipponous
| Capaneus ‿ Euadne
| Sthenelus.

TAB. X. *d.*

Hercules.

α) E *Megara:* Creontis f. II, 4, 11. §. 6. Therimachus. Creontiades. Deicon. Deioon. v. Obſſ. p. 137.

β) E *Deianira* Oenei f. II, 7, 5: Hyllus. Cteſippus. Glenus. Onites.
| Cleodaeus v. Obſſ. p. 204. 5.
| Ariſtomachus

γ) Ex *Aſtyoche*, Phylantis f. II, 7, 6. §. 1. Tlepolemus.

Temenus. eius tres filii II, 8, 5. §. 3. et filia Hyrnetho nupta *Deiphonti.*	Creſphontes. e *Merope* duo filios et tertium Aepytum habuit ibid. §. 6.	Ariſtodemus ∪ *Argia* Auteſionis f. — Euryſthenes. Procles.

δ) Ex *Theſpii* L. filiabus L. filii. v. II, 7, 8.

ε) Ex *Omphale* Agelaus ibid. §. 10. a quo Croeſi ſtirps ducta.

ζ) Ex *Chalciope*, Eurypyli f. Theſſalus ibid. §. 11.

η) Ex *Epicaſte* Augeae Tab. IX. Theſſalus ibid.

ϑ) Ex *Parthenope* Stymphali Tab. XII. Eueres ibid.

ι) Ex *Auge* Alei f. Tab. XII. Telephus ibid. §. 12.

κ) Ex *Aſtydamia* Amyntoris f. Cteſippus ibid.

λ) Ex *Autonoe* Perei f. Tab. XII. Palaemon ibid.

Tab. XI.

Agenor ⌣ Telephassa. III, 1 sq.
Neptuni e *Libya* f. v. Tab. X.

- Europa ⌣ *Iupiter.*
  - Minos ⌣ a) *Pasiphae* Solis f. v. Tab. VIII. *a.*
    - Catreus.
      - Aerope ⌣ *Plisthenes.*
        - Agamemnon. Menelaus. at cf. Tab. XVI.
      - Clymene ⌣ *Nauplius.*
        - Oeax. Palamedes.
      - Apemosyne.
      - Althemenes.
    - Deucalion ⌣ . . .
      - Idomeneus. Molus.
    - Glaucus.
    - Androgeos.
      - Alcaeus. Sthenelus II, 5, 9. §. 5.
    - Acalle.
    - Xenodice.
    - Ariadne. nupta *Theseo,* mox *Baccho.*
    - Phaedra. nupta *Theseo.*
  - Sarpedon eius nepos Sarpedon II.
  - Rhadamanthus
- Cadmus. v. Tab. XI, *a.*
- Phoenix.
- Cilix
  - Thasus.

β) Ex *Nympha Paria:* IV. filii III, 1, 2. §. 6. et II, 5, 9. §. 3.

γ) Ex *Dexithea:* Euxanthius.

Tab. XI. *a.*

Cadmus ‿ *Harmonia* III, 4, 2. §. 2.
Agenoris f. | Martis et Veneris f.
v. Tab. X.

Autonoe. nupta *Aristaeo.* — Actaeon.

Ino ‿ *Athamas.* v. Tab. VIII. *c.* 1.

Semele *e Iove.* — Dionysus

Agaue ‿ *Echion.* — Pentheus

Polydorus ‿ *Nycteis.* — Labdacus — Laius ‿ *Iocaste* f. *Epicaste* Menoecei f. — Oedipus ‿ *Mater*

Polynices. ex *Argia*, Acasti f. — Thersander III, 7, 2. §. 5.

Eteocles. — Laodamas.

Ismene.

Antigone.

* * *

Creon

Haemon III, 5, 8. §. 6.

Menoeceus III, 6, 7. §. 8.

Tab. XI. *b.*

Chthonius.

ex V. Spartis vnus

Nycteus. Lycus ‿ *Dirce*

Antiope
e Iove


Zethus. Amphion ‿ *Niobe*
ducit *Theben.* | Tantali f. Tab. XVI.

VII. filii et VII. filiae
III, 5, 6. §. 1. ex his
Chloris Neleo nupta
v. Tab. VIII. *c.* 6.

Tab XII.

Pelasgus ‿ *Meliboea* III, 8, 1.
Iovis et Niobes f. | Oceani f.
Tab. X. | f. Cyllene
Lycaon

L. filii: III, 8, 1. §. 3.
in his Nyctimus. Callisto: e Iove *)



*) Schol. Il. β, 605.
Arcas Iovis f.
|
Amphidamas
|
Lycurgus
|
Ancaeus
|
Agapenor.

Tab. XIII.

Atlas ‿ *Pleione* III, 10, 1.
Iapeti f.
Tab. II.

VII. Atlantides f. Pleïades:

1. Sterope, nupta *Oenomao.*

2. Merope nupta *Sisypho.*

3. Celaeno: ex *Neptuno*
 |
Lycus.

4. Alcyone: ex *Neptuno*
 |
Aethusa: ex Apolline — Eleuther.
Hyrieus ‿ *Clonie.* — Nycteus ‿ *Polyxo* — Antiope ‿ ex *Iove* — Zethus. Amphion.
Hyperenor.

5) Maia ‿ ex *Iove*
 |
Mercurius III, 10, 2. §. 1.

6) Taygete: ex *Iove* Lacedaemon v. Tab. XIV.

7) Electra: e *Iove* Iasion et Dardanus III, 12, 1. §. 1. v. T. XV.

TAB. XIV.

Lacedaemon ◡ *Sparte* III, 10, 3.
Iovis et Taygetes f. Tab. XIII. | Eurotae f.

Amyclas ◡ *Diomede* | Lapithae f.
Eurydice nupta Acrisio v. Tab. X. *a.*

Cynortes *) Hyacinthus.

Perieres ◡ *Gorgophone* | Persei f.

1) Aphareus ◡ *Arene* | Oebali f.
Lynceus. Idas. Pisus
e Marpessa
Cleopatra nupta Meleagro Tab. IX. *e.*

2) Leucippus ◡ *Philodice* | Inachi f.
Hilaira et Phoebe, a Dioscuris raptae.
Arsinoe: ex *Apolline* Aesculapius. cf. Tab. VII.

3) Icarius ◡ *Periboea* | Nais
Damasippus. Imeusimus
Aletes. Perileos. Penelope nupta ◡ Vlyssi.

4) Tyndareos *Leda* Thestii f. | Tab. IX. *d.*
Timandra, *Echemo* nupta.
Clytaemnestra, *Agamemnoni.*
Philonoe.

Ex eadem Leda et *Iove*
Castor et Pollux I, 8, 2. §. 4.
at III, 10. 7. §. 1.
Castor e Tyndareo
ex Iove autem.
Pollux et Helena ◡ *Menelaus.*
Hermione. Orestí nupta.
Nicostratus. et e pellice Megapenthes. et Xenodamus.

*) At sec. alios Cynortes
v. III, 10, 4. §. 5. et
Obss. p. 282. Oebalus ◡ Batia Nais
Tyndareos. Hippocoon. Icarion
XII. filii III, 10, 5. §. 1.

Tab. XV.

Dardani progenies.

Iupiter ‿ *Electra* Atlantis f. III, 12, 1. vid. Tab. XIII.

Iasion. — Dardanus ‿ *Batia* Teucri f. Scamandri et Idaeae Nymphae neptis

Ilus. — Erichthonius ‿ *Astyoche.* Simoentis f. — Idaea nupsit *Phineo* Tab. XVIII.

Tros ‿ *Callirrhoe* Scamandri f.

Ilus ‿ *Eurydice* Adrasti f. — Assaracus ‿ *Hieronmeme.* Simoentis f. — Ganymedes — Cleopatra

Laomedon ‿ *Strymo* Scamandri f. — Capys ‿ *Themis* Ili f.

Anchises *e* Venere

Aeneas. Lyrus.

1) Tithonus ‿ *Aurora.* — Emathion. Memnon.

2) Lampon. 3) Clytius. 4) Hicetaon. 5) Podarces f. Priamus v. Tab. seq. 6) Hesione. e Telamone Teucer.

7) Cilla. 8) Astyoche. 9) e *Calybe* Bucolion.

TAB. XV. *a.*

Priamus ⌣ a) *Arisbe* ⌣ b) *Hecuba*,
v. Tab. fup. | Meropis f. III, 12, 5. Dymantis f.

Aefacus ⌣ *Afterope*
Cebrenis f.

Andromache ⌣ Hector. Paris ⌣ *Oenone*. Creufa. Laodice. Polyxena. Caffandra.
Eetionis f. Deiphobus. Helenus. Pammon. Polites. Antiphus. Hipponous
Polydorus. Troilus.

tum ex aliis mulieribus filii XXXVI. et filiae IV. nomina v. III, 12, 5. §. 13.

Tab. XVI.

Tantalus

Pelops ‿ *Hippodamia.* Oenomai f. II, 4, 2. §. 1.

Niobe ‿ *Amphion* v. Tab. XI. *b.*

Nicippe nupta Sthenelo v. Tab. X. *a.*

Lyſidice nupta Meſtori v. Tab. X. *a.*

Atreus. II, 4, 6. §. 5.

Thyſtes. — Aegiſthus.

Copreus. II, 5, 1. §. 7.

Alcathous. II, 12, 7. §. 2.

Pittheus. — Aethra e qua Aegeus ſuſcepit Theſeum.

Chryſippus. III, 5, 5, 12.

Pliſthenes (al. frater Atrei)

Periboea nupta Telamoni (v. Tab. XVII.) III, 12, 7. §. 2.

Automeduſa nupta Iphicli (v. Tab. X. *b.*) II, 4, 11. §. 7.

Agamemnon ‿ *Clytaemneſtra.*

Menelaus. (at v. Tab. XI.) duxit Helenam (v. Tab. XIV.)

Anaxibia nupta Strophio — Pylades qui Electram duxit.

Electra. Laodice. Haleſus.

Iphigenia. Chryſothemis.

Oreſtes ‿ *Hermione* — Tiſamenus II, 8, 2. §. 5.

Oceanus ‿ Tethys III, 12, 6. 7. 13.

Asopus ‿ *Metope*
Ladonis f.

XX. filiae: in his

Aegina. e *Iove*

Salamis e *Neptuno*
Cychreus Salaminis rex III, 12, 7. §. 1.

Aegina nupta *Actori* v. sup. Tab. VIII. *c.* 3.

Ismene.

Pelasgon.

Aeacus ‿ 1) *Endeis*
Chironis f.

2) *Psamathe*
Nereis, e qua Phocus *).

Peleus ‿ 1) *Antigone*
Eurytionis f.
v. Tab. VIII. b. 2.

Polydora ‿ *Borus.* Perieris f.
Menesthius
vere Neptuni f. v. Not. crit. p. 345.

Polymela *Menoetio* nupta III, 13, 8. §. 5. v. Tab. VIII. *c.* 3.

2) ‿ *Thetis*
Nerei f. T. III.
Achilles

Telamon ‿ 1) *Periboea*
Alcathoi f.
Tab. XVI.
Aiax.

‿ 2) *Hesione*
Laomedontis f.
Tab. XV.
Teucer

*) Phocus ex Asteria suscepit Crisum; cuius f. Strophius: ei ex Anaxibia (Tab. XVI.) natus Pylades.

Tab. XVIII.

1.

Cecrops _ *Agraulus.* (III, 14 ſq.)
Actaei f.

Eryſichthon.	Agraulus. e *Marte* Alcippe.	Herſe. e *Mercurio* Cephalus. v. Tab. XIX.	Pandroſos.

2.

Cranaus _ *Pedias*
Menytis f.

Cranae.	Cranaechme.	Atthis.

3.

Amphictyon
Deucalionis f. v. T. II, 5.

4.

Erichthonius _ Paſithea
Vulcani f.
ſeu ex Atthide
ſ. ex Minerva

Pandion _ *Zeuxippe*
Nais

Tereus _ Procne. Itys.	Philomela.	Praxithea. nupta *Erechtheo* v. p. ſq.	Butes duxit *Chthoniam.*

5.

Erechtheus ‿ *Praxithea*
Pandionis f.

Filii

Cecrops e *Metiadusa* Eupalami f.
Pandion II. ‿ *Pylia.* Pylae Megar. f. III, 15, 5. §. 3.
Aegeus ‿ *Aethra,* Pitthei f.
Theseus.
Acamas. Demophon.
Pallas.
Nisus.
Scylla
Lycus.

Pandorus.

Metion ‿ *Alcippe.*
Eupalamus
Daedalus: eiusque soror
Icarus
filius III, 15, 9. §. 1. v. Not. crit. ad e. I.

Filiae

1) Procris ‿ *Cephalus* Deionis f. v. T. VIII. c. 3.

2) Creusa ‿ *Xuthus*
Achaeus. Ion. v. T. VIII. pr.

3) Chthonia nupta *Butae.*

4) Orithyia e Borea
Cleopatra ‿ *Phineus.* T. X. *a.*
Plexippus. Pandion.
Idem *Idaeam* ducit Dardani f.
Chione. e *Neptuno*
Eumolpus III, 15, 4. §. 1.
Zetes.
Calais.

Tab. XIX.

Cephalus ‿ Aurora (ad III, 14, 3.)
Mercurii et Herſes f.

Tithonus
|
Phaethon
|
Aſtynous
|
Sandacus ‿ *Pharnace* Pygmalionis f.

Oxyporus.	Adonis.	Orſedice.	Laogore.	Braeſia.
			ſ. Laodice *Elato* nupta III, 9, 1. §. 2. Tab. XII.	

INDICES *)

I. NOMINVM ET FABVLARVM;

II. VOCVM GRAECARVM;

III. SCRIPTORVM. **)

*) Indices hi confecti ſunt ſtudio docto et opera pertinaci, quamuis aerumnoſa, a iuuene eximiae ſpei, qui ex Krauſii diſciplina Hannovera ad nos venerat, nunc Seminarii philologici Sodale, *Frid. Chriſtiano Bergmanno*, Hannoverano.

**) Numeri nude poſiti ſunt graeci contextus. N. cr. ſunt notae criticae. Obſſ. Obſeruationes. Fr. fragmenta.

INDEX
NOMINVM ET FABVLARVM.

INDEX

H.

O.

P.

INDEX
VOCVM GRAECARVM MEMORABILIVM.

ν.

T.

Ψ.

ω.

INDEX

SCRIPTORVM POTIORVM, IN OBSS. ET ALIBI LAVDATORVM VEL EMENDATORVM. *)

*) C. eſt Commentatio de Apollodori Bibliotheca. Obſſ. praeter Obſeruationes ſignificat quoque Indicem auctorum, iis ſubiectum.

ERRATA ANIMADVERSA.

In Graecis:

p. 4. l. 4. ἐν ᾅδου fcrib. ἐν Ἅιδου. vel ἐν Ἅδου. Sic et p. 12. l. 4. et p. 16. l. 13.
p. 17. l. 2. ὑπέστρψεν l. ὑπέστρεψεν l. 12. διενεγκῶν leg. διενεγκὼν
p. 18. l. 8. ἐν τοῖς μέρὶ leg. περὶ
p. 26. l. 5. γραῖα τὶς leg. γραῖά τις
p. 70. l. 9. *Periclimenus* leg. Periclymenus
p. 73. l. 5. *recuderat* l. recuperat
p. 95. l. 2. καταξευξιν l. κατάζευξιν
p. 95. l. 12. καθωλισμένους leg. καθωπλισμένους
p. 104. l. 2. ἑκάστης leg. ἑκάστης
p. 114. l. 16. γηγε ῆ leg. γηγενῆ
p. 116. l. 7. βασίλεύων l. βασιλεύων
p. 248. l. 12. *Apemofynem* leg. Apemofynen
p. 254. l. 18. *feptem* l. quinque
p. 289. l. 2. ἡμιμιθνῆτος l. ἡμιθνῆτος
p. 291. l. 11. ἀφικότενος l. αφικόμενος
p. 375. l. 4. αὐτοῦ leg. αὐτῷ